



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis**

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et  
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In  
sex partes tributæ

Qvae Considerationes De Peccatis, [et] quatuor hominis nouiſſimis; necnon  
[et] quosdam orandi modos ... complectitur

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1611**


[urn:nbn:de:hbz:466:1-54597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54597)



L 11. BA

Th. 3177.





MEDITATIONES  
R. P.  
LVDOVICI  
DE PONTE  
VALLIS-OLETANI,  
E SOCIETATE IESV  
Theologi.



MEDITATIONES  
L. F. L.  
LUDOVICI  
DE FONTI  
VALLIS-GRANDIS  
E. S. S. S. S.  
Theologia

Mr. H. R.



MEDITATIONES  
DE PRÆCIPVIS FIDEI

NOSTRÆ MYSTERIIS:  
Vitæ ac Passionis D N IESV  
CHRISTI; ET B. V. MARIE;  
Sanctorum; et Euangeliorum oc:  
currentium

Cum Orationis Mentalis cir:  
ca eadem praxi  
In sex partes tributa.

Authore R. P. LVDOVICO DE PON-  
te Vallis-olitano Hispanice editæ  
Interprete R. P. MELCHIORE TREVINNO,  
Viroq. Sac. IESV RELIGIOSO.  
Liber Collegij Societatis IESV Paderborn.



Permissu superiorum et cum grat. priuileg. sac. Cæs. Aquis.



ORDO ET SERIES TOTIVS  
OPERIS.

**P**ARS I. Meditationes continet de Pec-  
catis, & quatuor homini Nouis mi.

Pars II. De mysterijs Incarnationis & In-  
fantia IESU Christi Domini Nostri vsque  
ad eius Baptismum.

Pars III. De precipuis eius vite Mysterijs, Do-  
ctrina & Miraculis, vsque ad eius Predica-  
tionis finem.

Pars IV. De Mysterijs vniuersa Passionis eius.

Pars V. De Mysterijs Resurrectionis, Apparitio-  
num, & Ascensionis vsque ad Spiritus S. Ad-  
uentum, & Euangelij Promulgationem.

Pars VI. De Mysterijs Diuinitatis, Trinitatis, &  
Attributis ac perfectionibus eius, de Benefi-  
cijs naturalibus, & supernaturalibus, qua ab  
eo promanant.

Iuxta historiæ seriem etiam B. Virginis & ali-  
quorum Sanctorum, quorum in Euangelio  
sancto & Actis Apostolorum fit mērio, Me-  
ditationes inseruntur: Omnes verò ad tri-  
plice n viam Purgatiuam, Illuminatiuam  
& Vitiuam sunt accommodatæ: Priores  
duæ Tyronibus, Sequentes duæ proficientibus,  
Posteriores verò perfectis. Concio-  
natoribus æquè ac Spiritus magistris planè  
vtilis. In quorum gratiam Index confectus  
est generalis, in quo notatur Meditationes,  
in quibus habetur argumentū Concionum  
& exhortationum per Dominicas & festa.

ADMO-

REVERENDISSIMO  
AC SERENISSIMO  
PRINCIPI

*FERDINANDO,*

DEI GRATIA, ELECTO  
ET CONFIRMATO ARCHIEPI-  
SCOPO COLONIENSI ET PRINCIPI  
Electori, Episcopo Leodiensi & Monasteriensi,  
Coadiutori & Administratori Paderbornensis,  
Hildesheimensis, Berchtesgadenensis Ecclesiarum,  
Principi Stabulensi, Comiti Palatino Rheni,  
vtriusque Bavariæ Duci, Duci VVest-  
phaliæ, Angariæ, & Bullonij,  
Marchioni Franchimon-  
tensi, &c.

*Domino nostro Clementissimo.*



EREO, piâ naturæ lege,  
Cels. Tuæ, SERENISS.  
PRINCEPS, in isto col-  
latæ à Deo dignitatis ini-  
tuo, non gratulationem  
tantum; quàm, communi  
plausu, Cels. Tuæ soluerunt omnes boni:  
sed & obseruantia pignus, & tanquã Prin-  
cipi Subditus, obedientie vectigal. In quo,  
etsi Modestia Tuæ sciam, etiam pro ma-  
ximis, à Subdito, minima suscipere; non

EPISTOLA

est tamen debitæ à me Reuerentiæ, ad Sereniss. Imperij Principem, & Reuerend. Ecclesiæ Patrem proletariũ aliquod opus protrudere. Offero itaque munus hoc, ab Authore & animo magnum, & ab argumento maximum: utroque nomine verè piũ, ac Pietatis Tuæ Patrociniũ dignissimum. Meditationes sunt R. P. LVDOVICI de PONTE à Societate IESV, de sacris fidei nostræ mysterijs: quarum, quanta esse possit ad pietatem, in Christianos omnes, utilitas, norũt ij, qui CHRISTIANI, quod gerunt, nominis dignitatem intelligunt, ac mysteriũ. Quotquot enim nomine hoc insignimur, ipsa appellatione, nos promittimus vitæ CHRISTI, tanquam actionum nostrarum regulæ, ac exemplaris sedulos imitatores. Ad regulam porrò incognitam nemo se dirigit: sed notam eam esse oportet, ac manifestam: ita vt quantò notitia eius fuerit plenior, directio quoque possit esse perfectior. Præsertim accedente quodam voluntatis tractu, quò ad ea quæ iam intellectus cognouit, ipsa quoque per amorem rapiatur. Ad duo autem hæc, notitiam dico, & amorem, nulla meditationibus commodior est via. Suscipe itaque SEREN. PRINCEPS munus vt à Subdito debitum, ita libenter præstitum: &, quia

libra-

DEDICATORIA.

librarium est, sub Serenitatis Vestrae tutela, ac mandato lucem videat: quod in subiectis Serenitatis Vestrae Prouincijs, fructus ad pietatem vberrimos dabit: & sub augusto nominis tui titulo inter augustas quoque manus insinuabitur. Seruiet illud omni Christianorum generi, Ordini, Conditioni: eis maxime, qui reducendis ad Christum errabundis, sub Archiepiscopali Paternitatis Vestrae Protectione desudant. quorum omnium fructus, ad Serenitatis Tuae horrea redundabunt.

DEVS Opt. Max. Serenit. Vestram Ecclesiae suae in annos plurimos seruet incolumem.

*Seren. Vestrae  
indignus Cliens,*

IOANNES KINCKIUS  
Ciuis & Typographus  
Coloniens. humiliter dedit.

ADMODVM  
REVERENDO  
PATRI IN CHRISTO P. N.  
CLAUDIO AQUAVIVA, SOCIETATIS IESV Præposito  
Generali.



**O**PTANDVM quidem fuisset, admodum R. P. vt alterum aliquem ex tanto numero delegisses, qui P. Ludouici de Ponte Societatis nostræ viri religiosissimi præclaras de Fidei nostræ Mysterijs Meditationes ex Hispanico in Latinum sermonem & citius, & felicius transtulisset: quia tamen placuit, vt hunc ego laborem pium, multisq; fructuosum in me suscipere, contra vitæ meæ rationes existimaui, id oneris abicere, quod admodum R. P. T. mihi tam amanter imposuit, cùm ad paucos dies ante biennium Romæ moratus, singulari animi voluptate tibi adsui. Quapropter, etsi me huic operæ minus idoneum scirem, aggressus tamen sum animo parendi prompto, atque eâ spe, fore, vt DEVS suo fauore adsit: quo fiat vt & zelo tuo, quo omnium cupis salutem, & meo quali quali conatu, hic labor, proximorum animis eueniat quàm maximè salutaris.

## DEDICATORIA.

raris In styli elegantia nihil laboris ponendum  
 reputavi, sed ut Hispanus Latine loqueretur  
 ad laboravi, laboris mercedem autumans le-  
 gentium fructum. qui dum demum constat, si  
 Auctoris mentem assequantur. Nam ut Auctor  
 ipse, quos in Meditatione animi sensus à boni-  
 tate divina accepit, eos porro faras scribendo  
 ad aliorum commodum protulit; ita me inter-  
 pretem decebat, eos ad latini sermonis gna-  
 ros transfundere; quod facturus videbar, si  
 descriptione simplici per verbum verbo redde-  
 rem. Maxime cum, qui suarum Meditationum  
 argumenta hinc sumpturi sunt. is liberum fue-  
 rit aut addere, aut demere, ut variè affectos  
 Spiritus & vinctio docebit. Neque enim omnes  
 eodem cibo, licet eiusdem spiritus, in eandem  
 aluntur vitam eternam; sed alius hoc, alius illo  
 in virtutum magnitudinem feliciter excrevit.  
 Et sunt, quibus sententia breuitas amplius  
 conferat; sunt etiam, qui copiam aut delecten-  
 tur, aut indigeant. Omnibus igitur ut fie-  
 ret satis, bona fide sententias sum interpre-  
 tatus, etiam ubi affectus alicuius exprimendi  
 gratia, eadem verba repetenda fuerunt. Ex  
 sacris literis que adducuntur, precedentibus  
 aut subsequenter verbis reddidi clariora, &  
 in proprijs locis legere volenti etiam Versus  
 cum capitibus adnotavi non sine labore, & mo-  
 ra; cum fructu etiam, spero, & gratia. Adiuua

EPIST. DEDICAT.

*P. Adm. R. sacrificijs & precibus, ut quam saluti animarum rationem in hac Interpretatione imperanda spectasti, eam liberaliter concedere dignetur DEVS, ad cuius maiorem gloriam omnes nostri labores & vita diriguntur.*

Admodum Reueren. Paternit. Vestræ

minimus in Christo seruus,

MELCHIOR TREVINNIUS.



R. P. PE-

R. P. PETRVS RIBADENEIRA IN  
*Catalogo Scriptorum Societa-*  
*tis IESV.*

**L**UDOVICVS Pontanus, natione Hi-  
spanus, patria Pincianus, ab ipsis incuna-  
bulis factus, atque educatus videtur ad  
pietatem. Societatem nostram expetiuit an-  
num agens XX. atq; admissus est anno salutis  
M. D. LXXV. cum iam & philosophicis disci-  
plinis esset instructus, & duos annos in sacra  
Theologia utiliter posuisset. Deinde profe-  
cutus est studia litterarum, in quibus longo post  
se interuallo condiscipulos omnes reliquit,  
propter ardorem animi, ingenium, atque acre  
iudicium. Itaque Aristotelis cursum (ut vo-  
cant) docendo cofecit, & sacram etiam Theo-  
logiam professus est acutè, grauitè, eruditè.  
Sed cum non minus vitæ integritate, ac reli-  
gione quàm ingenio, atque doctrina excellat,  
Magistri nouitiorum, atque Rectoris partes  
Ludouico sepe mandatae sunt, easque peregre-  
giè obiuit, sed tenui, vel potius nulla valetu-  
dine, qua semper conflictabatur, coactus est  
interrumpere, & gubernandi, & docendi cur-  
sum, & animum ad ea scribenda transferre,  
quæ longo usu, assidua meditatione, perpetua  
sui mortificatione didicit, & non tam ex alio-  
rum libris hausit, quam in se ipse expertus est.  
Scripsit materna lingua pias, doctas, perutiles  
*Mysteriorum fidei Meditationes* quas duobus  
Tomis complexus est.

Item



Item alterum tomum, quem *Ducem spiritualem* inscripsit.

Et aliud opus, de *Perfectione hominis Christiani in omnibus vite statibus*: in quatuor præcipuas partes tributum, in quibus agitur de omnibus diuinis vocationibus, de septem Sacramentis, ac de omnibus Statibus, Officijs, vitæque rationibus Christianæ Reip. Secularis, Ecclesiasticæ, ac Religiosæ, ac demum de Officijs, ac Muneribus Hierarchiæ Ecclesiasticæ.

FACULTAS ET APPRO-  
BATIO HVIVS LIBRI, VT  
imprimi possit.

**E**GO *Alfonfus Ferrerius Societatis IESV in Prouincia Castellana Præpositus Prouincialis, ex particulari cõmissione admodum R.P. Claudij Aquauina Præpositi Nostri Generalis, concedo facultatem, vt Meditationes de præcipuis Fidei nostræ mysterijs, cum orationis mentalis circa eadem praxi, à P. Ludouico de Ponte eiusdem Societ. concinnatæ (vt quæ fuerint à viris grauibus & doctis Societatis nostræ examinatæ, & probatæ) excudantur. In cuius rei testimonium has literas propria manus subscriptione sigilliq; officij mei impressione munitas dedi Vallis-Oleti, 10 Augusti Anno 1604.*

ALFONSVS FERRERIVS.

POTEN.

POTENTISSIME  
Domine.

EX mandato S. Vestre, & particulari Domini D. Diego Aldereticj commissione perlegi librum, cui titulus: *Meditationes de precipuis S. Fidei nostra Mysterijs, cum Orationis mentalis circa eadem praxi*, à P. Ludouico de Ponte Socier. I E S V Religioso concinnatum: quod mihi videtur opus eruditum, pium, valdeque vtile: ex quo animus legentis intelligat, quantis beneficijs Deo sit obstrictus; eaque agnoscens, ad debitum amoris tributum eidem reddendum permoueat. Et licet multa de hoc argumento sint aliàs edita, inter omnia tamen hoc mihi opus videtur pium valde ac deuotum, iisq; omnino consonum, quæ sancta Fides, & Concilia docent, Doctoresq; Sancti tradunt: neq; in eo aliquid inuenitur, quod illis repugnet. Quare iudico, quam perit facultatem, meritò ei concedendam, in magnum Christiani populi bonum, & vtilitatem communem. Datum Vallis-Oleti apud S. Franciscum, die vigesima Septemb. anni 1604.

F. GREGORIUS RVITIVS,  
*Professor Emeritus.*

PRIVI-

# PRIVILEGIUM

CAESAREVM.

**C**VM Sacra Caesarea Maieſtatis decreto, omnibus & ſingulis Typographis & Bibliopolis, ac alijs quamcunq; librariam negotiationē exercētibus. ſerio firmiterq; inhibeatur, ne quiſquam vllos libros à noſtris Patribus hactenus editos, vel in poſterum edendos, intra ſacri Romani Imperij regnorum, & dominiorum ſuae Caſ. Maieſtatis hereditariorum fines, ſimili vel alio characteris genere, aut forma, ſive in toto, ſive in parte recudere, vel aliò recudendos mutere, aut alibi etiã impreſſos adducere, vendere & diſtrahere, clam ſeu palam, citrà iudicium ac teſtimonium ſupradictorū Patrum audeat, vel praſumat: concedo ego Henricus Scherenus Societatis I E S V per Rheni prouinciam Prouincialis, Ioanni Kinckio Bibliopola Coloniensi, facultatem excudendi R. P. Ludouici de Ponte Vallis-Oletani è Societate I E S V Theologi, Meditationes de praeſcipuis Fidei noſtra Myſterijs in ſex partes diuiſas, Per R. P. Melchiorum Treuinnium euſdem ſocietatis Sacerdotem, ex Hiſpanico in Latinum translatis, de peculiari mandato R. P. N. Claudij Aquanua Praepoſiti Generalis. In quorum fidem hoc ei teſtimonium propria manu ſcriptum, dare volumus. Colonia Agrippina, 3. Februarij 1612.

HENRICVS SCHERENVS.

INDEX

I N D E X  
MEDITATIONVM AC RERVM  
præcipuarum in hac prima parte  
contentarum.

- I**ntrōductio ad Meditationes, in qua compendio indi-  
cantur ea quæ mentalis orationis praxis & exer-  
citatio complectitur. fol 4
- ¶ Paragraphus 1. Quid sit oratio mentis. pag. 8
- §. 2. Quæ ratione cum Deo in mentis oratione loquen-  
dum. 14
- §. 3. Quæ virtutes orationem mentis comitentur; & hu-  
ius præstantia. 22
- §. 4. De mentalis orationis materia ad Medit. 26
- §. 5. De ipso ingressu orationis. 32
- §. 6. Quomodo in oratione ratiocinandum, ac distractio-  
nibus, quæ in ea nos oppugnant, occurrendum. 37
- §. 7. Quæ ratione imaginationis, lingue, aliorumque a-  
nimæ facultatum opera in oratione mentis utemur.  
45.
- §. 8. De orationis examinatione, & fructibus ex ea ca-  
piendis. 48
- §. 9. De varijs orandi modis, in diuersis materijs; diuer-  
sis personis, ac temporibus accommodatis. 51
- §. 10. De contemplatione, & quæ ratione possit oratio  
mentis sine multa ratiocinatione haberi. 56
- §. 11. Extraordinarij orationis mentalis modi: & varia-  
riones quibus se Deo in ea communicat. 61
- §. 12. De ordinario & extraordinario tempore mentis  
orationi tribuendo; ac de iaculatorijs orationibus. 72
- §. 13. Quædam monita circa insequentes Medit. 79

MEDITATIONES QVAE I. PAR-  
te continentur.

<b>I</b> ntröductio, qua agitur de cordis puritate, quae via Purgatiuae scopus est. pag. 3.	
Med. 1. De fine, in quem creatus fuit homo, & rebus, quae eidem consequendo deseruiunt.	9
Med. 2. De grauitate peccati, ex Angelorum, Adami, & particularium aliquorum exempla desumpta	21
Med. 3. De multitudine peccatorum, & eorum grauitate, quae ex eo, quod multa sint, & naturali rationi a. uersentur, colligitur	35
Med. 4. De grauitate peccati, ob uilitatem hominis Deum offendentis.	41
Med. 5. De eadem grauitate ob maiestatem Dei offen- sam.	47
Med. 6. De eadem ex comparatione ad temporaneas aeternas penas, quae peccanti infliguntur.	58
Meditationes de hominis Nonisimis, quod ad peccatorum detestationem incitemur.	69
Med. 7. De proprietatibus Mortis.	70
Med. 8. De ijs quae anxietatem & afflictionem ei ad- ferunt, qui morti est uicinus.	78
Med. 9. De particulari iudicio anime quod statim post mortem peragitur.	89
Med. 10. De ijs, quae corpori post mortem eueniunt: ac de sepultura.	106
Med. 11. De memoria mortis & puluere, in quem con- uertemur in sepulchro.	106
Med. 12. De deceptione, & grauissimis incommodis, quae ex mortis obliuione proueniunt.	126
Med. 13. De uniuersalis iudicij signis praecedentibus.	136
Med. 14. De mortuorum resurrectione, & Iudicis ad iudicium aduentu.	145
Med. 15. De sententiis pro bonis, & contra impios	161
	Med. 16.

I N D E X

Med. 16. De Inferno quo ad pœnarum aeternitatem loci acerbitatem, & eius habitatores .i.e. tortores	179
Med. 17. De pena sensus, & internarum animæ facultatum, ac de pœna damni.	191
Meditationes aliæ modique orandi ad perfectam animæ puritatē, & vitiorū ac passionum mortificationē	201
Med. 18. De superbia, & inani gloria.	204
Med. 19. De gula & virtute temperantiæ.	212
Med. 20. De luxuria & virtute castitatis.	218
Med. 21. De Avaritia.	221
Med. 22. De ira & impatientia.	236
Med. 23. De invidia.	243
Med. 24. De accidia vel pigritia.	250
Med. 25. Circa decem Præcepta Decalogi.	256
Med. 26. Circa quinque sensus & potentias animæ externas.	274
Med. 27. Circa internas animæ facultates.	281
Med. 28. De modo quodam orandi examinando conscientiam.	292
Med. 29. De alio modo orandi ad particularis alicuius vitij extirpationem.	300
Med. 30. De excellentijs Sacramenti Confessionis.	308
Med. 31. De Præparatione ad Sacramentum Penitentia.	317
Med. 32. De Gratiarum actione post confessionem.	329
Med. 33. De Præparatione ad sacram Communionem.	335
Med. 34. De spirituali communionem, quæ ad sacramentalem disponit, & ad sacrum Missæ cum fructu audiendum	347
Med. 35. De Gratiarum actione post sacram communionem.	353
Med. 36. De Purgatorio, vt ad penitentia opera excitemur.	360

## INDEX

MEDITATIONVM  
 QVAE SVPER EVANGELIA  
 DOMINICARVM ET FESTORVM DIE-  
 rum, per totum annum iuxta Rom. Eccle-  
 siae vsum, proponuntur, & applicari  
 ad Conciones possunt;  
 IN GRATIAM CONCIONATO-  
 rum collectus.

- D**ominica 1. Aduentus. *Erunt signa in Sole.* Luc. 21. Part. 1. Medit. 13.  
 Dom. 3. Aduent. *Miserunt Iudaei* Ioã 1. Par. 3. Med. 2.  
 Dom. 4. Aduent. *Anno Quintodecimo.* Luc. 3. part. 3.  
 me. 1. pun. 2. *Parate viam Domini* pa. 2. m. 15. pu. 3.  
 in vigilia Natiuit. Dom. *Cum esset desponsata.* Matt. 1. part. 2. med. 14.  
 In Natiuit. Dom. *Exiit edictum.* Luc. 2. par. 2. med. 16  
*Pastores loquebantur.* par. 2. me. 19. pun. 1. *Verbum caro factum.* Ioan 1. par. 2. med. 1. punct. 1. & 2. & med. 9.  
 In festo S. Stephan. *Stephanus autem plenus gratia.* Act. 6. part. 5. med. 18.  
 In festo S. Ioan. Euangel. *Sequere me.* Ioan. 21. part. 5. med. 1. pun. 3.  
 In festo SS. Innocentium. *Angelus Domini.* Matt. 2. part. 2. med. 28.  
 Dom. infra Octa. Natiuit. *Erant Ioseph.* Luc. 21. par. 2. med. 25. pun. 2-3.  
 In Circumcis. Dom. *Postquam consummati sunt dies octo.* Luc. 2. part. 2. med. 20.  
 in Vigil. Epiphan. *Deiuncto Herode.* Matt. 2. par. 2. med. 28. punct. 3.  
 In Epiph. Do. *Cum natus esset.* Mat. 2. par. 2. med. 22.

Dom.

MEDITATIONVM.

- Dom infra Octa. Epiphani. *Cum factum esset.* Luc 2.  
part. 1. med. 29. punct 2.
- In Oct. Epiphani. *Vidi spiritum descendentem quasi columbam* Ioan 1 par. 3. med 3. pun 3.
- Do. 2 post Epiph. *Nuptie facte sunt.* Ioā 1. pa. 3. m. 9.
- Do. 3. post Epiph. *Et ecce Lepros.* Mat. 8. p. 3. med. 33.
- Dom 4 post Epiphani. *Ascendente Iesu in Nauiculam.* Matt. 8. par. 3. med. 18.
- Dom. 5 post Epiph. *De Zizaniis.* Mat. 13. par. 3. m. 45.
- Dom 6 post Epiph. *De grano Sinapi.* Matt. 13. par. 3. med. 46.
- Dom in Septuag. *Simile est regnum caelorum.* hom. Pa-  
trifamil Matt. 20. par. 3. med. 54.
- Dom. in Sexages. *Exiit qui seminat.* Luc. 8. p. 3. m. 4+
- Dom. in Quinquages. *Ecce ascendimus Hierosolymam*  
Luc. 18. par. 4. m. 2. *Cecus quidam.* par. 3. med. 35.  
Fer. 4. *Cinerum De Ieiunio.* par. 3. m. 4. & 5. *No-  
lite thesaurizare.* Matt. 6. par. 6. m. 51. *Memento ho-  
mo quod puluis es.* Genes 3. par. 1. med. 11.  
Fer. 5. *Accessit ad eum Censurio.* Matt. 8. p. 3. m. 10.  
Fer. 6. *Estote perfecti.* Matt. 5. par. 3. med. 13. pun-  
3. *Et de dilectione inimicorum.* par. 4. med. 45.  
Sabb. *Erat nauis.* &c. Marc. 6. Par. 3. m. 19. pun. 2.
- Dom. 1. Quadrag. *Ductus est Iesus.* &c. Matt. 4. part.  
3. med. 4. & 5.
- Fer. 2. *Cum venerit filius hominis.* Mat. 25. p. 1. m. 15.
- Fer. 3. *Ascendens Iesus Hierosol.* Ioā 2. 13. p. 3. m. 10.
- Fer. 4. *Sicut fuit tonas.* &c. Matt. 11. par. 3. med.  
10. punct. 2.
- Fer. 5. *De Canana.* Matt. 15. par. 3. med. 29.
- Fer. 6. *Est autem Hierosol.* Ioan. 5. par. 3. med. 32.
- Sabb. *Assumpsit Iesus Petrum.* &c. Matth. 17. par. 3.  
med. 21.
- Dom. 2. *Assumpsit Iesus Petrum.* ibid. p. 3. m. 21. & 22.
- Fer. 4. *Ecce as end.* Hierosol. par. 4. med. 2. pun. 2.
- Accessit ad eum mater filiorum.* &c. Mat. 20. p. 3. m. 13.



I N D E X

- Fer 5 *Homo quidam erat dives* Luc. 16. par. 3. me. 24.  
 Fer. 6. *De Vinea*. Matt. 21. par. 3. med. 55.  
 Sabb *De filio prodigo* Luc. 15. par. 3. med. 49.  
 Dom. 3. *Erat Iesum eiciens aemoneum*. Luc. 11. par. 3.  
 med. 37.  
 Fer. 6. *Venit Iesum in ciuit. Samariae*. Ioan. 4. part. 3.  
 med. 26.  
 Sabb *Adducunt mulierem*. Ioan. 8. par. 3. med. 27.  
 Dom. 4. *Vitit Iesum*. Ioan. 6. par. 3. med. 17.  
 Fer. 8. *Inuenit in templo ement. & vendent*. Ioan. 2.  
 par. 3. med. 10.  
 Fer. 4. *De caeconato*. Ioan. 9. par. 3. med. 36.  
 Fer. 5. *Ibat Iesum in ciuitatem*. Luc. 7. par. 3. med. 40.  
 Fer. 6. *De Lazaro resuscitato*. Ioan. 11. par. 3. med. 41.  
 Dom. de Passione, *De memoria eius*. par. 4. in eius  
 initio. *De fine eam meditandi statim* §. 1. Introdu-  
 ctio, par. 4. *Abraham exultauit*. ibid.  
 Fer. 5. *Rogabat Iesum quidam Pharisaeus*. par. 3. me. 25.  
 Fer. 6. *Collegerunt Pontifices*. Ioan. 11. par. 3. med. 42.  
 Dom. in Ramis Palmar. *cum appropinquasset*. Matt.  
 21. par. 4. med. 3.  
 Fer. 2. *Ante sex dies Pasche*. Ioan. 12. p. 4. m. 5.  
 Fer. 5. *Ante diem festum Pasche*. Ioan. 13. par. 4. m. 8.  
 Fer. 6. *Hist passionis est in tota 4 parte*.  
 Dom. Resurrect. part. 3. med. 2. & 3.  
 Fer. 2. *Duo ex discipulis*. Luc. 24. par. 5. med. 7.  
 Fer. 3. *Sietit Iesum*. Luc. 24. par. 5. med. 8.  
 Fer. 4. *Manifestauit se iterum*. Ioan. 21. par. 5. med. 12.  
 Fer. 5. *Maria stabat*. Ioan. 20. par. 5. med. 4.  
 Fer. 6. *Vndecim discipuli*. Matt. 28. par. 5. med. 14.  
 Sabb. *Vna Sabbati Maria Magdal*. Ioan. 20. par. 5. m. 6.  
 Dom. in Albis, *cum sero esset*. Ioan. 20. par. 5. m. 8.  
 Dom. 2. post Pascha, *aliquid habetur*. par. 5. med. 13.  
 & plura, part. 3. med. 48.  
 Dom. 3. *modicum*. Ioan. 16. par. 5. med. 16. punct. 3.  
*Mulier cum parit*. ibid. par. 4. med. 18. pun. 4.

Dom. 4.

MEDITATIONVM.

- Dom. 4. *Vado ad eum*, Ioan. 16 par. 5. med. 17. *ibid.*  
 med. 22. punct. 2.
- Dom. 5. *Si quid petieritis*, Ioan. 16. par. 4. m. 18. punct.  
 3. & par. 6 med. 33
- Fer 2. *Rogat quis vestrum*, Luc 11 *ibid.*
- In Vigilia Ascensionis, *Subleuatis oculis*, Ioan 17.  
 par. 4. med. 19.
- In Ascensione Dom. par. 5. med. 18 & seq. & me. 14.
- Dom. infra Octa. Ascens. *Cum venerit Paracletus*,  
 Ioan 15. par. 5. med. 22.
- In festo Pentecostes, *Dum compleverunt dies*. Act. 2.  
 par. 5. med. 23.
- In festo SS. Trinit. *Data est mihi omnis potestas*, Mat.  
 28. par. 5. med 14 punct. 2.
- Dom. 1 post Pentecost. *Estote misericordes*, Luc. 6.  
 par. 6 med. 12. 13
- Dom. 2 post Pentecost. *Homo quidam fecit caeu*. Luc.  
 14. par. 3 med. 56.
- Dom. 3. *De ovis perditis*, Luc 15 par. 3. med. 48.
- Dom 4. *Relictis omnibus*, Luc. 5 par. 3. med 6 pun. 4
- Dom 5 *Qui irascitur fratri*, Matt. 5 par. 1. med 22.
- Dom. 6. *Misereor super turbam*, Marc. 8 par 3. me. 17.
- Dom. 8 *De Fillico*. Luc. 16. par 3 med 52.
- Dom. 9. *Videns civitatem*, Luc. 19. par 4 med. 4.
- Dom. 10 *Duo homines ascenderunt*, Luc. 18. p 3. m 53.
- Dom 11. *Et adducunt ei surdum*, Marc 7 par 3. me. 37.
- Dom 12 *Homo quidam descendebar*. Lu 10. p. 3. m. 50  
*Diliges Dominum Deum tuum*, par 6. m. 11.
- Dom. 3. *Occurrerunt decem viri leprosi*, Luc. 17. par. 3.  
 med. 34.
- Dom 14. *Ne solliciti sitis*. Matt. 6. par. 6. m. 31. & 32.
- Dom. 15. *Ibat Iesus in civitatem, quae vocatur Naim.*  
 Luc. 7 par 3. med. 40.
- Dom. 17 *Diliges dominum Deum*, par. 6. med 11.
- Dom. 19. *Simile factum regnum caelorum homini Regi*,  
 & c. Matt. 22 par 3. med. 56.

I N D E X

- Dom. 20. *Nisi signa & prodigia videritis*, Ioan. 4. par. 3. med. 30. pun. 2. & 39. pun. 2.  
 Dom. 21. *De seruo qui decem millia talenta debebat*, Matt. 18. par. 3. med. 51.  
 Dom. 22. *Cuius est hæc imago*, Mat. 22. par. 6. med. 25. punct. 3.  
 Dom. 23. *Ecce Princeps vnus*, Matt. 9. par. 3. med. 39. *Et ecce Mulier, quæ sanguinis fluxum, &c.* Matt. 9. part. 3. me. 31.  
 Dom. 24. *De Iudicio vniuersali*, par. 1. med. 13.

I N F E S T I V I T A T I B V S S A N -  
 C T O R U M .

- I**N festo S. Andree, *Vidit duos fratres*, Matt. 4. par. 3. med. 6.  
 In festo Concept. B. V. par. 2. med. 3.  
 Expectatio Partus B. V. par. 2. med. 15. *Missus est Angelus*, Luc. 2. par. 2. med. 6.  
 In festo S. Thomæ. *Thomas vnus ex duodecim*, Ioan. 20. part. 5. med. 10.  
 In conuers. D. Pauli, *Saulus adhuc*, Act. 9. part. 5. med. 29. & seq.  
 In festo Purificat. B. V. *Postquam impleti*, Luc. 2. par. 2. med. 24.  
 In festo S. Matthiæ, *Exurgens Petrus*, Act. 1. par. 5. med. 21.  
 In festo S. Ioseph, *Cum esset desponsata*, Matt. 1. part. 2. med. 14.  
 In festo Annunciat. B. V. *Missus est Angelus*, Luc. 3. part. 2. med. 6.  
 De incarnat. Christi, par. 2. med. 1.  
 In festo S. Marci, part. 3. med. 15.  
 In festo SS. Philippi & Iacobi, par. 4. me. 18. potissimum in punct. 4.  
 In festo corporis Christi, par. 4. m. 11. & pa. 6. m. 39.  
 In Natiuit. S. Ioan. Bapt. par. 2. m. 13. & par. 3. me. 1.

In vigil.

MEDITATIONVM.

- In vigil. SS. Petri & Pauli, *Simon Ioannes diligis me,*  
*Ec Ioan 21. par. 5. med. 13.*
- In festo SS. Petri & Pauli, *Qua dicunt homines, Ec.*  
*Act. 12. par. 3. med. 20.*
- De vita S. Pauli, part. 5. med. 31.
- In festo visitat. B. V. *Exurgens Maria,* Luc. 1. part. 2.  
 med. 11. & 12.
- In Octaua Petri & Pauli, *Iussit Iesus discipulos suos*  
*ascendere nauiculam* Matt. 14. par. 3. med. 9.
- In festo Mariæ Magdalenæ, *Rogabat Iesum,* Luc. 7.  
 part. 3. med. 25.
- In festo S. Iacobi, *Accessit ad Iesum Mater filiorum*  
*Zebedei,* Matt. 10. par. 3. med. 23.
- In transfigurac. Dom. *Assumpsit Iesus,* Matt. 17. par.  
 3. med. 21.
- In Assumpt. B. V. *Intrauit Iesus,* Luc. 10. part. 3. in  
 Introduct. ipsa historia par. 5. med. 34. 35. & seq.
- In festo S. Bartholomæi, *Erat pernoctans,* Luc. 6. par.  
 3. Introduct. 6. 8. & eiusdem par. 3. med. 6.
- In festo decollat. S. Ioan. *Misit Herodes,* Marc. 6. part.  
 3. med. 16.
- In Natiuit. B. Virg. par. 2. med. 4.
- In festo S. Matthæi, *Vidit Iesum,* Matt. 9. par. 3. me. 6.
- In festo S. Michaelis, *Angeli eorum,* Matt. 18. part. 6.  
 med. 34.  
*Nisi conuersi fueritis,* in eadem par. med. 50.
- In festo S. Simonis & Iudæ, *Hæc manda vobis,* Ioan.  
 15. par. 4. med. 18. punct. 2.
- In festo omnium SS. *Videns Iesus turbas,* Matth. 3.  
 part. 3. med. 11.
- In Commemoracione omnium Defunctorum,  
 part. 1. med. 36.
- In festo Præsentat. B. Virg. par. 2. med. 4. pun. 3.

INDEX MEDITAT.

DE COMMUNI.

- D**edicatio Ecclesie, *Ingressus Iesus*, Luc. 19. par. 3. med. 28.  
 In Com. Apost. *Hoc est preceptum*, Ioan 14. part. 4. med. 18. pun. 2.  
*Ecce, nos reliquimus omnia*, Matth. 19. part. 6. med. 48. punct. 3.  
 In Com. Euangelistarum, *Designavit Iesus*, part. 3. med. 15.  
 De vno Martyre, *Si quis vult venire post me*, Matth. 10. part. 3. med. 7.  
*Si quis venit ad me*, Luc. 14. part. 3. med. 11.  
 De pluribus Martyribus, *Descendens Iesus*, Luc. 6. part. 3. med. 11.  
 De Pontificibus, *Homo quidam*, Mat. 25. par. 3. m. 58.  
 De Doctoribus, *Vos estis sal terrae*, Mat. 5. p. 3. m. 12.  
 De Confessoribus, *Homo quidam nobilis*, Luc. 19. part. 3. med. 58.  
 De Virginibus, *Simile est regnum celorum decem virginibus*, Mat. 25. part. 3. med. 57.  
*Simile est regnum celorum homini negociari*, Mat. 13. p. 1. 3. med. 47.  
 Ad calcem operis inueniet Lector Indicem locorum S. Scripturae, & rerum memorabilium.

F I N I S.



I  
A V T O R P I O  
L E C T O R I.



QVONIAM Religioforum  
nostra minima Societatis  
IESV finis est, non solum sa-  
luti ac perfectioni propriarū  
animarum cum diuina gra-  
tia vacare; sed cum eadem

impensè in salutem & perfectionem proximo-  
rum incumbere: mihi verò ob aduersam va-  
letudinem alia ministeria, in eum finem  
instituta, præstare nõ licet: ne omninò vo-  
cationis meæ fini deessem; librū hunc con-  
scribere statui: quò eos adiunarem, tum in  
propriæ salutis negotio, qui omniū Chri-  
stianorum communis est finis; tum in ex-  
cellentia Euangelicæ perfectionis conse-  
quenda, quæ Religiosos potissimùm con-  
cernit. Quamuis, cū oēs in magna hac  
Ecclesiæ domo degētes, cuiuscunque tan-  
dem sint conditionis, ad eandē perfectio-  
nem aliqua ratione vocati censeantur, illa  
Christi sententia: a *Estote perfecti, sicut Pa-*  
*ter vester cælestis perfectus est:* ad omnes qui-  
dem laborem hunc destino, vt exhibeamus  
(quemadmodum Apostolus ait) *b omnem*  
*hominem perfectum in Christo IESV;* sed præ-

a Mat. 5. 48.

b Col. 1. 28.

Introduit.

A

cipuè

cipuè tamen ad Religiosos, qui statùs sui  
 ratione, perfectionem se querere profiten-  
 tur: eam que oratione ac meditatione, (que  
 huius libri est argumentum) consequi stu-  
 dent. Vt hac ratione, iuxta exiguam facul-  
 tatem, & talentum meum, consilium illud  
 S. August. amplecterer. *Si amatis, inquit,  
 Deum, rapite omnes ad amorem Dei, qui vobis  
 iunguntur: & eēs qui in domo sunt vestra. Si  
 amatur à vobis corpus Christi, id est vnitas Ec-  
 clesie, rapite eos ad fruendum, & dicite: Ma-  
 gnificate Dominum mecum, & exaltemus no-  
 men eius in id ipsum. Nec pusillanimes, aut  
 parcos in hoc munere vos præbete; sed ra-  
 pite quos potestis, hortando, portando, rogādo,  
 disputando, rationem reddendo cum mansue-  
 tudine, & lenitate, quò eodem omnes amoris  
 spiritu DEVM magnificent. Diuinus enim  
 hic cignis, qui nunquam dicit, sufficit, non cō-  
 sistit, propterea quod semel possessum à se  
 cor ita inflammet, vt ipsum, & quidquid  
 intrā ipsum est, amore Creatoris sui con-  
 flagret; sed absque vllō inuidiæ indicio ra-  
 dios suos & flammās ad cognatos omnes  
 suos, amicos, vicinos, ad omnes denique,  
 qui quauis ratione ipsum contingunt, dif-  
 fundit: maximè tamen ad eos, qui in eadē  
 domo, eodem vitæ instituto coniuncti  
 versantur: nequis in ea sit, qui non magno  
 feruo-*

Serm. 3. su-  
 per Psal. 33.

cProver. 30.  
 16.

feruore diligat, glorificetque Deum: ita ut hoc igne ipsi inflammati, seu accensi, alios inflamment; illique alios: quod per orbem totum ignis ille dilatetur; iuxta desiderium illud, quo Christus de cælo venit in mundum, quod patefecit, cum dixit: *ignem* d Luc. 32.  
*veni mittere in terram: & quid volo, nisi ut accendatur?* 49. Hic itaque scopus meus fuit in his Meditationibus conscribendis, quibus in virtute Spiritus diuini, *concalescat cor nostrum intra nos: & in meditatione nostra exardescat ignis.* e Psal. 33. 4. Earum delineationem, cum alijs, ad fructum ex ijs capiendum, notata dignis, prætermittam in Introductione, quæ subijcietur; nominatim verò in §. eius quarto, & ultimo. Quod si Deus, ut propositum finem assequar, annuerit; Christianum Lectorem, qui huius ignis particeps fiet, obtestor, ut Psalmographi, eiusque commentatoris S. Augustini consilium re ipsa exequatur, *laudando & magnificando Dominum mecum*, cuius est totum, quod bonum est; & contendendo, ut idem ignis alijs quoque communicetur; quod omnes in vniuersum homines, qui nunc sunt, & in posterum erunt, diligant, laudent, ac magnificent Deum Dominum nostrum, per infinita secula seculorum. Amen.



## INTRODVCTIO

AD MEDITATIONES  
SEQUENTES,  
QVAE BREVI COMPENDIO MEN-  
TALIS ORATIONIS PRA-  
xim complectitur.

**V**SQVE adeò excelsa ac sublimis est  
mentalis orationis exercitatio, qua fa-  
miliariter cum DEO agentes, fidei nostra my-  
steria meditamur, vt precipuus eius Doctor da-  
ctorq; alius esse nõ possit, quàm diuinus ipse Spi-  
ritus: a Cuius (vt S. Ioannes ait) vnctio docet  
de omnibus. Eius inspiratione SS. Patres, &  
didicerunt eam, & eiusdẽ utiliter exercenda,  
multa magni momenti monita, & accommoda-  
ta documenta scripta nobis reliquerunt, secuta-  
rus nihilominus eiusdem præcipui Ductoris mo-  
tum, quem fuerunt ipsi secuti.

Horum ego vestigijs atque experientia infi-  
stens, statui præcipuarũ rerũ, quas mentis ora-  
tio complectitur, compendium quoddam breue,  
clarum atq; distinctum conficere, quod quisq;  
& intelligere, & facile in vsum deducere va-  
leat: fusiorẽ eorum, qua adduxero, si quis desi-  
deret tractationem, auctores alios consulat, li-  
cet; qui de iisdẽ ex instituto scripserunt. Vt ta-  
men eorũ, qua tũ in breui hac Introductione,  
tũ in sequentib; Meditationib; sum dicturus,  
cõstet auctoritas, eos fontes ad margines indi-

cabo,

a 1. Ioh. 2.  
27.

eabo, è quibus illa sunt petita. Sunt verò hi fontes præcipuè tres. Primus SCRIPTURA SACRA: qua & principalis huius scientia Spiritus fons censendus est: ut b quæ in se habeat vitæ æternæ, sublimiâq; illa media cõtineat, quibus ad eam in præsentia hac vita delibandâ, in futura verò plenè possidendâ peruenitur. Secundus fons sancti sunt PATRES, ij maxime, qui THEOLOGIAE MYSTICAE Magistri fuerunt: Ex quibus etiâ eos potissimū seligam, qui veneranda antiquitate, diuinaq; illustratione magis sunt cõspicui: quales sunt S. Dionysius, Basilius, August. Chrysoft. Casian. Gregor. Bernard. & alij similes, quibus beatū etiam P. & Fundatorē nostrū IGNATIUM, Glo. mem. adnumerabo, eum ordinē ac methodū sequens, quā is in libello, quem edidit spiritalium EXERCITIORVM tradidit: cuius libelli grauis omninò est autoritas: tum quod non sine magno fundamentò nobis persuadeamus, speciali diuina reuelatione & inspiratione, illa ipsa exercitia, modumq; quo in vsum conferri deberent, intrinsecus edocente, ad eum conscribendū fuisse permotum; tum q; à summo Christi Vicario & Pontifice Paulo III. speciali Bulla, Anno 1548. edita (qua eidem libello præfixa est) approbatus fuerit & confirmatus. quā approbationē admirandi, qui secuti sunt, euētius cõfirmarunt, quos Deus non cessat quotidie in ijs operari, qui eis

I.

b Ioan. 5. 39.

II.

Lib 1. cap. 8.

vtuntur Meditationibus, vt fusè refert Petrus Ribaceneira in gloriosi huius viri vita, quam edidit, Historia.

e Matt. 13. 31.

Id tantùm hic de eodẽ libro adiungam: c Sicut Regnum cœlorum simile est grano sinapis, & minimum quidẽ est omnibus seminib⁹: Cũ autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor ita, vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius; Ita doctrinã, qua in eo libello continetur (sicut ipsa Scriptura sacra, ex qua ille desumptus est) eidẽ grano sinapis similem esse. Si. n. libelli illius corticem tantũ, & id quod primo apparet aspectu cõsideres, paruum est, breuis, planisq; & simplicibus conscriptus verbis: sin, qua intus continet, inspicias, virtute est efficax, affectibus ardens, sensu excelsus, rationationibus fusus, orandi, & contemplandirationibus varius, & amplus; ita vt in eius ramis requiem, pastumq; spirituale copiosum inueniant, quicunque animi cœli instar, ad altitudinem contempla-

d Phil. 3. 20

tionis ascendere anhelantes, d Conuersationem suam (vt Apostolus ait) habent in cœlis. Quæ omnia liquidò constabunt ex ijs, quæ tũ in breui hac Introductione carptim, tũ in sex sequentibus Meditationum partibus, fusius indicabimus. Erunt hæ sex ramorum instar, nobilium eius libelli exercitorum e Cuius vmbra, tentatu & afflictis sub ea sedentibus, adfert remedium: f Folia ad sanitatem gentium cõducunt, quorum anima languent: flores odoriferi, Tyo-

e Cant. 2. 3.

f Apoc. 22. 2

g Cant. 2. 3.

nibus in virtute robur addunt: genus fructus dulces, proficientibus vires adaugent: eius cul-

men & fastigium, perfectis dat requiem: Hi enim omnes, & meditationes, & orandi rationes cuiusq; statui accommodatas in eo inuenient, vt mox videre licebit.

Vt autem constet, MYSTICAE Theologiae pietatem & praestantiam, in exacta SCHOLASTICAE veritate fundari, Tertius fons, è quo sumpta erunt, quae dicemus, SCHOLASTICI erunt DOCTORES; quamuis solum S Thomam allegare constituerim, quod solus pro decem mille testibus valeat. Eius enim doctrina approbata est, certa atque secunda; & Scholasticis sententis alios quoque Mystica inserit sensus, quae duae facultates fideles sunt, germanaeq; sorores. Et in vtraque Angelicus Doctor excellit, prout etiam eius Praeceptor S. Albertus Magnus, & in studijs consodalis S. Bonaventura, quorum propterea doctrina erit etiam hic interdum opportuna.

Et quoniam etiam tales Doctores & Doctores secuto, accidere mihi vt homini potest, aliquo errore labi in ijs, quae dicturus sum, statuo, quae cunque dixerò, sancta Matris Ecclesiae, quae columna est, & firmamentum veritatis, iudicio, censuraq; subiecta esse; à qua, si vel 1. Tim 3. 15. latum vnguem, siue ignorantiam, siue oscitantiam discessero, illud iam nunc ab initio omnino reuocatum esse cupio.

# QVIV SIT MEN- TIS ORATIO.

## PARAGRAPHVS I.

P. Ignatius  
1. Exerc. 1.  
Hebd.  
D. Thom. 2.  
2. q. 83. art.  
1. q. 180. a. 1.  
3. q. 4. 5. p.  
q. 31.



RATIO mentis, de qua hoc loco differemus, est functio trium internarum animæ facultatū, MEMORIAE, INTELLIGENTIAE, & VOLUNTATIS: dum proprias earum actiones, circa Sacrosanctę Fidei veritates, & mysteria, diuino auxilio freti exercentes, cum ipso Deo Domino nostro, intra nos ipsos colloquimur, familiariter agimus, dona eius cęlestia flagitamus, ac de ijs omnibus tractamus, quę ad animę salutem & perfectionem spectant. Quare huius orationis substantia in his præcipuę quatuor sita est.

*Primum* in MEMORIA, cuius operã tum Dei Domini nostri meminimus, cum quo sermonem instituere, de quę rebus ad salutę spectantibus agere decreuimus: tum mysterium, circa quod Meditatio est instituenda, non in genere & confusę tantum; sed in partes, siue membra, (quę Meditationis præcipuum sint argumentum) clarę, distinctęque distributum (iuxta ea, quę fides docet, & modum ac dispositionem, quam postea trademus) breuiter percurrimus. Ne verò sicca, & omninò sterilis hæc mysterij recordatio sit: Expedit, Fidei actus

ita

ita illi adiungere, vt quæ in eo mysterio continentur, sententias, quàm poterimus viuacissimè, credamus; vt potè à Deo, qui summa veritas est, reuelatas: vt fide tanquam primo gradu huius scalæ vrentes, ad perfectam rei cognitionem conscendamus, iuxta illud Isaia: a

a *Isaia 7. 9.*  
iuxta 70.  
& Hieron.  
ibidem.

*Secundò* consistit Oratio, in INTELLECTU, qui ratiocinando, varias circa Mysteriũ propositum considerationes formans; latentes in eo sententias seu veritates, earum causas, proprietates, effectus, cæterasq; earum circumstantias inquirit, inuentaſque ita in particulari expendit, vt tum verum, proprium, plenumque sibi faciat rei, quam meditatur, conceptũ; tum conuincatur, persuadeaturque, veritatibus illis assentiri: quas voluntati proponens eam, ad proprios circa eas actus exercendos, impellat.

*Tertiò* accedit VOLUNTAS libera, quæ varios affectus, & virtutum actus ijs conformes, quos Intellectus meditando effecerat, elicit; tum versus seipsum, odij sui, doloris de peccatis, pudoris de propria miseria; tum versus Deũ, amoris, fiduciæ de misericordia eius, laudis, gratiarum actionis ob accepta beneficia; desiderij veras virtutes consequendi, bonaque opera faciendi, & superiorem vitã corrigendi; resignationis propriæ voluntatis in diuinum beneplacitum; oblationis sui ad faciendum, & perferendum quidquid disposuerit Deus; Et similes alios, quos propter ea A F-

FECTVS nominamus, quòd pia affectione, gustuque voluntatis, ijs, quæ Intelligentia illi proposuit, excitatæ, fieri debeant. Porro in iisdem affectibus consistit substantia DEVOTIONIS, ex qua Pax & Spiritualis animæ lætitiaprocedit; ad quos etiam præcipuè (teste D. Thoma) dirigitur Meditatio & contemplatio, cæteri que actus intelligentiæ, quos in mentis oratione exercemus. Quamobrem S. Ioann. Damascenus de ea dixit, quod sit *Affectus mentis in Deum*, cui nos actuali cognitione, & amore coniungit.

Quartò ad complendam orationem accedit PERITIO; qua pia colloquia cum Deo de ijs miscemus, quæ Intelligentia vidit, voluntasque amare & desiderare cœpit: quæ tanquam nobis necessaria, aut utilia à Deo petimus, nobis dari. Et in hoc consistit ea, quam propriè MENTIS ORATIONEM vocamus. Quæ non est aliud quàm humilis, confidens, & fervens, eorum, quæ nobis expediunt, & à Deo obtinere desideramus, petitio. Huiusmodi Petitiones nunc ad æternum Patrem, nunc ad Filium eius Iesum Christum, nunc ad Spiritum sanctum, Interdum ad totam ipsam Trinitatem sanctissimam diriguntur, productis causis & rationibus, quæ ipsam inclinent, ut nostris petitionibus annuat:

Hæ rationes & causæ ex triplici capite sumi possunt, VNVM est Deus ipse, quâ DEVVS est; à quo petimus aliquid propter eius bonitatem; & amorem, quo nos prosequitur;

deside-

2. 2. 9. 82. d.  
3. 9. 180.  
a 7. ad 1.

Li. de 3. Fid  
eribod. c. 24.

S. Tho. 2. 2.  
q. 83. a. 17.

desiderium commodi nostri, quo tenetur; & quia ipse iubet talia à se peti, propter sanctissimi sui nominis gloriam, vt ab omnibus creaturis collaudetur. Quare, veluti Litaniã factã, per omnes eius Perfectiones & Attributiones, licet discurrendo dicere: Per charitatem tuam, per misericordiam, per liberalitatem, per sapientiam, per omnipotentiam, per immensitatem, per æternitatem tuam, &c. hoc, vel illud mihi largire.

ALIVD caput est, ipse IESVS CHRISTVS Dominus noster, verus Deus & homo; à quo licebit petere ob eius Incarnationem, Natiuitatem, circumcisionem, præsentationem in templo, fugam in Aegyptum, ieiunium, famem, sitim, frigus, nuditatem, & reliquas eius ærumnas, quas toto prædicationis suæ tempore sustinuit; Propter ignominiam item, dolores, & passionem, ac mortem, expressis nominatim insignioribus aliquibus doloribus, vt sanguineo sudore, comprehensione, flagellis, spinis, clavis, felle, acetone, & reliquis. Et nunc quidem cum æterno Patre colloquentes petemus, vt intuitu amoris, quo filium suum prosequitur; obsequiorum, quæ ille ipsius amore præstitit; ac dolorum, quos perpeffus fuit, nos exaudiat. Nunc cum ipsomet filio colloquentes, producemus amorẽ, quo nos ipse prosequitur; officiũ, quod gerit Redemptoris, aduocatiq̃ue nostri; & ingens pretium, quo illi constitimus.

cum



cum ipso Spiritu sancto colloquētes idem petemus, ob amorem, quo ipsum Christum & ipse prosequitur, & ob eiusdem merita: ubi alia Litania confici poterit per virtutes Redemptoris, si producamus eius cordis humilitatem, paupertatem Spiritus, mansuetudinem, obedientiam, patientiam, misericordiam, charitatem.

*b Psal. 50. 7.* **Tertium** Caput est, **NECESSITAS & MISERIA NOSTRA**, quam exemplo Davidis proferimus, dicentes: *b Ecce, Domine, in iniquitatibus concepti sumus*: vehementissimis passionibus, fortissimis hostibus, plurimis occasionibus, præsentissimisque periculis cingimur: quæ sine tua ope euadere non possumus: Et quoniam ad imaginem & similitudinē eius conditi sumus, propterea nos diabolus acerrimè persequitur: quare ad ipsum Deum spectat, nos tueri. Denique hic licebit, velut Catalogum texere nostrorum peccatorum, & miseriarum, eas non modò numerando, sed intimo cordis dolore etiam exaggerando: quò enim eas nos extollemus magis; eò citius Deum ad misericordiam, & remedium flectemus.

Licebit quoque Viris perfectis in aliquo euentu (profundissima tamen humilitate) præterita sua **MERITA**, vel **OBSEQVIA** coram Deo recensere, Ezechia Regis exemplo, qui dum vitæ prorogationem à Deo efflagitaret: *c obsecro inquit, Domine, memento quaso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde*

*c 4. Reg. 20.  
3.*

*corde*

corde perfecto, & quod placitū est coram te fecerim. Simile quid & ipse Christus sermone post Coenam finito, Patrem orans, fecit, d Ego, d Ioan. 17. 4  
inquit, te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam: Et nūc clarifica me tu pater apud te metipsum, claritate, quam habui prius, quā mundus esset, apud te.

Tria hæc causarum capita licet interdum simul miscere, sicut fecit Dauid, cū diceret; e Propter nomen tuum Domine propitiaberis c Psal. 24. 11  
peccato meo; multum est enim. Quæ tamen & his similes rationes non tam ad ipsum Deum flectendum adhibentur, vt nos exaudiat; quam ad cor nostrum magis iuuandum, vt maiori feruore, deuotione, ac fiducia, auxilium & remedium ab eo petat; quia multo magis nos audire, & bona, quæ petimus, elargiri cupit, quā nos ipsi accipere. Neq; enim (S. August. teste) iuberet non petere, nisi cuperet elargiri. Quibus petendi circumstantijs adhibitis, De verbis Domini. Ser. 5. 29.  
Apostoli Consiliū sequimur, suadentis, f In f Phil 4. 6.  
omni oratione & obsecratione, cum gratiarum 1. Tim. 2. 1.  
actione Petitiones vestrae innotescant apud Deum. Neque enim Petitionem apud tantum Dominum nudam esse par est; sed adhibendæ eius sociæ & circumstantiæ excellentes, orationis, qua spiritus, affectusque noster ad Dei s Tho. 2. 2. q. 83. ar. 17.  
præsentiam eleuetur; obsecrationis, qua rationes, causæque proferantur, cur exaudiendi sumus; & gratiarum actionis ob accepta prius bene-

bene-

*Lib de spiri  
tu & Anim.  
c. 70. qui ei  
scribitur.*

beneficia: quò disponamur ad noua, quæ peri-  
mus, recipienda.

Hæc præcipua sunt, quæ mentis oratio com-  
plectitur, cuius ordinem illâ sententiâ S. Aug  
expressit: *Meditatio parit scientiam; scientia  
compunctionem; compunctio deuotionem; deuo-  
tio verò perficit orationem.* **MEDITATIO**  
dicitur parere scientiam, quia frequetata, ho-  
minem ad Dei, suiq̃ue cognitionem euehit:  
**SCIENTIA** compunctionem adfert, quia  
peccata & miseras suas agnoscens homo, eru-  
bescit, & confunditur: **COMPUNCTIO** de-  
uotionem gignit, siue eius affectus, dum boni-  
tatis, clementiæ, & misericordiæ diuinæ ma-  
gnitudinem secum reuoluit: **DEUOTIO**  
perficit **ORATIONEM**, quia efficit, vt spi-  
tus noster dulciter cum Deo vnitus, decentia  
ab eo, & modo conuenientissimo postulet.

*Superest rationem nunc tradere, qua singu-  
la, quæ in mentis oratione inueniri diximus. ex-  
ercenda sint, initio facto ab eo, quod orationis  
maximè proprium est & essenziale.*

**QVA RATIONE CVM DEO SIT**  
*in mentis oratione colloquendum.*

**PARAGRAPHVS II.**

**E**X HACTENVS dictis satis con-  
stat, orationis mentalis naturam, pro-  
priè in interno cū Deo colloquio con-  
sistere:

filtrere: Instituiamus autem illud duplice fine.

*Primum*, vt ipsum **D E V M**, quodd talis est, laudemus, & benedicamus; gratias verò pro collatis in nos donis ac beneficijs agamus, iuxta sublimem illã orationis rationem, quam Apostolus suadet; a *Implemini Spiritu S. loquentes vobismet ipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus; cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino: Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri IESV Christi, Deo & Patri.* Qua sententia quatuor admirandos affectus nobis insinuat Apostolus, dum in corde nostro cum Deo loquimur, exercendos, *psalmos videlicet, Hymnos, cantica spiritualia, & Actiones gratiarum.*

a Ephe. 5. 19  
Col. 3. 16.

S. Tho. in 3.  
ad Ephes.  
lect 7.

**PSALMI INTERIORES**, actus sunt amoris Dei, desiderijs, firmitque animi decretis ei seruiendi & obediendi cõiunctis: quibus se mēs nostra ad perfectã mandatorum ipsius obseruantia promptissimã offert. Et hæc Musica illa est, quã *b Psalterium decem chordarum* David appellat. Vt enim qui Psalteriũ illud, aut *Citharam* pulsat, nunc has, nunc illas, & interdũ omnes simul chordas pulsat: ita cum eam Musicam Deo in oratione exhibem⁹, oportet frequentia, exercendi virtutes, desideria excitare, iam obedientiã, iam humilitatis, iam patientiã, & ceterarum; iam simul omnium, & similiter firma concipere desideria, Dei mandata & consilia custodiendi, nunc hoc, nunc illud, nunc simul vniversim omnia.

b Psal. 32. 2.

HYMNI, affectus sunt laudum diuinarum, dum excellentias & perfectiones Dei, magnaliaque illa: quæ operatus est, veluti recensemus: propter quæ dignissimus est, quem omnes creaturæ laudent, & in secula glorificent.

c Isai. 6. 3.

Nunc ergo dicemus cum Seraphinis: c *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: Loco verò vocis, Sanctus, licebit dicere: Bonus misericors, iustus, sapiens, potens es. Domine Deus meus, ac dignissimus, cuius sanctitatem magnaliaque Seraphini perpetuò prædicent. Aliàs cum senioribus illis in Apocalypsi,*

d Apoc. 5. 12.

*exclamare poterimus: d Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & dignitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem in secula seculorum, Amen.*

e Dan. 3. 51.

*Interdum, cum e tribus illis pueris in fornacem Babylonicam iniectis, creaturas omnes ad Deum laudandum, ei que benedicendum inui-*

f Psal. 102. 1.

*tabimus, aut etiam cum Dauide; f Animam nostram & interiora omnia nostra, ad Deo benedicendum, excitabimus.*

CANTICA SPIRITUALIA, affectus sunt gaudij & spiritualis lætitiæ, quibus afficimur, propterea quòd Deus is sit, qui est; quòd infinita in se ipso bona contineat; quòd tantam ei gloriam Sancti in Cælo, tot obsequia Iusti eidem in terra exhibeant; quòd æternorum bonorum spe alamur; Sancti verò, eorundem iam possessione gaudeant. Dicereque licebit illud Apocalypsis: g *Alleluia: Quoniam regnauit*

g Apoc. 19. 6.

*Domini-*

*Dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus,  
& exultemus, & demus gloriã ei, quia venerūt  
Nuptia Agni, & vxor eius praparauit se.*

GRATIARVM ACTIONES, affectus sunt grati animi propter accepta beneficia: quæ sigillatim cõmemorans, laudes & gratias Deo dicit auctori. Nec solùm ob accepta propria id facit, sed pro collatis etiam Spiritibus Angelicis, cæterisq; hominibus; nec nõ & insensatis creaturis, quæ per se gratias agere nõ nouerunt. Quin etiã gratias agere licebit pro beneficijs in Dæmones, damnatosq; collatis, qui malitiã suã grati esse nolunt: quorum defectus nostra gratitudine supplere possumus: quia is, qui contulit, tali gratitudine dignissimus est.

Quatuor itaque hosce affectus, dum in oratione cum Deo loquimur, animo eundem honorandi & glorificandi, meritò exercemus: attendentes, vt (iuxta Apostolum) initio à *h. Spiritu sancto factò per medium, siue mediatorem Iesum Christum Dominum nostrum: h Ephes. 5. 19. 20.* Ad Deum & Patrem, vt ad finem dirigantur: Quamuis, vt supra dictum est, etiam ad omnes tres personas dirigi possint.

ALTER FINIS, cur in oratione cum Deo loquimur, est, vt nouas gratias donaque cœlestia, quatenus ad salutem perfectionemque nostram, ipsius verò Dei gloriam spectant, impetremus. Quæ tamen COLLOQVIA diuersis modis pro orantium & colloquentium diuersa dispositione, institui possunt. Ali-

Introduct.

b

quando

quando enim qui orat, colloqui potest, vt **FILIVS** cum **PATRE**, cuncta ab eo petens, que bonus filius potest ac merito debet ab optimo parente, amoris, & confidentiæ Spiritu petere. Quam rationem orandi nos docuit ipse Christus in oratione Dominica, in qua ea expressit, quæ à cœlesti patre sunt petenda, vt ex *Meditatione, quæ in tertia parte harum, de hac ipsa precatione instituitur, constabit.*

*Medit. 14.*

Interdum colloquium instituetur cū **DEO**, sicut **PAUPER** aliquis, & miser, cum **PRÆDIVITE** quopiam ac benigno, dum Eleemosynam poscit. Hoc Spiritu frequenter orabat Dauid; i *Pauperem se ac mendicum* coram Deo compellans, & subsidium miseræ suæ postulans ab eo, *k qui dat omnibus affluentem, l & diues est in omnes, qui inuocant illum.*

*i Psal. 24.*

*16. & 39. 12.*

*k Iacob. 1. 5.*

*l Rom. 10.*

*12.*

*Quandoq;* loqui licet, vt **AEGROTUS** cum **MEDICO**, à quo, dum suā infirmitatem exponit, remediū petit. Aut sicut Actor vel reus cū Iudice, cui ius suum causæq; statum proponit, sententiamq; pro se ferri, vel condonari delictum petit, quod agnoscit. Huic tamen colloquio adiungendi sunt affectus insignis humiliationis, dolorisque de peccato, & decreti firmi satisfaciendi, seque emendandi. *Cuius rei in progressu frequentia occurrunt exempla, in Meditationibus miraculorum, & Parabolarum Christi Domini.*

Denique eam rationem tenere in colloquio possumus, quam habet **DISCIPVLVS** cum

luo

suo MAGISTRO, dum lucem, & instructio-  
nem petit eorum, quæ ignorat; aut etiam, quæ  
seruat amicus, cum graue aliquod negocium  
cum amico suo conferens, consilium ab eo, di-  
rectionemq; & auxilium petit. Quod si nos  
amor fiduciaque fecerit audaciores, licebit  
animæ nostræ cum DEO tanquam cum spon-  
so suo colloqui, varios miscendo teneros  
affectus, quibus Canticorum liber est refertus.  
Omnibus his modis cum DEO Domino no-  
stro in oratione loqui licet, prædictos induen-  
do affectus, nunc vnum, nunc alium: quia om-  
nes illi in nobis locum habent erga DEVM,  
qui pater est noster, medicus noster, Iudex  
noster, amicus noster, & animarum denique  
nostrarum sponsus.

Verissimum quidem est, præcipuam in his  
colloquijs, & petitionibus directionem à  
Spiritu sancto dependere, qui, vti S. Paulus  
ait, *in Postulat pro nobis gemitibus inenarra-* m Rom. 8.  
*bilibus:* quia inspiratione sua nos instruit, 26.  
mouetque ad petendum; petitiones nostras  
ordinat, & affectus, qui adhibendi sunt, exci-  
tat. Vt propterea S. Bernardus rectè dixerit: Serm. 45. in  
*Deuotionem esse linguam animæ; & eum, qui illā* Cant.  
*teneat, optime loqui, & conuersari posse cū ver-*  
*bo aeterno.* Nihilominus nostri & etiam parti de-  
esse non debemus; sed, quomodo cum DEO a-  
gendum, & colloquendum sit, addiscere, intu-  
entes sapè, qua ratione, & affectu homines a-  
lij cum alijs in prædictis affectibus agant, &  
colloquantur.



n Col. 3. 12.  
 & 6.

Porro quamuis Oratio propriè sit colloquium cum Deo; licebit tamen in ea ad nos ipsos, reflectionem facere, & cum animabus nostris loqui: nunc nos ipsos (vti monet Apostolus), ad supra dictorum affectuum, ac petitionum exercitationem prouocando; nunc de excessibus, ac tepiditate nostra redarguendo, vehementi pudore de tanta nostra in Dei obsequijs ignauia concepto.

o Psal. 41. 6.  
 & 42. 6.

Hoc pacto loquebatur Dauid cum anima sua, cum diceret: o *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.* Et iterum: p *Nonne Deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum?* Ex his etiam colloquijs gradum faciemus ad colloquendum cum ipso Deo: Quemadmodum filius

q Luc. 15. 17.

ille prodigus, secum loquens aiebat: q *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor! Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.*

Ad extremum, poterimus etiam in oratione loqui cum B. VIRGINE MARIA, cum ANGELIS & SANCTIS, duplici illo fine, quem supra diximus: puta, vel ad eos laudandos & prædicandos propter sanctimoniam, & virtutes, quibus claruerunt; & beneficia, quæ in nos conferunt; vel ad eorum opem in ne-

gotio

gotio salutis nostræ impetrandam. Atque pro  
faciliori exauditione, licebit aliquas ex causis  
in præcedenti paragrafo positis, aut alias  
speciales cuiusque illorum proprias adduce-  
re. Vt apud sacratissimam Virginem, quod sit  
mater nostra, & peccatorum omnium singu-  
laris aduocata; quodque hanc ei curam ipsius  
filius, nostri causâ commendauerit: prætexen-  
tes etiam amorem, quo illum complectitur;  
ingensque desiderium, quo ipsa tenetur, vt om-  
nes eum diligant, ei que seruiant: Orantes eam,  
vt erga nos exerceat officium matris, & aduo-  
cata; amoremque desiderium illud in impe-  
trandis, quæ petimus, nobis ostendat: quod illi,  
quem ipsa tantopere diligit, melius & feruen-  
tius deseruire valeamus. Eodem modo apud  
ANGELVM nostrum tutelarem allegare li-  
cebit, quod cum officio, quo fungitur, coniun-  
ctum sit, præsentare DEO nostras orationes;  
earumque exauditionem, & opratum exitum  
curare ac promouere: quodque de ipsius hono-  
re agatur, si nos probi & sancti simus, & ad cæ-  
leste regnum perueniamus: Cùm denique Dia-  
bolus ad nos tentandos, & circumueniendos,  
nunquam dormitet, ei etiam nō dormiendum,  
sed semper vigilandum esse ad nostri tutelam.  
Eodem modo poterimus colloqui cum cæteris  
SANCTIS, quorum, vel in meditationis ar-  
gumento occurrit mentio, Vel ad quos pecu-  
liari afficimur deuotione: ad eam potius in  
nobis augendam, quàm ad eos flectendos: qui  
quod nos tenerrimè diligant, nostramque sa-  
lutem

litem vehementer desiderent, prompti admodum etiam sunt ad illam promouendam.

DE VIRTUTIBVS, QVAE ORATIONEM MENTIS COMITANTUR, EUSQUE EXCELLENTIJS.

PARAGRAPH. III.

EX ijs, quæ duobus paragraphis præcedentibus dicta sunt, colligitur, quam excellens sit MENTIS ORATIO, in qua tot heroici actus virtutum, in vita Christiana præcipuarum exercentur. Ut propterea S. Chrysostomus rectè dixerit: Quemadmodum Reginam urbem ingrediente, multæ quoque aliæ matronæ ac virgines eam comitantes, nec non & aulici præcipui, & innumera militum sequentium, & defendentium multitudo simul ingreditur: Ita quoque orationis virtute animam subeunte, omnes simul virtutes, eius Spiritum comitantes, intrare. Quarum aliæ viam præparant, & animum, ut debito modo Orationem auspicietur, disponunt: quales sunt: Fides, Humilitas, Reuerentia, puritas intentionis; & aliæ, de quibus postea differemus: quibus illud perficitur, quod sapiens ait: *a Ante orationem præpara animam tuam; & noli esse quasi homo, qui tentat DEVM.* Aliæ virtutes cum illa coniunctæ sunt, & quasi ipsius latera stipant: quales sunt: Charitas, Religio,

Deuo-

Lib 2 de orando Deo ad finem.

a Eccl 18. 25.

Deuotio, Sapientia, & reliqua Spiritus sancti dona, quæ intellectum illustrent, & orationem mirum in modum adiuuant, quemadmodum Meditatione 27. quintæ Partis ostendemus. Sunt & aliæ innumerabiles, quæ illam sequuntur, quales sunt; feruentia, & inflammata proposita seu desideria omnium bonorum operum: actuum videlicet obedientiæ, patientiæ, temperantiæ, modestiæ, castitatis, cæterarumque virtutum: quæ tum cum oratione ipsa, tum inter sese mirum in modum connectuntur, varijs editis actibus, quorum alij, alijs ornamento sunt: Nam humilitas cum charitate, & confidentia coniungitur; charitas cum religione, & gratiarum actione; Religio cum obedientia, & resignatione: quæ propterea quandam multarum vocum musicam, & coelestem ac diuinam reddunt harmoniam. Hinc est quod plurimi Sanctorum Patrum affirmauerint, oratione reddi homines Angelicis Spiritibus similes: non modò quod ea sit actio superiorum animæ potentiarum, quibus ad eos quàm proximè accedunt: sed etiam quod illis Angelicam quandam vitam puritate ac sanctimonia plenam communit. Oratione enim (quando perfecta illa est) participant de ardenti amore **SERAPHINORVM**; plenitudine scientiæ **CHERVBINORVM**; pace, & quiete **THRONORVM**; dominio sui ipsius, **DOMINATIONVM**; potestate aduersum Dæmones, **POTESTATVM**; magnanimitate

*D. Chrys. li.  
1. de orando  
Deo, & ho-  
mil. in Psal.  
4. Nilus ca.  
113. de ora-  
tione.  
Clymachus  
grad. 28.*

tate in rebus admirandis, VIRTVTVM; discretione in gubernando, PRINCIPATVVM; fortitudine in rebus arduis, ARCHANGELORVM; obedientiã in omnibus promptã ANGELORVM; ac denique sapientiã, castitate, ac munditiã coelestium spirituum. Nihil enim (vti Sanctus Chrysostr. ait) potest inueniri sapientius, nihil iustius, nihil sanctius homine, qui cum DEO, vti decet, loquitur: quia abundanter ab eo recipit dona, & gratias, in quibus vera sapientia, perfectaque iustitia, & sanctitas consistit. Cuius hæc ratio est: quod Dominus, cum sit humanissimus, ac benignissimus; qui nobis, vt oremus, inspirat: quando nos cum eo loquimur, ipse etiam nobiscum colloquitur: & cum ijs, qui ad intima cordis sui se recipiunt, vt cum illo tractent, ipse familiarissimè conuersatur: eius autem conuersatio, & locutio non verborum est tantum, sed etiam operum: quia

Serm. 45. in  
Cant.

b 1. Pet. 1. 8.  
c Phil. 4. 7.  
d Psal. 84. 9

(vti sanctus Bernardus ait) *Locutio verbi, est infusio doni: hoc est gratias, & virtutes, in eos, qui cum eo loquuntur, & conuersantur, vbertim effundit: illosque, b letitiã Spiritus inenarrabili, & c pace, omnem sensum superante complet. Et propterea Dauid dixit: d Audiam quid loquatur in me Dominus DEVS, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos & in eos qui conuertuntur ad cor.* Ex quibus intelligimus, eam loquendi cum Deo rationem, nos in oratione habere debere, vt simul audiamus, attendamusque, quid ipse in-

spi

spirationibus suis nobis loquatur, vt illis obtemperemus, nosque ad dona, quæ nobis communicare vult, suscipienda disponamus: vt *partis secunda Meditatione 26. apparebit.*

Ex dictis apparet Mentalis orationis præstantia, atque necessitas: quam Cassianus, tantam, ait, cum virtutibus omnibus connexionem habere; vt neque illæ obtineri, aut perfectè sine ea conseruari possint: neque oratio perfecta sine illis consistere. Orationem, enim, ait, omnium illarum esse finem, in quam, quicquid industriæ, laborisque in eis conquirendis ponimus, dirigitur: siquidem oratio, in sua perfectione, cuius hic sermo est, vnitionem cum Deo, (media cognitione, & amore eius actuali) magnumque in eo possidendo animi gaudium complectitur. Ex quo oritur (S. Ioan. Climaco teste) vt in oratione reddat Deus numerato, vt dicitur, centuplum, quam ipsius amore relinquitur, aut toleratur; eum certa arrha vltimi illius præmij, quod in futura vita reddendum est.

Multa dicere potuissem de excellenti hac virtute; quæ volens prætereo, quod hic liber ijs scribatur, qui propterea eam exercere cupiunt, quod magnam de ea existimationem habeant: & in Introductionibus, siue prolegominis singularum sex partium, & in ipsis quoque Meditationibus, aliqua adferentur, quæ tum excelssæ huius exercitationis præstatiam, tum, quæ ab ea procedunt, commoda patefacient.

Collat. 9.  
cap. 2.

Gradu. 28.

DE MENTALIS ORATIONIS  
ad Meditationem materia.

PARAGRAPHVS IV.

QVONIAM in Oratione mentis omnes animæ nostræ facultates, nominatim verò intelligentia, actus suos exercent,

§. 1.

vt suprâ insinuauimus, eius materia erit, quicquid Deus in diuina scriptura reuelauit; præcipuè verò principalia fidei nostræ mysteria, quæ in eadè magis expressa, & nobis cōmendata sunt.

S. Dionys. de  
Eccl. Hier.  
c. 3. & 5.

Hæc mysteria possunt in genere ad tres ordines reuocari, iuxta tres eorum, qui in Meditationem incumbunt, status seu conditiones. Quorum quidam peccatores sunt, sed eum statum deserere cupiunt; aut tyrones, qui vitia, & prauas præteritæ vitæ propensiones mortificare desiderant. Et hi PURGATIVAM viam ingrediuntur, sic propterea dictam, quòd eius scopus sit, animam ab omnibus vitijs a purificare; Et cordis munditiam adipisci. ALII vltèrius progredientes, in virtute proficiunt: Qui ILLUMINATIVAM iam viam tenere propterea dicuntur: quòd eius scopus sit, mentem multarum veritatum, & virtutum splendore illuminare, earumque augmentum obtinere. ALII sunt iam perfecti, & exercitati, qui viam tenent, quam VNITIVAM dicunt: cuius finis est cōiunctio nostrum, perfecti amoris vnitione cum DEO coniungere. Vnumquodque horum

P. Ign. an-  
nos 10. Ex  
ercit.

a Iac. 4. 8.

b Psal 33 6.

c 1. Cor. 6.  
17.

genus,

genus, necesse est materiam Meditationis, statui, & fini suo accommodatam habere: Ex qua facile possit affectus, & animi sui decreta iuxta suam indigentiam haurire. Et licet tota Meditationum materia ad tres Mysteriorum, & veritatum ordines, tribus prædictis meditantium gradibus, & vijs accommodatos reduci facile poterat: maioris tamen perspicuitatis causa, in sex partes eam distribuimus, binas singulis gradibus in hunc modum assignantes.

NAM PECCATORES, qui superiorem vitam mutare, serioque ad Deum conuerti desiderant, suarum Meditationum materiam merito accipient ipsa propria peccata, & quicquid ad eorum numerum, & grauitatem cognoscendam, horroremque, & dolorem ob ea admissa concipiendum confert. Et quoniam timor, Iustificationis esse solet initium, quicquid eum in nobis excitat, erit materia Meditationis eisdem accommodata: qualia sunt hominis Nouissima, Mors, Iudicium, tam proprium, quam commune, & vniuersale, & Infernus; aliaque similia, quæ i. parte continentur: in qua etiam modi aliqui orandi proponuntur, ad conscientiam examen, confessionem, & communionem ritè peragendam; perfectamque iustificationem, quæ viæ purgatiuæ finis est, assequendam, accommodati. Qui autem iustificati iam sunt, contenduntque virtutes acquirere, & in eisdem progressum facere; Meditationum suarum materiam merito accipient,

huma-



*Traſſ. 5. ſu.  
per 1. Cano.  
Ioan.  
D. Thom. 2.  
2. q. 24. a. 9.*

humanitatis Chriſti Domini noſtri, myſteria, quæ geſſit, dum in mortali hac vita peregrinaretur. Eius enim vita, & doctrina, Paſſio, & mors, omni iuſtorum generi, & cõditioni fuit perfectiſſimũ omnis virtutis exẽplar. Quamuis cum aliquo diſcrimine. Nam (S. Auguſt. teſte, & poſt eum etiã S. Thoma) charitas, poſtquam eſt iam acquiſita, habet tres prædictos ſtatus, Infantię ſpiritualis, augenti, & perfectionis. Recens igitur iuſtificati, qui tyrones, & in ſtatu gratię, veluti recens geniti infantes ſunt, debent materiam meditationis accipere myſteria Incarnationis, & Infantię IESV Chriſti Domini noſtri, de quibus in 2. parte agitur: in quorum Meditationibus ſufficiẽtia inuenient incentiua, tam ad viã PURGATIVAE progreſſum, vt vitia, & inordinatas affectiones, quæ adhuc ex ſuperiori vita remanent, mortificantes, illa exuant; quam ad ILLUMINATIVAM inchoandam, vt antiquis vitijs contrarias, ſtatu verò ſuo accommodatas virtutes comparare ſtudeant.

QUI PROFICIUNT, creſcuntque in virtute, duplici ad id via peruenient, agendo videlicet, & patiẽdo: aut ſi malis, varia opera virtutum ſponte exercendo, quæ ad aẽtiam, & contemplatiuã vitam ſpectant; & magnos labores, perſecutiones, & afflictiones, nõ ſponte quæſitas, ſed ab alijs illatas, magna perfectione tolerando. Quæ via, etſi aſterior quidem, efficacior tamen eſt ad profeſtum in virtutibus promouendum, citiuſque

ad

ad perfectionis culmen perueniendum.

Vtramque hanc viam Christus Dominus tenuit eminenter, de quo S. Aug. ait, eius inter homines conuersationem fuisse: *Mirafacere; In Psal. 49.*  
*& malapati:* vtrumque ad instructionem nostram: de quibus in 3. & 4. parte agitur: In 3. enim ponentur Mysteria, quæ triennio suæ prædicationis, à Baptismo videlicet, vsque ad vltimum, & solemnem ingressum in Ierusalē gessit: in 4. Passionis, & mortis eius mysteria. Et quamuis vtraque hæc mysteria, & agere nos doceant, & pati; alterum tamen magis in primis; alterum magis in vltimis splendet, quæ & efficacius ad omne virtutum genus, & excellentius impellunt.

ILLI denique, qui viam VNITIVAM tenent, ad perfectorum statum perueniunt, duplicem aliam viam habent, qua perfectam cū DEO amoris vnitionem assequantur. *Prior* est contemplatio vitæ glorificatæ Christi Domini nostri, & stupendorum eius post Resurrectionem operum, missionisque Spiritus sancti, ( qui Spiritus est amoris ) in discipulos: de quibus mysterijs agitur in Parte. 5.

*Posterior via est;* Contemplatio mysteriorum Diuinitatis, & Trinitatis Dei, eiusque perfectionum, & beneficiorum, de quibus 6. pars agit. Quæ duæ vltimæ partes maximè propriæ sunt perfectorum, quod videtur David verbis illis insinuassee: *d Montes excessi ceruum, petra d Psal. 103.*  
*refugium Herinaceu,* id in mystico sensu ( teste 18. colla 10.  
*Calliano ) significans; viros perfectos, qui cer-* 10.

uorum

uorum instar, cælestē viam velociter currūt; pasci consideratione mysteriorū diuinitatis, & gloriæ Christi, quæ montiū altitudine significatur: eos verò, qui Herinaccorum instar, peccatorū, & imperfectionū veluti spinis operti, aut tribulationibus afflicti sunt, remediū in terræ, & pulueris sui, ac in mysteriorū humanitatis Iesu Christi Domini nostri consideratione (quæ petra significat) inuenire: in vulneribus enim illius requiescunt, doctrinā verò exemplisq; nutriuntur, & proficiunt.

c Isa. 6. 2.

Ex iam dictis intelligitur, Meditationes sex harū partiū, esse velut sex, e *alas Seraphinorū*, quos DEVS habet in terra, illis similes, quos vidit Isaias; quibus, à terrenis se abstrahentes, volant ad cælestia; & postquam seipos purificarunt, illustrarunt, & perfecērūt, volant etiā ad alios purificandos, illustrandos, & perficiendos; optātes eodem, quo ipsi ardent amore, reliquos accendi: ad omnes siquidem hosce fines iuuant prædictæ meditationes, & propterea in eis omnibus meritò debent se omnes exercere, etiam illi, qui plurimū profecerunt; quamuis alio fine, aliaque ratione. Nam ut in tribus animæ gradibus, vegetante, quæ plantarum est; sentiente, quæ brutorum, & rationali, quæ propria est hominum: superior præter proprias suas, inferiorum quoque efficit actiones, licet modo emmentiori; ita (teste S. Thoma) in triplici hac hominū conditione, qui sese Orationi, & obsequio Dei consecrant, eos, qui proficiunt, exerceri expedit

2. 2. q. 24. a.  
9. passim  
ad. 3.

etiam

etiam in Tyronum Meditationibus, & operibus; qui verò perfecti iam sunt, in vtrorumque; sed perfectiori modo ac ratione, excellentiorem ex eis fructum haurientes, hoc est perfectiorem sui ipsorum mortificationem, & virtutum Christi Domini imitationem excellentiorem.

**D O C E T** præterea ipsa experientia, quando Spiritus affectusve insignis ad virtutem aliquam, in alicuius anima præeminet, eum ex quacunque meditandi materia sibi proposita occasionem accipere, spiritum, siue affectum illum excitandi, & promouendi. v. g. si humilitatis Spiritus præmineat, siue ille de Inferno, siue de cœlesti gloria; siue de suis miserijs, siue de diuinis perfectionibus Meditationem instituat, semper humilitatis hauriet affectus: & si amoris Spiritus in eius corde excellat; etiam, cum de Iudicio, & Inferno meditatur, omnia in amoris affectum conuertit. Sic igitur Tyrones, Proficientes, & perfecti, quicquid sibi ad meditandum proponant, haurire possunt eos affectus, qui statui, & necessitati suæ magis sint conformes. Quare licet ordinaria lege, propositus ordo, vt cõuenientior, seruari debeat: non tamen necesse est, ita nos illi adstringere, vt non liceat, eum mutare: potius id facere, interdum expedit. Sunt enim, qui, cum facile ijs trahantur, quæ amorem excitant; non possint se ad considerationem rerum, quæ timorẽ incutiunt, applicare: alij contra omninò: alij deuotionem, & profectum

fectum hauriunt, si infantia Christi mysteria considerent; alij si mysteria Passionis: alij etiã vnum, alij alterum mysterium considerantes, maiorem fructũ inueniunt. Ideoq; non expedit quenquam violenter ab eo, ex quo fructum capit, ad aliud, ex quo nihil vtilitatis haurire soleat, velle transferre. Ac propterea DEVS tam amplũ facit Meditationum Campum, vt omnes aliquid inueniant palato suo, & spiritali profectui conforme.

DE IP SO ORATIONIS  
ingressu.

PARAGRAPHVS V.

a Eccl. 18.  
23.

**S**PIRITVS sancti consilium est: a *Ante orationem prapara animam tuam. & noli esse quasi homo, qui tentat DEVM: Qui enim nulla prapARATIONE ad orationem accedit; eius finem, & fructum habere vult, medijs ad id aptis non adhibitis. Necesse itaq; est, ante orationis initium, materiã praparatam habere: vt plurimum enim ei Meditationi attentio, & mentis collectio deerit, cuius materia in partes, & puncta sua prius partita non fuerit, eo modo, quem hic proponemus. Nec tamen vetatur propterea, si Deus speciali suo instinctu aliud quid meditando suggererit, illud amplecti, & in eo occupari; reiectã in aliud tempus, quam praparaueramus, materiã: Est enim diuinus impulsus principalis, huius actionis causa; quem merito sequemur: tantum*

ne lo-

ne leuitate aliqua animi, & cordis vagatione ab vna ad alteram materiam, absque sufficiēti causa transeamus.

His præmissis, antequàm ipsam Meditacionem auspiciemur, præstanda sunt; quæ subijciam.

PRIMUM, & cor, & animæ nostræ facultates ad DEVM sunt eleuandæ, vt cū interiori, attento, reuerenti, & dulci aspectu vt præsentem intueamur. Nam Principē allocuturus, necesse est ad eius Palatium aut locū, in quo ille est, se conferat, eiusque conspectui sistat: (quia cum absente non possumus loqui) at DEVS in coelo, & in terra, & vbique præsens: cū sit, omnibus assistens, omnia lustrans: dum orare, & cum eo loqui volo, necesse non est aliò migrare, vt inueniam; sed, excitatâ fide viuâ, eum præsentem, vbi ego sum, cernere; mihiq̃ persuadere, me, cū oro, non solum, sed sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, cū qua loquor, mecum esse: quæ & videt & audit me: soletq̃ intus in corde inspirationibus, & illustrationibus respondere; & veritatis lumen intelligentiæ, feruentes deuotionis affectus voluntati communicare; donaq̃, & virtutes, aliâq̃ gratias animæ, vt dictum est, infundere.

Aspiciam itaque Deum, nunc ad omnes partes circa me existentem; me verò intra ipsum, instar piscis in mari: nunc intra me ipsum manentem per essentiam, præsentiam, & potentiam; agnoscentem quod facio, & ad id me

b Matt. 6.6.  
S. Hilar. Ca-  
non. 5. in  
Matih.  
S. Amb. 6. de  
Sacra. cap. 3.  
Aug. Cons.  
2. in Psal. 33.

adiuuantem. Et hac ratione illud præstamus,  
quod Christus fieri iussit. b *Cum oraueris, in-  
tra in cubiculum tuum, secretum cordis tui, &  
clauso ostio sensuum tuorum, ora patrem tuum  
in abscondito; & pater tuus, qui videt in abscon-  
dito, reddet tibi, quæ orando petieris.* Hanc  
DEI PRÆSENTIAM circa me, & in-  
tra me, vbicunq; orauero, contendam ad vi-  
uum excitare, quæ me ad reuerentiam, confi-  
dentiam, attentionemq; permoueat. Quod si  
hac apprehensione moueri me sensero ad hu-  
iusmodi, aliosve deuotionis affectus; licebit  
hærerere, & hac quasi esca à Deo mihi oblata,  
quam diu durauerit, frui: Siquidem iam hæc  
Oratio censenda est; & quidem utilis. Ve-  
rùm vt plurimum in hac cogitatione aut ap-  
prehensione præsentis Dei, vnus Pater noster  
spacio tantum hærendum est: Licet etiã toto  
meditationis tẽpore danda fit opera, ne è con-  
spectu nostro, hæc Dei præsentia euanescat, iu-  
xta illud Dauidis: c *Meditatio cordis mei in cõ-  
spectu tuo semper:* Debet tamen eadẽ cogita-  
tio, petitionis, & colloquiorum tempore, fer-  
uentius renouari, d *Effundendo,* vt ait Dauid;  
*orationem nostram in conspectu eius.*

c Psal. 18. 15.

d Psal. 141. 3.

## II.

c *Manasses  
in sua Ora-  
tione: flecto  
genu cordis  
mei.*

POSTMODVM magna profundaque Dei  
maiestati est exhibenda reuerentia, flexis an-  
te eum e cordis, & corporis genibus, semel, se-  
cundò, & tertid, vt illi faciunt, qui e ad Regum  
terræ conspectum admittuntur. Debeo i-  
tem in Spiritu eum adorare; eundem vt  
D E V M, & Dominum meum, immensæ

maie-

maiestatis Patrem, Regemque infinita reuerentiâ dignum agnoscens; corpore verò meo usque inclinare, vt os terræ figatur; imò totum me prosternere; sicut ipse Christus Dominus in horto fecit, cum Patrem *f. Matt. 26.*  
*ret, de quo, ait Apostolus. g. Cum clamore: 9.*  
*valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro f. Marc. 14.*  
*sua reuerentia, sic nos docens, quanti ad id re- 35.*  
*ferat, vt exaudiamur, Deum in oratione reue- g. Heb. 5.7.*  
 reri.

Hac humiliatione præmissa, genua in destinato ad adorandum loco flectam: estque ad rem, signo crucis me munire, verbis, quæ tunc dicuntur, bene perpensis: magnoque à Deo affectu petendo, vt me ab ijs inimicis, qui nobis in oratione molesti, & impedimento esse solent, velit liberare: sic dicens: *Per signum crucis, de inimicis nostris, libera nos, Deus noster: & mox subiungens: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt qui non propria, sed sanctissimæ TRINITATIS virtute, orationem velim auspiciari. Nonnulli generalem confessionem subiiciunt; vt eo humiliationis actû, sapientis consilium sequantur, dicentis.* *h. Iustus in principio orationis accusator sui ip- h. Proh 18.*  
*sus est. Alij à gratiarum actione inchoant iuxta 70.*  
 ra præscriptum à S. Basilio ordinem; de quo 1. parte, in Meditatione 28. quæ est de examine conscientiæ, aliqua dicentur.

Verum, licet sit cuique liberum ab eo inchoare, quòd eius deuotionem magis promouet; quod tamen omnibus in genere expedit, est, à

## III.

h. Proh 18.  
iuxta 70.

## IV.



breui, aliqua Oratione ordiri, quæ sit quasi præparatio ad ea, quæ in Meditatione quarimus: qua DEO supplicetur, vt opus illud, & meditationem ad gloriam, & honorem suum cedere iubeat; gratiam nobis ad rectè, vt ipse vult, eam perficiendam cõcedendo. Quæ breuis Oratio, colloquij instar erit, quod cum ipso Deo, vt præsentè, instituitur, ex animo omnino, & toto cordis affectu ei dicendo: Tibi Domine offero quicquid hoc tempore, & loco cogitauero, dixero, tractauero, vt purè ad honorem, & gloriam tuam dirigatur: propter te metipsum supplico, mihi adsis, vt ita orem, sicut tu vis, ad sanctissimi nominis tui gloriam, animæ verò meæ vtilitatem, Amen.

QVÆ orationis forma ad tres diuinas personas potest dirigi: *modò* ad æternum PATREM, dicendo: summe PATER, hanc tibi orationem vnitam, & incorporatam orationi vnigeniti filij tui IESV CHRISTI Domini mei offero; per eundem obsecrans, vt me eo modo iuues orare, quo ille orabat; vt sicut illius fuit, ita & mea oratio sit tibi accepta.

*Modò* ad ipsum DEI FILIUM, dirigi potest, dicendo, sicut Apostoli aliquando dixerunt: Redemptor, & Magister mi: *Doce me orare*, iuuaque, vt talem attentionem, puritatem, feruoremque in orando adhibeã, qualem tu patrem tuum orans adhibebas; quò mea, vt tua, Oratio grata illi sit. Denique etiam ad SPIRITUM SANCTUM dirigi potest: Illud Apostoli vsurpando: Sanctissime Spiritus,

ego

i Luc. II. 1.

ego miser, & ignorans peccator, *k quid orem* *k Rom. 8.26*  
*sicut oportet, nescio*: Tu itaque Deus meus, pe-  
 te in me, ac moue me, vt *gemitibus* petam *ine-*  
*narrabilibus*, quod mea Oratio locum inueniat,  
 & accepta sit, à tam nobili procedens princi-  
 pio, quale tu es, cui fit honor, & gloria in eter-  
 na secula, Amen.

Hac ratione exequimur, quod S. Dionysius *De Diuin.*  
 dixit: omnem Theologicum actum (hoc est *nomm. 6.3.*  
 qui Deum respicit, ac de eo, & cum eo agit) ab  
 oratione inchoandum esse; sanctissimæ Trini-  
 tatis, quæ vbique præsens est, inuocato fauo-  
 re; eidem, puris petitionibus, mente quieta,  
 affectibus ad vnitionem, quam sancto hoc ex-  
 ercizio quærimus, benè dispositis, nos ipsos  
 tradentes.

### RATIO MEDITANDI ET IN

*Oratione ratiocinandi, ac distractioni-*  
*bus, nos in ea oppugnantibus, re-*  
*sistendi.*

### PARAGRAPHVS VI.

**I**NTELLIGENTIAE nostræ operatio,  
 quam Meditationem vocamus, omnium,  
 quæ in mentis oratione locum habent, est  
 difficillima. Nam etsi varia cogitare, & absque  
 ordine modoque ab vnare in alteram liberè  
 vagari, sit quàm facillimum: in re tamen vna  
 attentè hærrere, memoriamque, & intelligen-  
 tiam in Deo firmam absque distractione, &

diuagatione stabilire, hoc verò opus, hoc labor  
 est. Quam difficultatem etiam magni Sancti  
 interdum, gementes licet, patiuntur. Ita  
 a *Iob. 17. 11.* enim Iob: a *Cogitationes, inquit, mea dissipata sunt, torquentes cor meum, noctem verterunt in diem, quietem, & recollectionem, quam nocte habere consueueram, mihi auferentes: ipse etiam David ad Deum clamans aiebat: b*  
 b *Psal. 39. 15.* *Cor meum dereliquit me, & quasi ex domo mea fugit: complaceat tibi, Domine, vt eruas me.* Quod ipsum incommodum experiuntur omnes, ex varijs tamen radicibus ortum. *Primum* à D A E M O N E, fructum nobis orationis impedire moliente: à propria deinde P H A N T A S I A, vt quæ libera sit, vaga, nec facilis contineri. *Tertio* ab aliquibus A F F E C T I B V S immortificatis, quæ nostras cogitationes facilè secum trahunt: c *Vbi enim thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit.* *Quarto* à C V R I S & S O L I C I T V D I N I B V S, quæ pungunt, & in mille partes cor ipsum secant. *Quinto* ab animi L A X I T A T E & I G N A V I A, quòd, vt in tam præclaram exercitationem seriò incumbat, nullum adhibet conatum. *Sexto* denique prouenit ex I G N O R A N T I A, eò quòd ratiocinari, meditari, occultas veritates inuestigare, aut inuentas ita æstimare, vt voluntatem ad deuotionis affectus excitent, non norit. Cui ignorantia adferemus, Deo bene fauente, remedium, subiecta methodo, & ratione, qua se quisque in hac re gerere debeat.

*Primum*

*Primum* itaque necesse est meditari volentem, exactè TENERE MYSTERII illius VERITATEM, quam fides docet: Credereque & intelligere, quomodo re ipsa illud sit gestū, & Ecclesiæ sanctæ reuelatum. *Deindè* inquirendæ sunt CAUSAE, ORIGOQUE vera, ex qua id prouenit, quod meditationi subijcitur; falsis interim, quæ in speciem causæ esse videntur, prorsus reiectis.

*Tertiò*, FINIS etiam verus, cuius gratia res eadem gesta est, ratiocinatione est inuestigandus: ijs etiã reiectis, qui tales reuera non sunt. *Quartò* inquirendi etiam sunt EFFECTVS, qui ab eadè re proueniunt, commoda, inquam, aut incommoda, quæ illa secum adfert. *Deniq;* PROPRIETATES aliæ, & CIRCVMSTANTIAE, quæ rem ipsam comitantur. Quæ omnia hoc exemplo apparebunt.

Si meditationi subijciam tanquam materiam, Incarnationis mysteriū. *Primum* necesse est, exactè me tenere, quid Fides de eo doceat, hoc est: Dei filium in vnitæte personæ, ita naturam humanam sibi coniunxisse, vt verè DEVS sit homo: Et homo DEVS. *Mox* per ea quæ suprà dixi discurrā, perpendendo, tanti operis causam, & radicem non fuisse merita nostra, sed bonitatem solam, & misericordiam ipsius DEI: *Finem* verò, humani generis reparationem, diuinæque bonitatis, & charitatis manifestationē. *Postea* commoda disquiram, quæ ex ea nobis prouenerunt: peccatorum videlicet remissionem, mortis destructionem,

ingressus in coelum; & similia. Damna item, quæ, nisi opus hoc peractum fuisset, nobis obuenissent: quod videlicet omnes homines fuissent Dei inimici, Dæmonis mancipia, ad Infernum destinati: *Denique* circumstancias eius mysterij inquiram, quo ad locum, tempus, & modum operis. Corporis quoque, & animæ illius proprietates, quas Deus in sua Incarnatione assumpsit, perpendam.

IN singulis his partibus tam diu mens herere debet, quam diu inuenit deuotionem, & gustum spiritualem: non sollicita ad partem aliã transire; sed in ea voluntatem ad varios amoris, confidentiæ, & similes affectus, vt dictum est, excitare: Petitiones, & colloquia cum Christo instituendo, ijs, quæ meditati sumus, conformia. Postquam verò harum vnã partem mens nostra bene perpenderit, eãdem quiete, & animi tranquillitate potest ad alteram transire: & sic ad reliquas pergere. Quorum omnium plenissima licebit exempla in meditationibus sequentibus cernere: præcipuè in primis, quæ reliquarum erunt veluti exemplaria. Illud tamen aduertendum: Cùm speciali Spiritus sancti instinctu ad orandum mouemur, omnia faciliè suauiterque fluere: ipse enim memoriam colligit, ratiocinationẽ viuificat, meditationum imbrem immittit, affectus accendit, petitiones ordinat, colloquia aptat, totumque orationis opus perfectè peragit, nobis absque defatigatione cooperantibus. Sed speciali illo auxilio deficiente, ne-

cesse

cesse est, nos ipsos arbitrij nostri libertate, & communi gratiæ auxilio, quod nunquam deest, facultates animæ nostræ ad actus suos eliciendos applicare, modo superius tradito, qua ratione ipsum Spiritum sanctum ad speciale auxilium nobis præstandum, prouocamus.

VIRI enim spirituales, quibus orationis exercitatio cordi est, non esse debent nauibus illis ingentibus similes, quæ, nisi vento impellantur, mouere se non possint: sed triremibus, quæ remis, & vento nauigare possint: quare secundo diuinæ inspirationis vento deficiente, recurrendum illis est ad remorum laborem, animæ videlicet suæ potentias, seu facultates: quæ fauore diuino, etsi non ad eò perceptibili, adiutæ nauigare, & orationem perficere possint. Quæ orandi ratio, etsi non ad eò sit suavis, sæpè solet vtior esse, propter maius meritum, quod cōsiliu illo cum distractionibus, & cordis ariditate, apud Deū obtinemus: Et perseuerantibus in remigando, & orando veniet in tempore ipse Christus, vt visitet nos, qui sua præsentia tempestatem illam sedabit, sicut d' Apostolis in simili occasione euēnit.

d Matt. 14.

32.

d Mar. 6. 51.

Quaternis porro armis contra cordis euagationes, & ariditatem Spiritus certare possumus. *Primum*, profunda **HVMILITATE**, qua nostram debilitatem miseriamque cognoscimus: & coram diuina maiestate ita vagari erubescimus. Nosque ipsos ob culpas præteritas, & præsentis reprehendimus, quarum

e Luc. 14. 11. causâ sic meritò derelinquimur. e qui enim hic se in Oratione humiliat, in eadem exaltabitur.

Secundò animi FORTITVDINE, viriliter statuendo, nullam datâ operâ nos velle admittere cogitationem, quæ à proposita materia nos retrahat, etiam si res alioquin nobis esset iucundissima, aut magni videretur momenti; siquidem eo tempore nullam ei præferre decet, quam præ manibus habemus, aut ipsi DEO, in cuius conspectu, Orationis tempore versari nos attendimus. Quod si inuito euagatio contigerit, statim atque id aduertero, si lum bonæ cogitationis, & rationis, quod cœperâ, alligare studebo: milles idem facturus, si milles me distrahi contigerit; nec propterea abijciam animum, aut fiduciam deseram, memor, etiam illum magnum Abrahamum Patriarcham, diu perseuerasse in f abijciendis volacribus, qua descendunt super cadauera, sacrificio destinata: Cui mox sopore sine extasi graui correcto magna à DEO mysteria reuelata: Cumq, sol occubisset, apparuisse clybânium fumantem, & lampadem ignis transeuntem per medium sacrificium, in signum, quod Deus illud acceptasset: Cuius exemplo, si & ego constanter abegero incidentes cogitationes importunas, quæ Orationis sacrificium perturbant, succedet contentioni huic quietus contemplationis somnus, in quo Deus animam meam diuinâ suâ luce illustret, vt eum cognoscat; & diuini sui

amoris

f Gen. 15. 11.

Gregor. 16.  
Mor. c. 9.

amoris inflammet igne, quo ipsum ardentei amet.

Tertio decertamus contra cordis euagationes ipsamet ORATIONE, qua petimus à Deo, vt intra ipsam animam nostram dignetur, ciuitatem g *Ierusalem*, siue pacis visionem *edificare*, *dispersiones Iſraelis*, cogitationes, & affectiones animæ nostræ *Congregans* vt intra eam manentes, Orationi ipsi vacent: Idemque à sanctis Angelis petam, qui Orantibus adſiſtunt. Cui armorum generi plurimum tribuam, eo quod Oratio aded fit potens, vt non solum cætera omnia, sed seipsam cum illis possit impetrare. Ad quod etiam iuuerit, in medijs huiusmodi perturbationibus breues aliquas Orationes vsurpare: Nunc dicendo cum Dauide: *h Cor meum dereliquit me: complaceat tibi Domine, vt eripias me ab hac violentia, quam sustineo: nec tardes auxilium ferre.* Item cum eodem: *i Anima mea sicut terra sine aqua tibi: Velociter exaudi me Domine, defecit Spiritus meus.* Aliàs cum Apostolis in media tempestate constitutis elababo. *k Domine salua me: ecce perco: aut sicut Cæcus ille, cuius Orationem turbis plebis increpando impediēbat, l multo magis clamabo: IESV, fili David, miserere mei.* Quod si clamans perseuerem, etiam in siccitate, & contentione hac, non prætermittet benignissimus Dominus, quin mihi, sicut cæco illi, compatiatur. Quod suo loco exactius perpendemus.

g Psal. 146

2.

h Psal. 39. 13.

i Psal. 142. 6

k Matt. 8. 25.

l Luc. 18. 38.

Part. 3.

Med. 35.



*Vltimum* denique telum, quo aduersus hanc tribulationem vtemur, est magna in Deum Dominum nostrum FIDUCIA: persuasi, quod qui iubet nos orare, aderit auxilio, & gratiâ suâ; vt id rectè præstantes, & diabolo resistere, imaginationem intra præscriptos limites continere, passiones reprimere, curas & sollicitudines moderari, ignauiam denique excutere possimus: ne Orationis cursum impediunt. Fiduciæ nihilominus adiungenda est diligentia, qua ante orationem (vt Cassianus ait) amoueamus ea, quæ in ipsa pati nollemus: hac ratione aduersarij nostri sagacitatem, imitantes, qui (S. Nilo teste) omnes tentationes, quas spiritualibus viris in decursu diei suggerit; ad eorundem Orationem turbandam & fructum eius impediendum, dirigit: Nam Gulæ tentationem suggerit, quò tempore Orationis graues, & somnolenti sint; impatientiam, vt sint turbati; sensuum curiositatem, vt distrahantur; multitudinem negotiorum, vt solliciti, & occupati sint; superbiam, & ingratitude, vt cæci fiant.

Si itaque non decet minus sollicitos nos esse in bonum nostrum, quam sit noster aduersarius in malum, consonum est, ita actiones, & occupationes nostras disponere, vt eadem ad bene orandum conferant. Et hac ratione iudicabimur aliquo modo satisfacere illi Christi sententiæ: *m Oportet semper orare, & non deficere.* Semper enim orare ceteri potest qui totum tempus vel in ipsa oratione, vel in

Colla. 9. C.  
2 & Colla.  
10. C. 13. 48.  
49. 50.

m Luc. 18. 1.

præparatione, ad eam benè faciendam, ponit. Et hac fiducia aggredi debeo mentis orationē, hostibus meis illud Psalms obijciens: *n Declinate à me maligni, quia scrutari statui mandata Dei mei:* Potentijs verò & cogitationibus meis dicam illud ex altero psalmo: *o Venite omnes simul, adoremus & procidamus, & ploremus ante Dominum: quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascua eius, & oves manus eius.*

n Psal. 118.  
115.

o Psal. 94. 6.

QVA RATIONE ADORATIONEM  
iuuare nos possimus imaginatione, lingua & alijs animæ facultatibus.

PARAGRAPHVS VII.

QVAMVIS mentis Oratio, vt suprâ diximus, sit trium supremarum animæ facultatum operatio, qua parte illa Spiritus purus est, & mens appellatur; qua de causa, & ipsa Oratio, mentis siue mentalis dicitur: iuuant nihilominus ad eam obeundam tres aliæ eiusdem animæ facultates inferiores. Harum prima est facultas IMAGINANDI, quæ, vt maximè turbat impeditq; Orationem, cum vaga est, maleq; domita: ita eandem iuuat plurimum, si rerum, quæ ad meditandum accipiuntur, imagines, & figuras aliquas intra se ipsam facilè possit efformare: ita enim videtur

debitur

debitur quasi loco alicui alligata, & res meditata spiritualiter animæ proponi; quam illa quasi præsentem cernat. Expediet itaque, antequam ipsam meditationem auspicemur, imaginem aliquam in ipsa imaginatione formare eius rei, quam volumus meditari; idque qua maiori poterimus viuacitate ac proprietate, Vt si de Inferno Meditatio sit instituenda, locum imaginabor carceri obscurissimo, angusto, horrido, igne pleno, simillimum; in quo animæ damnatorum ardeant. Si de Christi Natiuitate, imaginabor angiportum, vel specum vento peruiam, in qua infans pannis inuolutus iaceat in præsepio; & simile quid in reliquis. Danda tamen est opera, ne ad id vis tanta inferantur, vt capiti noceat. Quare vt ei, qui in huiusmodi figuris effingendis difficultatem sentit, expedit eas potius omittere; & facultatum tantum spiritualium opera vti, modo superius posito: ita ei, qui facilitatem, & promptitudinem eas imagines formandi habet, attendendum omninò est, ne vehementi sua imaginatione, locum aliquem illusionibus relinquat, imaginationemque pro reuelatione diuina admittat; credatque eam imaginem, quam ipse intra se fingit, esse rem ipsam imaginatam; ideoque indiscretionem suam caput sibi frangat: & quod moderatè factum, ad orationem contulisset, in suum conuertat detrimentum.

2. 2. q. 82. a.  
12.

Potest, & LINGVA Orationem mentis adiuuare: Teste enim S. Thoma: Oratio mētis; & ea quæ

ea quæ verbis externis fit, non sibi aduersantur; sed vt germanæ sorores altera iuuat alteram. Mentis enim Oratio prorumpit interdum in vocalem; verba exterius cum Deo Domino nostro proferendo, quæ ex æterna deuotione, & feruore procedunt. Oratio verò ipsa vocalis animam viuificat, vt maiorem mentali adhibeat attentionem. Ideoque cum in ea distractos nos, aridosque sentimus; expedit aliqua verba proferre, quæ nos colligant, & excitent; siue cum Deo, siue nobiscum ipsi colloquamur, vt enim corpus animam iuuat; ita illius operationes adiuuant huius functiones; & verbum externum, quod lingua profert, cor ipsum solet penetrare.

*Aug. Epist.  
121. ad Probam c. 9.*

POTEST verò hoc, quod modo diximus. *Processu 7. Religionis. cap. 3.* bifariam (vt ait S. Bona.) vsui esse: Primum, si quis sibi ipsi ea verba præscribat componatque; quæ ipsius necessitas aut deuotio dictauerit: nõ sollicitè attendens, aptene, an incompositè cohæreant: quia Deus cordis potius aptam compositionem, & affectum eius feruorem respicit, quàm verborum ornatum: magisque placatur verbis filioli balbutientis & poenitentis peccatoris, quàm concinnis superbi alicuius literati. Alter modus est, Orationem ab aliquo alio iam digestam, quales illæ sunt. quas Ecclesia præscribit, aut Sanctus quispiam composuit sibi applicando; eoque sensu, & affectu eam proferendo, atque si ipsemet eam componeret, eo modo, quem §. 9. ponimus.

De

DE externis corporis SENSIBVS, nulla certa regula statui potest; nam quidam iuuantur, si oculos clausos teneant, alij potius si aperis coelum, aut imaginem aliquam intueantur; alij quouis audito strepitu impediuntur; alij Cantu, & Musica Ecclesiae iuuantur; alij sentiunt sibi augeri deuotionem, si frequenter pectus suum tundant, (quod S. Hieronymo dicitur fuisse familiare) ad exemplum Publicani; alij frequenti genu flexione, sicut Simon ille in columna, qui genu, & capite ad terram usque flexo, moxque leuato, orabat, eandem flectendi rationem repetens infinities: & idem de alijs corporis motibus, & situ dici potest; de extensione v. g. brachiorum in modum crucis, de prostratione in terram, statione fixa in loco aliquo, aut deambulatione, aut in loco humilifessione. Ex quibus omnibus illud est eligendum, quod cuius est magis comodum ad cordis quietem, & deuotionem, habita eius, qui orat, imbecillitatis ratione; & eorum, qui adsunt, si locus sit publicus, aedificatione: tunc enim is corporis situs habendus est, quo circumstantes non offendantur.

DE ORATIONIS EXAMINE, ET  
*fructibus, ex ea percipiendis.*

PARAGRAPHVS VIII.

**O**RATIONE finita, utile valde est examinare, quomodo ea successerit: quod, cum post opus quodcun-

que

que, aut vocalis orationis exercitium; (siue id sit officij diuini, siue Rosarij, siue sacri Missæ) tum nominatim, post mentis Orationem secretam, institui merito debet; in qua vna vel plures horæ consumptæ sunt.

*Primum* itaque examinabo, num, quæ Orationi erant prætermittenda, seruauerim; ut si materiam satis præparauerim, si me in Dei conspectu reuerenter collocauerim, si spiritu opus illud Deo obtulerim, si puram ad eam intentionem adhibuerim, cum reliquis: doleboque de quouis admissio defectu; & emendationis propositum concipiam. *Deinde* examinandum, distractusve fuerim, an collectus? Deuotus an aridus? fuerimne totus in ratiocinatione? (quia id, studium potius est quam oratio) an affectus etiam, & bona proposita conceperim? an in colloquijs, & petitionibus cum Deo reuerentiam adhibuerim, & fiduciam, an non? Quod si in omnibus benè mihi successit, Deo gratias agam; ipsius gratiæ, & misericordiæ bonum hunc exitum, non industriæ meæ, aut diligentæ attribuens: sin minù benè causam inuestigabo: quod si culpam meam deprehendero, aut ignauiam; dolore de culpa concepto, emendationem proponam, statuens me deinceps ita mortificare, ut eius iacturæ causam remoueam. *Tertio* examinandi pij motus, inspirationes, illustrationes, gustus spirituales, quos senserim: attentè perpensis effectibus, qui secuti sunt, ut discernam à bonone, vel malo spiritu

venerint, & experientia discam spirituum varietatem discernere. Ad quod conferet eas regulas tenere, quæ ea de re tradi solent, quarum plurimæ in Meditationum sequentium progressu proponuntur. Denique animi decreta etiam sunt examinanda, quæ in Orationis decursu concepti, ut quando, & quæ ratione executioni mandanda sint, inspiciam, & vniuersim, examinandus est fructus perceptus ex Oratione, & tractatione cum Deo. Si enim Oratio mea est arbor infructuosa, maledicetur, & arescet sicut a ficus illa Evangelica; si fructus fecerit, benedicetur. *beritq; tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.*

a Matt. 21.  
19.  
b Psal. 1. 3.

ORATIONIS fructus varij sunt, nam, & mores reformare, à peccatis etiam leuissimis abstinere, eorum occasiones, & quicquid imperfectione sapit, fugere; Passiones domare, sensus refranare, peruersas propensiones mortificare; repugnantias, ac difficultates, quæ in virtutum exercitio occurrunt, vincere; aduersus tentationes viriliter certare; ad magnos labores ferendos hilariter anhelare; meipsum ad voluntatem Dei, in eius lege, in consilijs Evangelicis, in regulis & statutis mei status, & officij expressam, promptè exequendam animare; in virtutibus augmentum sollicitè procurare: Iesu Christi, potissimum Charitatem, humilitatem, obedientiam, patientiam in laboribus, amorem crucis, contemptum mei ipsius, carnis castigationem imitando;

nomi-

nominatim verò quisque eam debet procurare virtutem, quæ ipsi magis est necessaria, at- tenta status sui qualitate : siue ea sit modestia in agendo, siue castitas, siue fortitudo, siue aliqua alia Theologica virtus, aut moralis, omnino statuendo, ac efficaciter conando eam obtinere, vt Meditat. 29. primæ partis su- sius dicitur. & cum examen fiet de Oratio- ne, oportet exactè videre, si quem ex præ- dictis fructibus, & modo iam dicto fuerim assequutus.

VARIÆ RATIONES ORANDI,  
diuersis Materijs, personis, & tempo-  
ribus accommo-  
data.

PARAGRAPH. IX.

**A**D è est hominum gustus ad spiritua- les exercitationes corruptus, vt licet sit preciosus cibus, si tamen eodem semper modo conditus proponatur, mox nau- seam concipiat, sicut Israelitæ conceperunt de Manna, cibo alioqui suauissimo, quòd idem *Num. 21. 5.* semper proponeretur. Quam ob rem sancti viri & Spiritus Magistri, varios orandi mo- dos, inuenerunt, quibus ipsam orationem, nau- seæ huiusmodi vitandæ causâ, variè condirent, cum spiritus diuinus, orationis gustum in ipsa non renouat: vnde etiâ Dauid ad noua cantica nos inuitans: *a Cantate, inquit, Domino canti- a Psal 95.*

d 2 cum



b Psal 9, 2. 1

*cum nouum, cantate Domino omnis terra: & iterum: b cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.*

Excelluit in hoc valde Seraphicus Doctor S. Bonauentura, plures prolixosque de hoc genere tractatus edens: Nec minus tamen excellens fuit B. Pater noster Ignatius, qui, in paruulo Exercitationum spiritualium libello, non modo materiae ad meditandum varietatem, sed varios etiam orandi modos proposuit, per conscientiae examen, per internorum animae sensuum applicationem, per varias similitudines, & parabolae: nominatim verò tres diuersas orandi tradidit rationes vtilis valde, ac ijs, qui superius positas vias, Purgatiuam, Illuminatiuam, & Vnitiuam ambulant, accommodatas: licet omnes tres sint omnibus utilissimae.

**P R I M A** ratio siue modus orandi est, quo decem Dei praecepta, aut septem vitia capitalia, (quae communiter lethalia nuncupamus:) aut tres animae internas potentias siue facultates, aut quinque corporis sensus, tanquam materiam meditationum accipimus. Quem modum, quod viae Purgatiuae sit proprius, in .i. Parte Meditationum proponemus, cum proprijs singulorum Meditationibus: ijs additis, quae admodum examinandae conscientiae, praeparationemque pro sacra confessione, & comunione pertinent: quibus animae puritas obtinetur.

**S E C V N D V S** orandi modus est, quo singula

Psal

Psalmi Davidis, sermonis, aut sententiæ Christi, orationis, vel hymni Ecclesiastici verba seorsim, tanquam materiam Meditationi subiicimus, & ita ruminamus, vt spiritum, & affectum latentem hauriamus. Quia enim diuinæ Scripturæ verba ab Spiritu sancto dictata sunt; singula mysterium aliquod habere par est, diligenti consideratione dignum: cumque Ecclesia ab Spiritu sancto gubernetur, nullum illa verbum proferre credenda est, mysterio aliquo vacuum.

RATIO autem, & methodus singula verba meditando, ea est, vt, quis illa proferat, attendatur; cui, & in quem finem dirigantur; quo modo & spiritu dicta sint; quæ eorum sit significatio, hoc est quid mandent, consulant, promittant, minentur; quid eis peratur, quid denique tali verbo prætendatur, ex quibus singulis affectus eliciendi sunt, ei, quod perpensum fuerit, conformes. Aliter enim perpendenda sunt verba, quæ Deus dicit homini, quàm quæ homo Deo. Cùm enim Deus, audientis sit magister, legislator, consiliarius, protector, præmiator; audienda sunt eius verba cum desiderio discendi, quod ille docet; exequendi quod mandat; amplectendi quod consulit; timendi quæ minatur, sperandi quod promittit; amandi denique ipsum propter ea quæ dicit. Quæ verò homo loquitur Deo, eo spiritu ruminanda sunt, quo ille ea protulit, & iuxta finem, in quem ille direxit, quod in Psalmis Davidis aperte cernitur; quorû quosdam edidit spiritu

olla. 10.  
ap. 10.

laudandi Deum, gratiasq; agendi pro collatis in se, vel in populum suū beneficijs; quosdam spiritu cōtritionis, vt peccatorū venēā impetraret; alios spiritu afflictionis, & magnę fiducię simul, vt auxiliū in tribulationibus obtineret: quare, vt eos cum fructu dicamus, & ruminemus, necesse est, (vt, notat Cassianus) eundē spiritum induere, quo eos ille psallebat; atque si nos ipsi eos, & in eum finem composuissimus. Et ipsa docet experientia, eum, qui ob accepta à Deo beneficia læto est animo, piē eos psalmos dicere, qui eam lætitiā fouent, quales: *Benedic anima mea Domino, & omnia quę intra me sunt nomini sancto eius: & laudate Dominum de caelis, &c.* Et eo tempore idem nō inueniret tantum consolationis in psalmo miserere mei: cū contrā, qui proprijs est peccatis afflictus, piē dicit hunc Psal. Miserere mei: non tamen æquē se applicat ad psalmos lætitię. Quod meritō obseruandum est, vt delectum habere nouerimus materię Meditationis, & verborum, & orationum, quę cum spiritu, quo affectos nos sentimus; & cum fine, quem obtinere cupimus, affinitatem habent.

1. p. Med. 15.  
2. p. Med. 6.  
3. 12.  
3. p. Med. 14.

SECUNDVS hic orandi modus magis propriē ijs competit, qui in via versantur Illuminatiua, cognitionem, & sensum quærentes veritatū fidei: quò in spiritu crescant. Ideoq; eius praxim ponemus in 2. & 3. parte Meditationū, exemplo adhibito in Angelica salutatione, precatione dominica, & aliquibus Christi

Domi-

Domini nostri sententijs, & orationibus, cuius  
 verba, maiori semper adhibita attentione me-  
 ditabimur: quia vt sponsa de eo dixit: *c Cant. 5. 13.*  
*eius sunt lilia distillantia myrrhā primam.* docēt  
 enim virtutē excellentissimam, & primam,  
 quæ reliquas omnes superat, & S. Petrus eidē  
 dixit: *d verba vite aeterna habes:* & ipsemet de *d Ioan. 6.*  
 se dixit: *verba, qua ego locutus sum vobis, spiri-*  
*tus, & vita sunt.* Quare, qui, vt oportet, eas *60. 69.*  
 meditabitur, hauriet ex eis spiritus abundan-  
 tiam, & purissimam gratiæ vitam, qua dignus  
 fiat æternā.

TERTIUS orandi modus est per modū as-  
 pirationum. & affectuū, qui corporis respira-  
 tionibus respōdent ita, vt inter vnā, & alterā  
 corporis respirationem affectus aliquis pius,  
 aut gemitus spiritus, aut breuis iaculatoria o-  
 ratio ex intimo animæ nostræ erumpat: breui  
 illo tēpore, quod inter respirandū intercedit,  
 exposito in æstimatione, sensu, aut gustu spiri-  
 tuali eius, quod desideramus, aut petimus; aut  
 rei pro qua apud Deū gemimus, & suspiramus.  
 Qui modus ijs est accommodatissimus, qui Vni-  
 tiuā peragunt viā, adspirātes, & anhelantes ad  
 actuale cū Deo coniunctionē: quo desiderio  
 contendunt, cōtinuatē, & frequentia, qua pos-  
 sint maxima orare: nam ad perfectam animæ  
 vitā spiritualem tam est oratio necessaria, quā  
 ad corporis vitam ipsa respiratio, iuxta illud  
 Dauidis: *e os meū aperui, & attraxi spiritum,*  
*quia mandat a tua desiderabā:* in cuius rei certū *c Psal. 119.*  
 signum, quoties aperiunt os ad respirandum, *131.*

tóties vellent orare: & quoniam hoc ob nostram imbecillitatem fieri non potest, accipiunt certas aliquas temporis partes ad huiusmodi exercitium, exercentes hac ratione iaculatorias orationes (de quibus mox aliqua subiiciemus) quas in cœlum sicut hastas, aut sagittas, ex corde tanquam arcu, magno amoris impetu impellunt, & iaculantur.

DE CONTEMPLATIONE, ET RATIONE,  
*qua possit aliquis mentali orationi  
 absque longa ratiocinatione  
 vacare.*

PARAGRAPHVS X.

**I**S, quæ hæcenus dicta sunt, utcuque videntur explicati ordinarij modi mentalis orationis, qui omni hominũ generi, cum Deo agere cupientium, sunt accommodati; licet non omnes eodem modo progrediantur: quia aliqui plus adhibent ratiocinationis, non ita affectuum; alij contra, parua ratiocinatione contenti, plus affectibus tribuunt; alij etiam simplici veritatis intuitu, mox ad omnes prædictos deuotionis actus permouentur: & hi sunt, qui contemplatione perfruuntur. quæ (S. Thom. teste) simplex quidam est æternæ veritatis intuitus, quam absque varijs ratiocinationibus, cœlesti adiuti lumine, magnis admirationis, & amoris affectibus, penetrant. Ad quam tamen, ut plurimum, nõ nisi longo Meditandi, & ratiocinandi vsu peruenitur. Sicut

virgo,

2. 2. q. 180.  
 4. 3.

virgo, quæ viro alicui vult nubere, multos dies expendit in quærendo, certoq; cognoscendo, quis ille sit, quod eius genus, quantæ facultates temporales, quæ vitæ ducendæ ratio, qui eius mores, sanitas, affabilitas, discretio, virtus, & huiusmodi alia, circa quæ sæpè ratiocinatur, & diu cogitat: vbi autem palato suo arridere deprehendit, mox erga eum afficitur, & in sponsum accipit: quem vbi satis nouit, & in maritum accepit, non amplius ratiocinatione indiget; sed solo aspectu, aut memoriâ eius, aut si vel nominari illum audiat, tenerè afficitur; eisdemq; placere, & in eius semper contubernio manere cupit. Quod idem discipulo accidit, qui de magistro deligendo; & famulo, qui de nouo hero quærendo; & amico, qui de amicitia cum aliquo contrahenda deliberat. Eodem itaque modo eos, qui in virtute, & orationis exercitio Tyrones sunt, multum temporis ponere necesse est in meditâdo, & ratiocinando, & inquiredo, quis Deus sit, quis Christus saluator, quæ eius perfectiones, virtutes, & opera stupenda, quibus cõsiderandis, ad eius amorem excitentur; & statuunt, eum magistrum habere, dominum, amicum, & animarum suarum sponsum. Sed postquam diu in his exercitati, & solidè affecti sunt, accidit eis interdum, vt simplici quasi intuitu, aut memoriâ Dei, nulla ratiocinatione adhibita, eius amore, & affectibus suprapositis accendantur: imò aliqui vel nomine IESU tantum audito, aut Patris, aut peccati lethalis, inferni, aut cæli, in

momento omnia, quæ in ijs continentur, penetrant, magnisque amoris, dolorisve affectibus permouentur.

**I L L V D** tamen negandum non est, quoniam intellectus noster non ad eò tenaciter apprehendit, quæ sensibus prius non percepit, facile eum, rerum spiritualium ac diuinarum æstimationem dimittere, ac obliuisci: ideoque oportere, eum frequenter meditationes, & ratiocinationes initio institutas renouare: alioqui distractum valde, aridumque seipsum experietur: nisi cum speciali Deo fauore, cõtemplationis ei gratiam cõmunicans, lumen cognitionemque sufficientem ad amoris affectus excitandos impertit. Et quoniam sunt, qui, cum mentis orationi vacare optent, ob defectum tamen valetudinis, aut alterius rei, ratiocinari; aut ad profunda mysteriorum nostræ fidei penetrare nõ possunt: ex dictis possumus, ad talium consolationem, colligere, ne desperent, actumve existiment de eo, quod in excellenti hac exercitatione præcipuum est. Talibus enim solet Deus, inopiæ aut infirmitatis, qua premuntur, intuitu, id tribuere, quod alijs seruitiorum exhibitorum nomine; aut prolixarum meditationum, in quibus versati sunt, ratione, concedit. Nam cum ipse liberalissimus sit, facile contentus redditur; nec à quoquam plus exigit, quam iuxta facultatem, & paupertatem suam facere possit: suppletque ipse diuinis suis illustrationibus, quod illis deest.

**Q V A R E** hoc sibi huiusmodi homines persua-

su-

suadeant: meditationum ac ratiocinationum omnium, quæ in sex his Partibus disponentur, eum esse finem, vt triplex à Deo noticia siue cognitio obtineatur. **P R I M A** est, sui ipsius, & innumerabilium necessitatum, & miseriarum corporis, & animi sui: **S E C V N D A**, Iesu Christi Domini nostri veri **D E I**, & hominis, clarissimarumque eius virtutum; illarum præcipuè, quæ in eius Natiuitate, Passione, & morte claruerunt. **T E R T I A**, Dei trini, & vnus, infinitarumque eius perfectionum; ac beneficiorum, tum naturalium, tum supernaturalium, quæ ab ipso promanant. Quæ tres notitiæ ita sunt inter sese connexæ, vt ab vna ad alteram, & vicissim ab hac ad illam transitus fiat: nam à nobis ipsis a *ad Christum*, & ad Deum ascensus fiet; & vicissim à Deo ad *Christum*, & ad nos ipsos fiet descensus. Ex quibus (S. Thoma teste) Deuotio oritur, quæ tria

*Mentalis  
orationis  
epilogus.*

a Ioan. 10.9

2.2. q. 82.

a 3.

affectuum, voluntatis nostræ notitijs illis respondentium genera complectitur. **A L I I** enim sunt affectus in nobis ipsis, dum de nostris peccatis dolemus, de ignauia erubescimus, emendationem seridè proponimus; nosque ipsos ob culpam nostram, & nihilū, quod ex nobis ipsis habemus, demittimus: **A L I I** sunt affectus ad Christum Dominum nostrū, dum eius tribulationibus compatimur; de virtutibus gaudemus, & imitari cupimus, gratiā eius, ad id præstandum humiliter petita.

**A L I I** denique affectus sunt, ad Deum Dominum nostrum, dum eius mirabilia suspicimus,

eun-



eundem propterea laudamus, pro collatis nobis beneficijs gratias agimus, & promptos nos ad eius obsequia offerimus: his omnibus petitiones inferentes, quibus dona, gratias cęlestes nobis, nostris proximis, toti que Ecclesię, eas nominatim, quarum maior est necessitas, postulamus.

HI S pręmissis, quicumque mentalis orationis est avidus, etiamsi debilissimus, potest se in conspectu Dei viui, quem propę, & intra se habet, constituere; renouata que notitia illa triplici, quam fide habet de tribus prędictis rebus, affectus eis respondentem magna quiete elicere. Nunc Deo confitendo miseria suas omnes sigillatim, adiuncto affectu doloris, & humiliationis, & petitione remedij: Nunc reuocando in memoriam virtutes, quę in Christi aliquo mysterio eminent, humilitatem, obedientiam, patientiam, & similes; additis etiam eas imitandi affectu, & desiderio: denique beneficia à Deo accepta recensendo, cum gratitudinis affectibus, & memoria infinitarum Dei perfectionum; bonitatis, misericordię, prouidentię, laudis & gaudij affectibus etiam adiunctis. Nec verò difficile erit, huiusmodi affectus cum diuino auxilio elicere. Fidei enim nostrę mysteria instar sunt sili- cis, quę cuiusuis considerationis chalibe icta, illico emittunt amoris scintillas: quod si anima, vt fomentum ipsum, benę sit disposita ad eas excipiēdas, mox ignis, & flamma ingens in ea exurgit insignium affectuum, & sensuum.

Ad quod facilius præstādum, plurimūm iu-  
 uerit, legisse prius aliquam meditationem ex  
 ijs, quæ inferius proponuntur: adhibito studio,  
 vt insigniores fidei nostræ veritates memoriæ  
 inhæreant, quæ prædictorum sensuum, & affe-  
 ctuum tanquam fomētum sint. exemplo spon-  
 sæ, quæ aiebat, *h Fasciculus myrrha dilectus* b Cant. 1.13.  
*meus mihi, inter vbera mea cōmorabitur*: No-  
 bis insinuans, multas se veritates, quæ ad spon-  
 sum spectarent, collectas habere, quas ob o-  
 culos positas simplici Spiritus oculo intuebatur,  
 & accensis cordis affectibus amplectebatur,  
 sibi que efficacibus imitandi desiderijs appli-  
 cabat. Harum veritatum modò hæc, modò illa  
 assumenda est pro fundamēto orationis men-  
 talis, sicut ipse Christus, dum se in horto Geth-  
 semani ad orādum recipiebat, pro fundamen-  
 to suæ orationis accepit illa verba: *c Pater, si* c Matt. 26.  
*possibile est, transeat à me calix iste: veruntā-* 39.  
*men non mea voluntas, sed tua fiat*: in quorum c Luc. 22.  
 verborum ponderatione, æstimatione, & sen- 42.  
 su prolixum consumpsit tempus, vt suo loco Medit. 21.  
 apparebit. P. 4.

DE MODIS EXTRAORDINARIIS  
 Orationis Mentalis, & multiplici ratione,  
 qua se Deus in ea communicat.

PARAGRAPH. XI.

**E**X ijs, quæ de mentis oratione hætenus  
 dicta sunt, satis constat, eam (vt etiam  
 S. Aug. ait) donum esse Spiritus sancti, à  
 Deo

*Epist. 105.  
prope me  
dium.*

*a Zach. 12.  
10.*

*b 2. Cor. 5. 5.*

*c Rom. 8. 26*

*d Sap. 7. 22.*

*D. Tho. 2. 2.*

*q. 174. a. 1.*

*ad 3. ex 8.*

*Isidor. 8. a.*

*3. q. 175. a. 1.*

*2. ad 1.*

*2.*

Deo Ecclesie sue per Prophetam promissum illis verbis: *a Effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem, Spiritum gratia, & precum*: sine quo nemo orat, ut oportet: nam (Apostolo teste) *b non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: c nec scimus quid oremus, sicut oportet.* nisi Spiritus Dei nos doceat, moueatque. Quod tamen varijs vijs præstat, alios aliâ deducens: ita ut error sit nõ ferendus, existimare, omnes eâdem, qua ego, viâ, esse deducendos. *d Spiritus enim Dei vnicus est, multiplex est*: vnus quidem in substantia, & sine principali, quem ipse præterdit; sed multiplex in medijs & vijs, per quas ad eum deducit.

Hæc viæ in genere duæ sunt: altera ORDINARIA, cuius hæctenus modos recensuimus; altera EXTRAORDINARIA, quæ modos alios magis adhuc supernaturales, specialesque, complectitur: quæ ORATIONEM QUIETIS, aut SILENTII vocant, cum suspensionibus à sensibus, Extasi, aut Raptu, imaginarijs veritatibus, quæ apparent, figuris; aut sola earum luce intellectuali, reuelationibus, & internis colloquijs, & innumeris alijs modis quibus se Deus animabus comunicat: de quibus nulla potest certa regula assignari, quia nõ aliam habet quàm summi Magistri directionem, docentis quos ipse vult, & sicut vult. Quare tales orandi modi nec præterendi, nec procurari à nobis debent, ni superbi esse velimus, & præsumptuosi; ac propterea indigni, quibus illi comunicentur. Imò

quod

quo in nobis est, demissè potiùs refugere eos debemus, ob imminens illusionis e *Sathana* periculum, qui sese in *lucis Angelum transfiguravit*: Sed, si Deus suâ benignitate illos imperit, acceptandi sunt cum animi demissione; & gratitudine; Sed valde tamen cautè ac prudèter, sequètes documenta aliqua, quæ in hoc libro tradètur, præcipuè in 3. parte, dū de Christo super mare ambulâre, cū Phâtasma esse credebatur, instituetur meditatio: & in Partes. in meditationibus de Apparitionibus, & reuelationibus à Christo discipulis exhibitis. Vbi signa, & effectus indicabimus, quos Dei visitatio, & Spiritus sancti in animâ aduentus, in ea efficiunt; vitæq; altitudo illa, ad quâ septem suis donis, & cælestibus inspirationibus Deus euehit; & nos omnes meritò aspirare, & contendere deberemus.

VERVM vt horum extraordinariorum, & admirabiliū modorū, quos Deus habet ad indulgendum animabus, & se illis in mētali oratione cōmunicandū, nonnullā lucē præferamus, aliquot eorū insinuabo, in quibus simul aliqua tangā, quæ oēs etiā ordinariè cōcernūt, nec expedit ea ignorare. quæ simul etiā cōducunt, ad ordinariū quendā orationis modū intelligendum, qui fit per sensuum applicationem, de quo postmodum etiam differemus.

AD horum declarationē est obseruandum: sicut corpus quinq; externis sensib<sup>9</sup> visibilia, & delectabilia huius vitæ percipiens illorum capit experientiam; ita Ipiritum, eiusq; facul-

tates

2. Cor. II.

14.

*Cassian. Col  
la. 12 c. 13.  
Gerson. 3.  
Par. de My-  
stic. The-  
olog c. 2.  
S. Dionysius  
de diuin. no-  
min.*

*S. Aug. 10.  
Confess. &  
de spirit. &  
anima. c. 9.  
S. Bern de  
natura A-  
mor. diuin.  
c. 6 & seq.  
& serm. 22.  
in Cant.*

tates intelligentiam, & voluntatem quinque  
internos actus habere, externis sensibus pro-  
portionatos, quos vocamus, *videre, audire, ol-  
facere, gustare, tangere*, spiritualiter: quibus  
inuisibilia, & delectabilia Dei percipiens, eorū  
experimentum capit, ex quibus oritur **NOTI-  
TIA** siue **COGNITIO** Dei **EXPERIMEN-  
TALIS**, quæ omnes cognitiones, ratiocina-  
tione nostra comparatas, longissimè superat:  
sicut mellis dulcedo multò melius percipitur,  
cū vel tantillum eius delibatur, quàm si lon-  
gis ratiocinationibus, de ea disputetur, vt co-  
gnoscat. Et his experientijs acquiritur **M Y-  
STICA THEOLOGIA**, quæ est sapientia, &  
suavis sciētia Dei, sicut S. Dionysius de D. Hie-  
rotheo ait, quod diuinarum rerum notitiā  
haberet, non solum ex Apostolorum doctri-  
na, nec ex sola industriā aut ratiocinatione,  
sed ex earundem affectione, & experientia,  
quæ medijs quinq; his sensibus internis acqui-  
ritur; quorum frequens est mentio, tam apud  
sacram scripturam, quàm apud sanctos Patres,  
præcipuè apud S. Augustin. Gregor. Bernard.  
& alios, quorum ea de re sententias prolixè  
adfert S. Bonauent. Tractatu de septem Itine-  
ribus æternitatis, Itinere 6. ex quo aliqua hinc  
inferam. Est tamen præmittendum dictum  
illud S. Bernardi: *In huiusmodi non capit in-  
telligentia, nisi quantum experientia attingit.*  
Quamobrem, & ego eam indicabo, quam ferè  
habent omnes.

*Primum* communicat se **D E V S** Dominus  
noster,

noster, spiritali quadam VISIONE siue ASPECTV, cū illustrationibus interdum suis lumen quoddam ad eū excellens intelligentiæ infundit, vt eo illustrata, aspectu quodam spiritali; sicut alter Moyses, *finisibilem tāquam videns aspiciat ac sustineat.* f Heb. 11. 27 quæ intelligentia, etsi fidei virtutem retinet, ad eū tamen lumine illo circa diuina mysteria, illustratur & perficitur, vt in alteram quasi mutata videatur.

HVTC aspectui solet plerunque modus quidam spiritalis lætitiæ coniungi, qui *IVBILVS* appellatur, dum præ gaudio mens, veluti saltus quosdam edit, ob nouitatem diuinorum mirabilium, quæ vidit, iuxta illud quod est apud Iob. g. *Deprecabitur Deum, & placabilis erit: & videbit faciem eius in Iubilo.* Ad hanc g Iob. 33. 26. contemplationis & interioris visionis rationem inuitat nos ipse Dominus dicens: *h Vacate & videte, quoniam ego sum Deus;* atque si diceret nobis: abstinete à peccatis, expedite vos h Psal. 45. 11 à negotijs terrenis, & sollicitè attendite ad operum meorum considerationem: & eo vsque peruenietis, vt magna luce videatis, me solum esse Deum, & gloriosum inter gētes, Psal. 76. 14 et 96. 4. 11. excelsum quæ in tota terra.

Horum non nihil, vt plurimum, Deus communicat seruis suis, extemporaneis quibusdā illustrationibus, quæ fulguris instar, veritates aliquas fidei nostræ illis patefaciunt, vt eam multò aliter capiant, quàm antea: quæ licet velociter pertransiant, cor tamen varijs a-

moris Dei affectibus, aut doloris peccatorum accensum valdè, relinquunt, iuxta id quod veritas illa ostensa requirit. Eisdem etiam illustrationibus mouet interdum Deus peccatores, vt resipiscant, & conuertantur: ex tempore eis patefaciens grauitatem peccatorum, damnationis periculum, & similes veritates, quæ ad vitæ mutationem afficiunt, & permouent. *De quo fusiùs meditatione 29. partii 5. cum agetur de conuersione S. Pauli.*

SECUNDVS modus, quo se Deus Dominus noster communicat, est per *AUDITVM* spiritualement, dum internè loquens, suis inspirationibus animæ, viua quædam, & efficacia verba, proponit, ad eò interdum distincta, atque illa sunt, quæ corporis auditu percipiuntur: quibus aut veritatem aliquam docet, aut voluntatem suam ita efficaciter aperit, vt ad eius executionem impellat, vsque ad eò, vt (sicut spòsa loquitur) *si anima mollescat, tenerescat, & amore diuino liquefiat: & quæ priùs cor triste, & quasi deficiens, gelidum, durumque ad res spirituales gerebat, interno aliquo ex his verbo accepto, in momèto exhilaretur, confidat, inflammetur, atque ad id, quod Deus cum illa facere statuit, tota blanda, flexibilis, aptaque reddatur. & quamuis interna hæc verba ad eò extraordinario modo audiri soleant, quem solus, qui ea audit, agnoscat: alio tamen ordinario modo omnibus eueniunt, & appellantur Inspirationes.*

*i Cant. 5. 6.*

*Lib. de tri-  
p. habi-  
taculo.*

Vt, enim excellens Doctor Sanctus Augusti-

gusti-

gustinus ait: interior illa DEI Domini nostri allocutio, est occulta quædam inspiratio, qua voluntatem suam ille, aut veritatem inuisibiliter aperit animæ. Eâ itaque Deus, & Iustos alloquitur, & peccatores; licet eos frequentius, qui valde sunt spirituales: quos nunc docet, nunc reprehendit, corrigit, exhortatur; nunc consolatur, & ad virtutum, ac perfectionis opera impellit. Quare Dauid; vt qui valde talibus alloquijs, & diuinis impulsibus assueuisset, dicebat: *k Audiam quid loquatur in me Dominus* DEVS: non tamen solum, vt Deus loqueretur, optabat; sed simul se promptum ad exequendum, quod audiret, exhibebat.

*k Psal. 84. 9.*

Dv o s hosce orationis aut contéplationis modos, qui *intuitu*, & *Auditu* spirituali fiunt, insinuauit Sanctus Iob, cum Deo dixit: *l Auditum auris audisti te: nunc autem oculus meus videt te*: qua sententiâ (teste S. Greg.) insinuat, nobiliiori modo Deum interna visione, quàm auditione cognosci: Auditio enim plus habet obscuritatis propter fidei tenebras; visio plus claritatis, vt quæ Deum magis propè, magisq; præsentem aspiciat. Licet aliàs in scriptura, suprema contemplatio per modum auditus exprimatur, vt suo loco dicemus.

*l Iob. 42. 5.*

*Lib. 33 Moral. c. 4.*

*Introduc. 3. Partis.*

TERTIVS internæ communicationis modus est, per spirituaLEM ODORATVM, quo odor quidã, & rerû spiritaliû fragrantia a deo suaui animæ infûditur, vt eo cõfortata, ad eas quærendas, & procurendas excitetur, & *m currere incipiat* ( vt est in Canticis ) *post odorem*

*m Can. 1. 4*



Ex S. Bona.  
supra dist. 6.

n Rom. 12.  
12.

rem unguentorum suauissimorum. Et sanctus Iohannes Euangelista, in hac interna cum Deo tractatione optimè versatus, dicere consueuerat: *odor tuus, Domine, excitauit in nobis concupiscentias aternas.* Odorem vocat sensum quendam valdè spiritualem rerum æternarum, quas non videntes credimus, & obtenturos speramus, ex quo feruentes spei actus procedunt, & accensa eas procurandi desideria; & anhelitus quidam, magnusque conatus ad media possibilis, quibus ea assequamur, adhibenda, cum ingenti illo gaudio, quod Apostolus in *Spei gaudium* appellat. Nam vt canes, ex odore magna velocitate & gustu feram insequuntur, nec prius à cursu desistunt, quàm ad locum, vbi illa iacet, perueniant; & (siquidem licet) prædam etiam inuadant, & capiant: ita animæ, quæ & sensu illo, odoreque diuinitatis Dei Domini nostri, ac humanitatis, charitatis, bonitatis, & reliquarum eius virtutum in oratione afficiuntur; magno feruore diligentiaque currunt ad rerum æternarum assecutionem, quarum odorem perceperunt; nec prius, quàm assequantur, eo modo quo licet in hac vita, desistunt; spe adhuc easdem plenè in futura, possidendi. Cuius vestigium aliquod cernimus in ijs, quos Deus ad vitam vocat religiosam: quibus nonnullum communicat sensum, odoremque eius suauitatis, securitatis, & sanctitatis, quam in ea inuenturi sunt, cuius rei causâ nihil dubitant plurimas difficultates calcare: nec prius desistunt, quàm, quod optant, assequantur.

quantur. Et eâdem de causâ Apostolus dixit:  
 iustos o *bonum odorem esse Christi in omni loco:* o 2. Cor. 2.  
 Clarissima siquidem eorum exempla nos cor- 15.  
 roborant; atque ad eos sequendos, Christum-  
 que, a quo reuera illa procedunt, imitandum,  
 impellunt.

QUARTVS modus communicationis est  
 per GYSTVM quâdam spiritualem, quo tan-  
 tam Deus animæ dulcedinem, feruoremque  
 in rebus spiritualibus præbet: vt carnalia ei  
 omnia desipiant: imò p *cara ipsa simul cum* p Psal. 33. 1.  
 spiritu *exultet* ( vt Dauid ait) *in Deum vi-*  
*uum;* & in omnia quæ illius sunt. Cuius dulce-  
 dinis & mirabilium eius effectuum experi-  
 mento in magnitudinis ipsius Dei, excellentiæ  
 legis eius, atque virtutum, præmiorumque  
 cœlestium cognitionem peruenit. Quam ob  
 causam Dauid dicebat: q *Gustate & videte,* q Psal. 33. 9.  
*quàm suavis est Dominus:* atque si distinctiùs  
 diceret: si gustatis, quis Deus sit, & opera, quæ  
 ille inter vos ipsos operatur; hoc gustu depre-  
 hendetis, quàm ipse sit suavis, quàm bonus,  
 quàm sapiens, quàm potens, quàm liberalis &  
 misericors. Et eodem modo licebit dicere: gu-  
 state & videte quàm sit iugû eius suaue; quàm  
 suaui lex eius, obedientia, humilitas, patien-  
 tia, temperantia, castitas, & charitas: vnaquæ-  
 que enim eius virtus propriam habet dulcedi-  
 nem. Ac propterea idem Dauid dicebat: r O r Psal. 30.  
*Domine, quàm magna est multitudo dulcedinis* 20.  
*tua, quàm abscondisti timentibus te!* magnitu-  
 dinem cum multitudine coniunxit, vt indica-

ret, sicut in cibis est saporum varietas: ita Deum in mysterijs, & virtutibus suis, magnitudinem habere, & varietatem, hoc est multas, & magnas consolationes. Si enim

s Sap. 16. 20

*Manna*, cum esset vnicum, omne delectamentum, hoc est, omnem ciborum saporem, in se continebat; ut corporali illa dulcedine iustis indulgeret: quid mirum, si Deus rerum omnium dulcedinem eminenter contineat; ut secum in oratione versantibus indulgeat, eosque consoleretur? & quidem aliquibus eam dulcedinem impertitur, cum ipsius perfectiones meditantur; alijs dum eius beneficia, alijs dum sanctam eius legem; de qua Dauid aiebat: *t Dulciorem esse super mel & fauam.*

e Psal. 18. 11.

Colla. 12.  
c. 12.

Verum illa dulcedo occulta est, & pro ijs tantum qui ipsum timent, ac reuerentur: illi enim soli ita copiose eam gustant, ut, postquam delibarunt, non habeant (teste Cassiano) linguam ad eloquendum: excedit enim, & superat omnem sensum.

Communicat nihilominus Deus dulcedinis huius partem aliquam tyronibus; imò, & peccatoribus, quò illos à lacte consolationum terrenarum ablaetet: sed copiosiore omnino ijs eam largitur, qui ipsius amore sese mortificantes, illis se abdicarunt.

Osculetur  
me osculo  
oris sui.  
Ad tactum  
eius comota  
sunt viscera

QVINTVS communicationis modus est per TACTVM spiritualem, dum suauissimis suis inspirationibus Deus intima cordis tangit, ac se ipsum animæ tantis blandicijs, & suauitate coniungit, ut nequeat explicari, nisi illis

simi-

similibus, quæ in Canticis exprimuntur : quæ sunt viscera  
 prætereo, ne rusticitas nostra ad tantam tene-  
 ritudinem offuscetur, & excæcetur : omnia ta-  
 men ad id tendunt, quod Apostolus ait : u *qui* *mea.*  
*Dextera il-*  
*lius ample-*  
*xabitur me.*  
 adhæret Deo, vnus spiritus efficitur : quia Deus  
 internè eum brachijs suæ charitatis amplecti-  
 tur ; indulgetque ei, signis præsentia suæ, a  
 moris sui, sollicitudinis, quam de illo habet :  
 magnis etiam pacis, & arctæ amicitiaë indicijs  
 ostensis. *u i. Cor. 6.*  
*17.*

QVI autem tales fauores experitur, Deum  
 ipsum amoris vlnis amplectitur, cùm sponsa  
 dicens : x *Tenui eum nec dimittam.* Hic blanda *x Cant. 3. 4.*  
 illa habentur colloquia, & petitiones gemitibus  
 inenarrabilibus, actusque illi, quos *Anago-*  
*gicos* vocamus, in negotio Spiritus valde emi-  
 nentes : qui, quod merâ, puraque gratiâ sua eos  
 Deus impertiatur, cui vult : et si prætendi non  
 debent : accipi tamen possent, si darentur, vt  
 suprâ dictum est.

HI sunt itaque modi extraordinarij, qui-  
 bus se Deus Dominus noster per internos sen-  
 sus, animæ communicat, nobis id tantùm in-  
 cumbit, vt cum eius diuina gratia, corporis  
 nostri sensus externos benè mortificemus : sic  
 enim fiet, vt internos ipse nobis aperiat.  
 Nam (S. Gregor. teste) *si externus sensus clau-* *Ex S. Bona-*  
*ditur, mox internus aperitur.* cōtra verò (teste *uent. supra*  
*distinct. 4.*  
 S. August.) *Internus sensus dormit, si suis ex-* *Lib. 4. Spi-*  
*ternus voluptatibus se tradit.* *ritu & ani-*  
*ma c. 9.*

Præter hos autem modos, alio adhuc faci-  
 liori vti licebit, ad internos sensus circa fides

*mysteria applicandos, cuius praxim ponemus Meditatione 26. partis tertiae, quo nos disponemus, ad eam partem eorum, quae iam diximus, suscipiendam; quam Deus dignabitur, prout nobis expediet, communicare.*

DE ORDINARIO ET EXTRAORDINARIO tempore, mentis orationi tribuendo: ac de Iaculatorijs orationibus.

PARAGRAPH. XII.

**D**VPLEX intelligi potest tempus mentis orationi vacandi: alterum ordinarium & quotidianum per totum vitam cursum, & dum valetudo permittit: alterum extraordinarium, quo quis, dimissis alijs negotijs & occupationibus, ad separatum locum se recipiens, vnius, duarum, pluriumve hebdomadarum tempus, his meditationibus tribuit. Id quod in varios fines, varijsque occasionibus fieri potest.

PRIMUM huiusmodi recollectio opportunè fit, cum quis peccatis grauatum se sentiens, veram confessionem instituere, & perfectam ad Deum conuersionem facere constituit: est enim mediū ad id exactè faciendū aptissimum, colligere sese ad octo, vel plures dies; & totum illud tempus in eo ponere, vt de suis recogitet peccatis; eas interim adhibens meditationes, quæ ad verum de eis dolorem concipiendum

dum

dum, perfectamq; vitæ mutationem instituendam extiment.

SECUNDO, cum quis Mysticam hanc Spiritûs scientiam discere cupit; vt mente orare, cû Deo familiariter agere sciat, & vsum aliqué experiētiamq; sibi in ijs comparare: opportunè is mēsem integrum, aut etiam ampliùs aliquid huic tribuet exercitatiōi, sub spiritua-  
lis alicuius Patris ductu, donec bene exercitatus euadat. Et si enim præcipuus huius scientiæ Magister sit Deus; iuuat nihilominus visibilem alium habere, à quo dirigatur; & tempus sibi ad discendum; &, quod didicerit, in praxim deducendum, accipere.

OCCASIO tertia esset, cum quis de statu vitæ accipiēdo cogitat, sed quisnam illi ad salutē propriam, & perfectionem sit aptior, ad dubitat: aut cum grande aliquod negotium, ad diuinū obsequium aggredi cogitat; sed de voluntate Dei dubius est: aut certè, si de ea confidet, cupit felici pede incipere; & oratione sese, ad diuinum auxilium, pro felici exitu impetrandum, præparare. In huiusmodi, inquam, occasionibus valdè est conueniens, aliquo tempore sese recolligere; quod Christus ipse Dominus, antequam suam inchoaret prædicationem, per a *quadraginta dies*, in deserto fecisse legitur.

a Matt. 4. 2.

a Marc. 1. 12.

a Luc. 4. 2.

QUARTA occasio est, cum ij, qui aliàs mētis orationem frequentant, frigidus se, vagos, & aridos in ea deprehendunt: & in diuini obsequij rebus languere se sentiunt: efficac enim

tunc medium est ad renouationem, & feruorem comparandum, octiduum his meditationibus, maximam in eis diei partem insumendo, dedicare. & quoniam tepor ille omnes plerumque sensim inuadit, omnibus expedit singulis annis ad octiduum, ad hanc renouationem acquirendam se recipere.

**DENIQUE** etiam dum tepor nullus adest, bonum interdum est, ad satietatem vsq; se Deo replere: quo in eius amore proficiat; & primas in eius obsequio obtinere cõtendat: sicut sanctorum nonnulli fecere, qui ea ratione ad altissimos sanctitatis gradus peruenerunt.

**DE** ordinario tempore nulla potest omnibus generalis Regula constitui: sed tempus hoc sanitate, talento, statu, siue conditione, officio, obligationibus, & necessarijs occupationibus est mensurandũ. Omnium autem horum ratione habita, quò plus tēporis huic exercitationi tribuatur, postquam erit prædictis satisfactũ, eò melius erit. Ordinariè tamen hora vna mane, aut vesperi sese colligere conueniret. Siquidem non absq; causa Christus Dominus noster, in separata horti Gethsemani oratione, horam consumpsisse, colligitur ex eiusdem ad Petrum admonitione, cùm dixit:

b Matt 26.

40.

b *Non potuisti vna hora vigilare mecum.* Quòd si quis per horam nõ possit (aliquo ex supradictis impedimento obistente) in oratione permanere: maneat saltem per semihorã; quod si neq; mediam, quartam saltẽ partem tribuat ei mentis orationi, quã conscientia Examina vo-

camus,

camus, eo modo, quem pottea ponemus : tri- *1. Par. Me-*  
 buatque aliquid amplius orationi diebus fe- *dit. 27.*  
 stis, qui ad hoc, vt Deo vacetur, sunt instituti.

CIRCA ordinarium hoc tempus orationis  
 valde obseruandum est, vt quod quisque con-  
 stitutum habet, aut statũs sui præscripto, vt  
 religiosi aliqui habent, aut particulari sua de-  
 uotione, aut spiritalis Patris directione, illud  
 ita constanter retineat, integreque sancto  
 huic exercitio impendat, vt nec vel diem vni-  
 cum prætermittat, nec vel vnius Apostolici  
 symboli spatium ei subtrahat. Hostis. n. noster  
 sollicitè valde nulle exquirat occasiones, &  
 pretextus, nũc valetudinis corporalis, nũc ali-  
 cuius negotij, & sollicitudinis, etiam specie  
 pietatis, vt orationem interrumpamus: quæ vno  
 die ex ignauia, aut aliã minus rectã intencione  
 interrupta, facilè altero die intermitteretur; &  
 interdũ eo vsq; venietur, vt omninò deferatur

Quare S. Chrysostomus dicebat: virum iustũ *Lib. 1. de o-*  
 grauius ipsa morte ferre debere, quòd oratio *rando Deũ*  
 ne priuetur: sicut S. Propheta Daniel, qui *c Daniel 6.*  
*consuetudinem ter in die Deum orandi, non in-*  
*termisit,* etiam postquam Persiæ Rex vbi ipse  
 erat, ædicto sub mortis pœna prohibuisset, ne  
 quis triginta dierum spatio Deum oraret. Da-  
 niel tamen ne tantillum quidem temporis  
 propterea sustinuit ab orando cessare: intel-  
 ligebat enim, spiritualem suam vitam ab ora-  
 tione pendere; ideoque nec corporalis mor-  
 tis metu, voluit periculo animæ vitam expo-  
 nere: quæ teste ipso Chrysostomo, velut mor-



tua iacet, oratione deficiente; sicut ipsum corpus sine anima mortuū est, & cadaver. Quare sicut Daniel, quamuis orationis causa, mortis corporis periculo se exposuit (nam missus fuit in lacum leonum:) re ipsa tamen mortuus non est; quia Deus leonum occludens ora (eo quod ipse Daniel suū, ad orandum, aperuisset) eum ab eo periculo eripuit: Ita fas nobis fuerit credere, neque vitę periculum nos subituros, nec aliquid de tranquillitate nostra, aut negotiorū expeditione amissuros, propter a quod constitutum tempus orationi tribuamus: potius per orationem ita causam nostram acturos, ut Deus eam in se recipiat; atq; omnipotentiā, & sapientiā suā perficiat. quod nostrā nos imbecillitate aut ignorantia perficere non potuissimus. Quod si aliquando verē aduersa valetudine aut legitimo, & urgente alio impedimēto, orationem suo tempore interrumpere coacti fuerimus, decet nos ipsum orationis exercitiū, impedimento cessante, resumere; ne interruptio, ex necessitate legitimā, admissa; ignavia postea nostra ulterius progrediatur.

ULTIMÒ ne quis à dignissima hac exercitatione eximatur, illud addiderim: omnes uniuersim, tam qui constitutum habent ad separatam orationem tempus, si deuotionē suam conseruatam velint; quàm qui tempus nullum constitutum habent, ut defectum hunc suppleant: meritò debere sæpius in die se exercere breuibus mentalis vel vocalis Orationis actibus, quos iaculatorias orationes appellamus

(qua-

(quarum mentionem aliquam feci supra paragrapho 9.) in quibus, ait S. August. frequentes fuisse antiquos illos Patres Eremitas cultores, qui Dei, & beneficiorum eius, aut propriorum peccatorum memores, feruentem aliquem affectum, aut virtutis alicuius petitionem, tanquam sagittam in caelum iaculabatur, dicentes verbi gratia. O, Domine, si te nunquam offendissem: o, Deus, si te amarem: o, si tibi propter parerem! concede mihi Domine animae puritatem, cordis humilitatem, paupertatem spiritus; parce, Redemptor mi, peccatis meis, quia valde sunt graua.

Hic orationum modus, quod breuis sit, tum omnibus est facilis; tum maiori, quam alius attentione, & feruore fieri potest, vt notat Cassianus: ideoque ad impetrandum quod a Deo petimus, est efficacissimus. vt enim S. Basiliius ait: praestat parum bene, & attentè, quam multum secus orare. Deus enim non precum multitudine, sed earum pondere, & feruore vincitur. Harum tamen orationum breuitas frequentatione supplenda est: studendo eis aliquo saltem modo exequi, quod Christus Dominus dixit: *oportet semper orare & non deficere*: hoc est neque in tempore orationi designato, neque in eius feruore, & fiducia, neque in frequentatione possibili, ab his iaculatorijs multiplicandis desistendum: quae (vt David ait) *e reliquia sunt cogitationum sanctarum, quas tempore matutino, diem festum agentes habuimus, quibus etiam ipsam deuo-*

Epist. 121. ad  
Proban c.  
10. Chrys.  
homil. 79.  
ad populum

Lib. 2. de  
Institutiis.  
c. 10. &  
Collat. 9. c.  
35. In const.  
monast. c. 2.

d Luc. 18. 1.

c Psal. 75. 11.

Lib. 1. de  
orat. Deum,  
ad finem.

Lib. 3. c. 2.  
lib. 2. c. 14.

Opuscul. de  
Perfec. vite  
c. 2.

tionem toto die in nobis conseruamus. & S. Chrysoft. vult, singulis minimùm diei horis aliquã ex his orationibus Deo offerri, *vt orandi, inquit, cursus, cursum diei aquet*: & quando horologiũ horam sonat, sit nobis quasi ad orationẽ excitator. qui tamen feruentes sunt, etiã sunt in eisdem orationibus frequentiores, imitãtes sanctos illos Aegypti monachos, de quibus Cassianus, quodd, dum laborarent toto die: *preces, & orationes per singula momenta miscbant*, quo compendio, ad magnam breui sanctitatem perueniebant, & plurima sibi merita cumulabant. Nec magnum quid cẽsendum est, si exercitij huiusmodi audiores simus; qui (S. Bonauentura teste) omni tempore, omni hora possumus oratione lucrari, quod toto mundo preciosius est. Id quod ita esse manifestẽ licet deprehendere: si enim aliquis esset, qui die toto inter nos blasphemix actus eliceret, vltionis, odij Dei, & grauium aliorum peccatorum proposita sæpẽ conciperet: in fine certẽ diei grauem is promeritus esset Infernum: si igitur contrã, eundem diem totum bonis desiderijs, & propositis Deo placendi, & virtutibus petendis infumat, acquisuerit certẽ in eius fine incredibile donorum cœlestium, & præmij æterni lucrum. Neque enim Deus minus est ad præmia liberalis; quàm seuerus ad poenam.

*Harum iaculat oriarum orationum plurimas inseremus in huius libri Meditationibus, in tertia præcipuẽ parte, perpendẽtes breues oratiões,*

quas

quas leprosi aliqui, & caci, Cananaea, & Lazari  
sorores, & alij Christo Domino obtulerunt.

ALIQVA ADVERTENDA CIRCA  
insequentes Meditationes.

PARAGRAPHVS XIII.

**A**D vtilem insequentium Meditatio-  
num Vsum, est aduertendum, vt in va-  
rios illæ fines conscriptæ sunt, ita posse  
perlegi. PRIMVS EST, vt aliquid temporis  
nobilissimæ & vtilissimæ illi exercitationi  
tribuatur, quam *spiritualem lectionem* appella-  
mus: in qua (vt Sancti Patres authores sunt) Deus idem cordi legentis loquitur, quod erit scri-  
ptum in libro: mentem enim veritatum, quæ scri-  
ptæ sunt, lumine illustrat, voluntatem verò igne  
similium affectuum accendit. & propterea in ali-  
quibus meditationibus fusior erit; in inferamque  
documenta aliqua, & regulas perfectionis cir-  
ca vitia aut virtutes, de quibus in eis agitur: quod  
spiritus scientiam discant, qui eo animo eas le-  
gerint. Quare non properanter, sed attentè, &  
magna animi quiete legendæ sunt, adhibita ru-  
minatione, & estimatione eorum, quæ leguntur:  
eorumque benè percepto sensu; modoque aliquo  
meditationis ipsi Lectioni adiuncto; petita etiã  
prius à Deo luce; & vt ad cor illis ea loquatur,  
quæ lecturi sunt: illud Samuelis vsurpantes:  
a *Loquere Domine: quia audit seruus tuus.*

S. August.  
serm. 22. ad  
Fratres.  
S. Isidor. lib.  
3. de sum.  
bon. c. 8.  
S. Bern. ser.  
50. ad saro-  
rem.

1. Reg. 3.  
10.

SECUNDVS principalis finis, easdem medi-  
tationes legendi, est, vt materia orationis, &  
contemplationis, in secreto cum Deo Domino  
nostro

In scala  
claustral.

Paraphraſis  
2. ex S. Ber.  
ſerm. 45. in  
Cant.

noſtro habēde præparetur. vt eam S. Bern. ait. Lectio diſponit iuuatque ad meditationem: ſine qua, aut re alia ei ſimili, errans, vaga, & diſtricta eſſe ſolet, & in eum ſinem illa tātūm legenda ſunt puncta, quæ ad meditationē præſcriptā horā faciendam ſufficiant: Imò, quoniam interdum vnum punctum prolixum eſt, cōplectiturque tres, quatuorue cōſiderationes; ( quarum numerus ad marginem ponetur ) expedit, illud punctum in varia partiri, & duas tresve ſententias illarum cōſiderationum pro meditatione colligere, quæ fuſius in ea expendantur; contrā verò, qui fuſiorem voluerit meditationis materiam habere, licebit ei ex duabus vnam ſibi fabricare. Sed & illud aduertēdum eſt, quamuis in eis exhibeatur orationis mentalis praxiſ ad affectus exercendos, petitiones, & colloquia inſtituenda; neminem tamen alligari, vt conceptis, quæ illic ponuntur, verbis, ea faciat; ſed ipſemet, qui orat, ea ſibi inueniat, ſicut Dominus noſter; & lux veritatis, quam cōſiderat, ipſeque deuotionis ſenſus dictauerit. quæ deuotio ( vt ſupra eſt dictum ) eſt anima lingua, & qui eam habet, optimè nouit cū Deo loqui: ſine ea autem erit veluti mutus: et tunc eſt opportunus colloquiorū vſus, quæ in eiſdem inferuntur; ſed ea, quaſi propria ipſius orantis, efferenda ſunt.

TERTIUS ſinis eaſdem meditationes legendi eſſe poteſt, qui legit, alijs eas tradat. Nā ad ſpiritus magiſtros, & cōfeſſarios ſpectat huiusmodi meditationum pūcta diſcipulis, &

pœni-

poenitentibus suis præscribere, eosque in hoc orationis genere instruere; cum per se alias capaces non essent. Nec tamen omnes singulis dandæ sunt: sed & meditationes & puncta, & considerationes seligendæ, statui & capacitati eius, cui tradentur, accommodatæ. Imò & ad conciones & spirituales exhortationes habendas, harum meditationum lectio vsui esse potest, quæ solent inter Religiosos aut etiam externos in communi haberi: excitato perfectionis, cuiusque status propriæ, desiderio.

PROPTER omnes hos fines curatum est, ut Meditationes solidum haberent suum fundamentum, & coniuncta scripturæ sacræ loca, quæ in eisdem fines conscripta est. Quare omnes ferè quatuor Euâgelistæ adducti, & explicati in eis inuenientur, & maxima Actuum Apostolorum pars, Principium Genesis, aliaque plurima Veteris ac Noui testamenti loca. & quoniam illorum non pauca varios possunt habere sensus; studui, receptissimum adferre iuxta sanctorum Patrum, è quibus hæc considerationes hausi, mentem & declarationem: & iuxta ea, quæ viri alij spirituales experient à didicerunt: quibus Deus Dominus noster huiusmodi sensus spirituales cõmunicare dignatus est. Ex quo efficitur, ut qui varietatem in his spiritûs exercitationibus amant, inuenturi sint in hoc libro varias ad diuersa anni tēpora meditationes, pro Aduëtu, Quadragesima, Dominicis & præcipuis anni Festis, accommodatas, etiam iuxta temporis diuersitatem

deuotioni, quam tunc Ecclesiæ repræsentat.

ET quoniam sunt etiam, qui deuotionem sentiunt, dum meditationes suas per hebdomadæ dies distributas habent, etiã hanc varietatẽ in hoc libro inuenient. Qui enim purgare animam suã à vitijs, iuxtã viam PURGATIVA M cupiunt, inuenient meditationes de septem capitalibus vitijs, singulas singulis hebdomadæ diebus applicandas: facileq; erit septẽ alias sibi seligere ex septẽ alijs præcipuis rebus, quæ in eadem via inueniuntur, quales sunt meditationes de peccatis, Morte, Iudicio particulari & vniuersali, Inferno, Purgatorio, & Gloria. Item de septem ingentibus peccatoribus, quos Christus Dominus conuertit, S. Mattheo, Magdalena, Samaritana, Adultera, Zacheo, Latrone, & Saulo.

QUI autem de acquirendis virtutibus tractant in via ILLUMINATIVA: Inueniẽt Meditationes de septem petitionibus, quæ in Dominica precatione exprimuntur; de octo Beatitudinibus, quas vocant, de septem stationibus siue progressionibus, quibus tota Christi Passio cõtinetur; de septem eius in cruce verbis: eritque facilẽ septem etiam Parabolas, septemve insigniora Christi miracula, septem hebdomadæ diebus applicare.

QUI verò de vnitione cum Deo in via VNITIVA agunt, inuenient Meditationes de septem diuinis Attributis, quibus præcipuẽ vnitio hæc fouetur & alitur, bonitas nimirũ, charitas, misericordia, immensitas, sapientia, om-

nipo-

nipotencia & prouidentia. Quòd si etiam diuina placet beneficia meditari, inuenient opera illa, quæ sex primis diebus Deus in mūdo fecit, requiemque diei septimæ; Septem item gloriæ præmia, quæ ostendit Christus sermone suo de Beatitudinibus; & quæ septem Episcopis in Apocalypsi promisit. In quam etiam formam meditationes inueniuntur de sanctissima Eucharistia, & de B. Virgine, etiam ad quindecim Rosarij mysteria: quæ omnia in Indicibus ad finem libri positis, facillè cuique erit inuenire.

DENIQUE vnaquæque harum sex partium, quas liber hic cõplectitur, in quibus variæ sunt meditationes, variæ etiam orandi & contemplandi formæ & rationes, est veluti conuiuium quoddam multorum variorumque ferculorum, variè conditorum, quæ mensæ quidem apponuntur, non vt singuli conuiuæ de omnibus comedant: (quamuis oēs delibare liceat) sed vt quisque illud præcipuè ad comedendum eligat, quæ magis palato suo arridet; aut complexioni aut necessitati magis est accommodatum; reliquis ferculis, alijs conuiujs relictis, qui fortè in eis gustum inuenient, quem ipse non inueniebat: quòd aliam habeant complexionem, aut necessitatem, quàm ipse. Effet enim crassæ nimis ignorantie in hac meditandi materia, omnes velle ad eandem orandi formam astringere, quæ magis mihi probatur; eos verò contemnere, qui aliam rationem sequantur.

QVARE singulis, siue spiritualis Magistri directione, siue experientiâ, cõsolationis, pro-



b 1. Theff. 5.  
21.

c Gen. 28.

12.

S. August.

profectū. que sui magistrā, eas licebit medita-  
tiones, orandi que rationes eligere; que in hunc  
finem magis illum iuuent: nec nocet tamen b  
*omnia*, iuxta Apostoli cōsiliū, *probare*: forte  
enim Dominus noster viā mihi aperire digna-  
bitur, vbi ego clausam omninō metuebam.

EX dictis facilē colligitur, eos, qui Mysti-  
cam Iacob c *Scalam* quotidie conscendere cu-  
piūt, (quam S. August. Paradisi, S. verō Bernar.  
Religiosorum *scalam* appellant. & cuius gra-  
dus sunt Lectio, Meditatio, Oratio & contem-  
platio) in hoc libro materiam & instructio-  
nem ad eam conscendam inuenturos: diui-  
næ quidem gratiæ potissimū innitentes, cu-  
ius auxilio omnibus licebit ad ipsam cum Do-  
mino vnitionem peruenire, qui *eius summitati*  
*innixus* nos ad confidendum inuitat. Ad hoc  
enim sanctos Angelos suos mittit, qui nostræ  
utilitatis intuitu ascendunt, & descendunt: as-  
cendunt inquam, vt nostra desideria, petiti-  
onesque Deo offerant; descendunt verō, illis  
benè expeditis, vt quotidie nos magis ani-  
ment, ad perseverandum in hoc ascensu:  
donec Paradisum ingrediamur Dei  
nostri, vbi & eum videre, &  
in æternum frui liceat.

Amen.

*Finis Introductionis.*

R. P.

LVDOVICI  
DE PONTE  
E SOCIETATE  
IESV,

MEDITATIONVM  
DE PRAECIPVIS FIDEI  
*nostra Mysterys,*

P A R S P R I M A.

QVAE CONSIDERATIONES DE  
peccati, & quatuor hominis Nouissimis; necnon  
& quosdam orandi modos, ijs, qui in via PUR-  
GATIVA versantur, atque à vitijs se  
purificare student, accommoda-  
tos, complecti-  
tur.

Pars 1.

A

INTRO.

INTRODVCTIO  
DE PVRRITATE,  
QVAE MEDITATIONVM  
VIAE PVRGATIVAE  
scopus est.



XCELLENTIARVM,  
Quas frequens Meditationis,  
& mentalis Orationis vsus  
habet, prima, qua ad mul-  
tas alias viam sternit, illa  
est, quod (S. Bernardo teste)

Lib. I. de  
confid.

fontem ipsum, è quo fluit, purificet. Sed quo-  
niam duplici ex fonte originem ducit, vno su-  
periori, qui DEVS est, eiusq; Inspirationes; in-  
feriori altero, qui est anima nostra cum facul-  
tatibus suis: eius excellentia in eo maximè con-  
sistit, quod virtute primi fontis, secundum pu-  
rificet. Memoriam enim à noxia obliuione, In-  
telligentiam à pestiferis erroribus, voluntatem  
à prauis desiderijs, Appetitiones ab inordinatis  
passionibus, sensus ab omni immoderatione, car-  
nem ab illicitis voluptatibus, animam denique  
totam à prauis moribus purgat. Quod enim  
S. Petrus Apostolus ait: a DEVM Fide purifi-  
care corda, non voluit, solam eam ad id suffi-  
cere;

a Act. 15. 9.

tere; sed viuificatam profundâ mysteriorum, qua ipsa reuelat, consideratione, actiones affectionesq; anima ita excitare, vt, diuina opitulante gratia, ad perfectam purificationem, eam disponat. Porro quamuis Excellentia hac omnibus mysteriorum Fidei Meditationibus insit, singulariter tamen in ijs elucet, qua pertinent ad Purgatiuam, cuius precipuus finis est, voluntatem ad actus, & exercitia, quibus perfecta animi puritas acquiritur, solidaq; ad virtutum adificium fundamenta iaciuntur, per-mouere.

Horum actuum siue exercitiorum triplex est

**GRADVS**: primus complectitur actus cognitionis propriae, & sui ipsius contemptus: in quibus (S. Bernardo teste) humilitas vera consistit. Qua duplex est: vna propria Iustorum, qui nullo crimine lethali se vnquam obstrinxerunt: qua oritur ex illius Nihili cognitione, quod ex nobis ipsis habemus: & ea precipue obtinetur Meditationibus in sexta Parte ponendis. Altera humilitas propria est peccatorum; oritur enim ex scelerum & miseriarum, in quas ceciderunt, cognitione: Et hac acquiritur prima huius Partis Meditationibus. Ad eam enim pertinet semetipsum despiciere, dignumque reputare, qui ab omnibus contemnatur; idq; non desiderio modo, sed & studio, & conatu: humiliations nonnullas vsurpando, &

I.

Tract. de  
10. Grad.  
Humil. &  
serm 36. in  
Cant.

aliunde euenientes, a quo animo acceptando. Cuius rei praxis in Meditationibus ipsis ostendetur.

Secundus GRADVS eos actus complectitur, qui ad iustificationem nostram disponunt: cuiusmodi sunt, timor diuinae iustitiae, spes de misericordia Dei, perfectus dolor de peccatis, exactum conscientiae examen, humilis, & integra peccatorum admissorum confessio, & pro eisdem satisfactio: ita poenitentiae opera praestando, vt iniurias in Deum, & proximum illatas, in seipso poenitens vlciscatur.

Tertius denique GRADVS actus illos continet, qui ad perfectam radicem, & reliquiarum praeteritorum peccatorum extirpationem iuuant: vt recidiua, vitetur. Huiusmodi sunt castigatio carnis, vt spiritui subiecta sit; appetitionum inordinatarum mortificatio, qua illa ad auream rationis mediocritatem reducuntur; propria voluntatis abnegatio, vt diuina conformetur; suipsius, & rerum omnium, quibus amor proprius fouetur, detestatio: vt Deus sanctusq; illius amor aditum in cor nostrum inueniat. Haec sunt semitae, per quas Tyroni in via purgatiua incedendum est; vt perfectam ad Deum conuersionem assequi valeat. & quamquam, iuxta Sapientis consilium, in omnibus operibus: b veloces ac c praecellentes, hoc est diligentes atque feruentes nos esse oporteat:

b Eccl. 31.

27.

c 33. 23.

pra

praeter ceteris tamen, id est necessarium in opere  
Iustificationis, & medijs ad eam destinatis: ut  
illud saltem prestemus, quod iure merito Apo-  
stolus à nobis, verbis illis requirit; d Sicut ex-  
hibuistis membra vestra seruire immun-  
ditiae, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc  
exhibete membra vestra seruire iustitiae  
in Sanctificationem: & consulit S. Augusti-  
nus: Quales, inquit, impetus habebas ad  
mundum, tales habebas ad artificem mundi:  
eodem videlicet affectionis seruire, & alacri-  
tate seruiendo creatori, quo solebas creatura:  
iuxta illud etiam eiusdem Apostoli: e Sicut  
portauimus imaginem terreni Adami, ita  
portemus, & imaginem caelestis. Sed quo-  
niam Apostolus (ut S. Gregor. Papa rectè aduer-  
tit) eam sententiam nostrae sese attemperat imbe-  
cillitati: consentaneum omnino esset, eos, qui  
in re tanta feruentiores sunt, maiorem multò  
in sua ad Deum conuersione, quàm antè in auer-  
sione, industriam, & sollicitudinem adhibere;  
iuxta illud Propheta Baruch: f Sicut fuit sen-  
sus vester, ut erraretis à Deo; decies tan-  
tùm iterum conuertentes, requiretis eum.  
Cuius conuersionis exempla habemus in Maria  
Magdalena, Zacheo, Saulo, & alijs insigni-  
bus penitentibus, de quibus in tertia Parte  
propria instituentur Meditationes: quas cum  
fructu illi habebunt, qui in prima huius Par-

d Rom. 6.19


tis meditationibus erunt feliciter versati.

PORRÒ, quamuis prima huius Partis meditationes ad solos eos propriè spectare videantur, qui magno seruire ad Deum conuerti desiderant; & ad Tyrones in studio virtutum, qui superioris vitæ reliquias, & prauas propensiones prorsus extirpare conantur: Cum tamen Spiritus S. moneat. g De propitiato peccato non esse sine metu: & h septies in die cadet iustus: non erit alienum, etiam iustos hasce meditationes interdum resumere: quibus tum à presentibus, & quotidianis se purgent; tum de præteritorum delictorū venia securiores reddantur: maximè cum etiam idem Spiritus S. hortetur: i Non impediaris orare semper: & ne vereris vsque ad mortem iustificari. & ipse Christus in Apocal. k Qui iustus est, iustificetur adhuc; & Sanctus Sanctificetur adhuc: crescendo nimirum in dies in puritate conscientia, & sanctimonia vita.

g Eccl. 5. 5.  
h Prou. 24.  
16.

i Eccl. 18.  
22.  
k Apoc. 22.  
11.









## MEDITATIO I.

QVÆ CÆTERA-  
RV M OMNIVM BASIS,  
& fundamentum est.

DE FINE AD QVEM HO-  
MO CONDITVS EST, ET  
mediis ad illum conse-  
quendum.



EDITATIO hæc princi-  
pium est, & totius vite spiri- coll. 1. c. 4.  
tualis fundamentum. vi enim & 5.

Cassianus ait: Ante omnia o-  
culi mentis in vite, professio-  
nisq; nostra finem sunt conij-  
ciendi: nec in vltimum tantum, qui est Regnū  
celorum; sed in proximum etiam, qui est puri-  
tas cordis; sine qua Regnum illud non obtine-  
tur. Finis enim regula est, & norma medio-  
rum, ad quem omnes vite nostra actiones diri-  
genda sunt, ac moderanda.

Quare omnes, qui in aliqua trium illarum  
via Purgatiua; Illuminatiua, & Vnitiua, ver-  
santur, merito se in hac meditatione frequen-  
ter exercere debent: quia omnes illæ ad vnū  
eundemq; vltimum finem ducunt. Simul verd  
eadem meditatio, exempli loco erit, in qua ad  
oculum cernere licebit omnia, quæ de mentis

oratione hactenus tradidimus, in usum deducta.

a Apoc. 4. 9.  
 & 22. 13.

PRAEMISSIS igitur iis, quæ Paragrapho, 5. Meditationi præmittenda monuimus: ad Imaginationem vno in loco (qualis in hac meditatione haberi potest) stabiliendam, imaginabor, DEVM in a throno immensæ maiestatis ac splendoris residentem, tanquã mare immensum, ex quo omnes creaturarum riuus scaturiunt; ad quem item omnes redeunt; ab ipso, tanquam ad vltimum perpetuæ suæ quietis finem, & locum attractæ.

b Psal. 42. 3.

Demissè deinde petam id, quod in hac meditatione propositum habeo; lumen videlicet cælestè ad verum vltimum finem meum cognoscendum; vitamque meam distortam in eundem dirigendam: verba illa Regij Prophetæ usurpando: b Emitte, Domine, lucem tuam, & veritatem tuam: vt ipsa me deducant, & adducant in montem sanctum tuum, & in tabernaculum tuum: ad quæ inhabitanda me condidisti.

Hu perfectis, hac ratione meditationem ipsam auspiciabor.

PUNCTVM I.

P. Ignatij in  
 fundament.  
 exercitio.

a Rom. 6. 23.

Cassia. su-  
 præ.

Primum, in MEMORIAM redigam FINEM, ob quem homo conditus fuit: vt videlicet DEVM suum veneretur, laudaret, eique seruiret: & hac ratione saluaret animam suam: iuxta illud Apostoli: a Habetis fructum vestrum in sanctificationem; sinem vero vitam æternam. Quod perinde est atque si dixisset: scopus & finis omnium actionum vestrarum in hac vita est, DEO in puritate, &

san-

laetitate ieruire, sed vltimus, ad quem hæc ordinantur, vitæ æternæ consecutio.

Accedit deinde INTELLIGENTIA, quæ rationatione sua circa hæc veritatem, quæ abscondita in ea sunt, eruat in lucem; expendes, quis me, & quâ ob causam, in eum finem ordinauerit; quâ ille sit præstans; quàm negligenter hæctenus omnia mea ad eum consequendum direxerim; quanto in periculo, eodè propterea excidendi, fuerim; quanta censenda sit iactura, eo frustrari; quanta verò felicitas ad eum tandè peruenire; quâ deniq; rationi sit consentaneû, diligentius in posterû in eundè finem respicere, vt eum consequi valeã. Vnaquaque harû considerationum VOLUNTAS excitanda est, ad actus, & affectus, quos illæ exigunt.

EXPENDAM itaque primùm, Infinitâ Dei maiestatem, (quæ nullâ creaturâ sua opus habet) non merito meo, sed merâ bonitate suâ impulsam, me ad imaginem, & similitudinem suam condidisse: non vt vitam meam laxè, & pro libitu meo instituerè, meis appetitionib<sup>9</sup> morè gerendo: neq; vt honores, dignitates, opes, voluptates, aut aliud quid creatum sectarer; sed vt ipsum duntaxat, in mortali hac vita, omni veneratione, & laude afficerem; omnè amorem, cultum, & obseruantiam deferrem: quò tandem æternam vitam apud ipsum adipiscerem, & quamuis sufficere potuisset, eum mihi finem vltimum constituere, quem natura mea exigebat: id tamen diuino numini satis non fuit; sed ad multo altiorem, nobili-

orem-

b 1. Ioan. 3.  
2.

oremque me voluit eleuare, ad claram videlicet sui, apertamq; visionem: vt eâdem, qua Angeli, imò qua summus ipse DEVS, beatitudine perfruerer, iuxta illud S. Ioannis: *b Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.* O immensam summi ac immortalis Dei charitatem! Quid hoc est, Domine, quod agis? creaturam adeò miseram, hominem inquam, vermiculum, ad finem adeò sublimem extollis, vt te in gloria tua regnantem clarè intueri possit? Num, qui tuum sum mancipium, non tenebar, absque vlla mercede quàm diligentissimè, & fidelissimè tibi seruire? cur ergo tam illustre mihi constituis laboris, & obsequii mei præmium? fit benedicta, & ab Angelis semper laudetur misericordia ista tua. Quid verò pro tanto hoc beneficio tibi, Deus, retribuam? Ecce Domine ad fidele obsequium, totâ vitâ meâ præstandum, me promptû offero, absq; alterius mercedis intuitu, quàm quòd tibi seruiam. Deo enim seruire, regnare est. Et quoniam, & principium meum primum, & finis vltimus es: iam aunc nouæ meæ vitæ da initium, & gratiâ tua opitulare, vt vltimum, quem mihi constituisti, finem consequi valeam, Amen.

DEINDE perpendam, quàm negligenter hactenus ad tantum hunc finem respexerim; qui ita vitam meam institui, quasi non ad seruendum Deo, sed cupiditatibus meis indulgendum conditus essem; ad honores, voluptates, diuitias sectandus natus: vt tot propterea

me sceleribus maculauerim. quasi *c Vocatio- nis* meæ finis, non *sanctitas* esset, sed *immundi- tia*; non *libertas* Spiritûs, sed *carnis*, mihi cura esset. O me miserum! quàm cæcus, & vagus fui in iis, quæ me scire maxime oportuit! quàm ingratus ei, qui me ad præstantem ad eum finem creauit! quàm malè eius beneficiis, qui tam grandi bono cumulauit, respondi! O creator optime, utinam te nullo unquam crimine offendissem. Dimitte, quæso, mihi propter te ipsum omnia delicta mea: porrige manum tuam; ut, ex eis emergens, reliquum vitæ meæ ad finem, à te mihi constitutum, dirigere valeam.

c 1. Thes. 4-7

d Gal. 5. 13

TERTIO ingentia illa mala perpendam, quæ, si sine meo excidero, me sunt apprehensura. Neque enim vlla iactura maior esse potest, quàm animæ, quàm gratiæ Dei, pacis, & gaudij conscientiæ, ac æternæ beatitudinis: cui iacturæ annexa est æterna damnatio, & ipsius Dei immortalis amissio. *Quid autem mihi proderit, si vniuersum mundum lucrificam, anima autem mea,* ipsiusque Dei, cuius cõparatio ne vniuersum ipsum est nihil, *detrimentum patiar?* Contrà, si finem hunc assecutus fuero, DEVM possidebo; animæ meæ salutem rectissimè constituam; pacem, & gaudium cordis consequar; diuina me prouidentia tutabitur; perpetuam denique requiem, quàm res omnes in suo centro inueniunt, perfruar. Quæ cum ita sint, age viriliter, anima mea, & ut finem illum tuum assequaris, enitere, propter quem à Deo condita fuisti: ad eum conatus omnes

c Matt. 16. 26.

S. Cypr. ser.  
de Ascens.  
Doms.

tuos & cogitationes conuerte: cū nihil ita tua referat; atque illum apprehendere. Conuertere ad Deū, qui est requies tua: extra quē nihil est, nisi tormentum. Si Deum habes, quid amplius desideras? Si Deus est tuus, quid vltra quaeris? Si Deus possessio tua est, quid tibi deesse poterit? Contende in hoc illi placere; vt ipsum apprehendere satagas: & certam habe fiduciam, quod sis aliquando eum apprehensura, qui suas creaturas amore summo complectitur; magnamq; voluptatem haurit, cū eas cernit, eum finem assequi, in quē sunt conditæ. O DEVS immense, cētrum animæ meæ, conuerte me ad te, vt requiescam in te. *Quia fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* O Pater æterne, qui me condidisti, vt te velut filius diligerem: hanc mihi gratiā propter temetipsum largire, qua te amem vt Patrem. O vnigenite Dei Patris, Redemptor mundi, qui me, vt in omnibus tibi obtemperarem, tuisque vestigiis inhærerem, creasti ac redemisti; opitulare mihi, vt tuo semper nutui morem gerere; tuoque exemplo in omnibus me conformare studeam. O Spiritus sanctissime, qui ex bonitate summa tua me effinxisti, vt sanctus essem: largire mihi perfectam vitæ sanctimoniam, ad nominis tui sempiternam laudem, & exaltationem. O vos Angelici Spiritus, beatiq; omnes, qui finem vestrum, in quem à summo Deo formati estis, apprehendistis, coniunctis, quæso, precibus Dominum, quo feliciter fruimini, rogates;

S. August. 1.  
Confes. c. 1.

vt

vt & ego eundem apprehendere, vobisque in omnem æternitatem sociari, & simul eo perfrui valeam, Amen.

## PUNCTVM II.

**P** RIMO puncto absoluto, progressus fit ad secundum, in quo cæterarum creaturarum finis, est in memoriam reuocandus: omnes enim à Deo sunt conditæ, vt homini ad finem suum vltimum consequendum, auxilio essent; eisdem tanquam medio ad Deo seruiendum, propriæ verò saluti consulendum, iuxta Dei præscriptum vtendo: vt Regius dixit Propheta: *a Dedit illa regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius; & legem eius requirant.* a Psal. 104. 44. 45.

**E** S T ergo primùm considerandum: quàm munificum, & liberalem se Deus in me declarauerit; dum in meum vsum tantam speciosissimarum, & admirabilium creaturarum multitudinem, & varietatem creauit; neq; earum tantùm, quæ ad vitæ conseruationem mihi essent necessariæ, verum etiam, quæ ad voluptatem sensuum, visûs, auditûs, olfactûs, gustûs & tactûs oblectationem deseruirent: pro quo summas ei gratias debeo: nam quicquid boni omnibus illis impertiuit, mihi potiùs, cuius gratiâ illud fecit, contulisse censendus est. Benedicant ergo te, **D** O M I N E, omnes creaturæ tuæ; sed & anima mea, te pro eis laudet, atque gloriificet:

Immor-

I.



Immortales tibi, summe DEVS, ago gratias quòd cœlorum orbibus, elementis, animantibus, plantis, cœterisque terrenis corporibus, quòd essent, contuleris: Gratias etiam ago propter colorum pulchritudinem, melodiarum suauitatem, odorum fragrantiam, ciborum dulcedinem, vestium mollitiem & propter omnia, quæ sensus meos recreant: cuius gratiâ illa condidisti, vt eisdem vtens, te omnium auctorem laudarem, ac seruirem.

## II.

DEINDE expendam, quàm exactè omnes illæ fini suo, in quem sunt conditæ, insistant; mihi vnaquæque ex Dei præscripto ministret, hæc hoc modo, illa illo seruiendo, oblectâdo. Cùm contrâ ego, finis mei oblitus, eisdem creaturis non ad obsequium, sed ad offensionem Dei abutar; vltimû finem meum in eis collocando, quasi non ad Deo, sed eis tantû fruendum creatus fuisssem. Si enim singulos meos sensus examino, totos deprehendo ita se creaturis addixisse, vt non Deum, à quo illæ profectæ sunt, glorificent; sed voluptatem, & appetitiones suas inordinatas in eis expleant. Quamobrè meritò earundem vsu priuarer, sicut ipse Dominus per Osæam olim minabatur: *Fru mentum, & vinum suum, lanam, & linum suum liberare à seruitute, qua sunt mihi subiectæ, qui, contra ipsarum inclinationem, eis, ad communem creatorem irritandum, abutar. O creator iustissime, cur in eum, qui tantâ creaturis tuis fecit iniuriam, vt eisdem contra te vteretur, non hæctenus gladium iustitiæ tuæ*

*Osee 2. 9.*

exer-

exeruiſti? & cur tu, anima mea, de tanta tua peruerſitate non erubeſcis? de tanta iniuria creatori tuo illata, cum vltimum tuum finem qui ipſe eſt, in re adeo abiecta conſtitueris, pudore non ſuffunderis? O me ingratiffimum ad tanta beneficia! quibus, cum ad fidelia Dei obſequia inuitarer; ad eundem contra me irritandum ocaſionem arripui. Dona mihi hæc Deus iniuriam, & ingratitude; & iuuæ, ne deinceps tuis donis in meam vtilitatem collatis, in tuam offenſionem abutar.

**TERTIO**: quoniam omnes creaturæ in eum etiam finem cõditæ ſunt, (vt ait Sapiens) vt a creatoris ipſius perfectionem, & excellentiam ex eis agnoſcerem; totoque corde diligere: exiſtimare poſſum, vnamquamque illarum, huiusmodi me verbis compellare: Attende homo: perfectiones, quas in me cernis, admiraris, & diligis; multo perfectius in Deo ipſo eſſe, qui eas mihi impertiuir, tanquam guttas ex copioſiſſimo fonte: quamobrem illum agnoſce, admirare, ex toto tuo corde dilige: vt enim te ad id faciendum inuitaret, has in me perfectiones adumbravit. Quibus verbis excitabo meipſum ad ascendendum à creaturis viſibilibus ad creatorem inuiſibilem, vt illi tanquam vltimo fini meo digniſſimo me totum coniungam.

a Sap. 13. 1.  
a Rom. 1. 20.

**PUNCTVM III.**

**TERTIO**, ex vtroque præcedente puncto practica quædam concluſio eſt colligenda, quæ rationem, & normam cõ-

Pars. I.

B

rinet.

I. tinet, qua mihi fit deinceps creaturis vtendū; & voluntatis indifferentiam, qua ad talem vsum fit accedendum. Vt videlicet nihil in eis amplius quæram, quàm quod mihi adiumento fit ad seruiendum creatori meo; & finem assequendum, propter quem ille me creauit. Quare eniti merito debeo: ne, quod in me erit, diuitias paupertati; honorem ignominia; sanitatem aduersæ valerudini; longam vitam breui anteponam: sed illud præferam, quod, ad finem meum consequendum, erit aptissimum: prudentis est enim, non plus de mediis accipere, quàm sit, ad finem adipiscendum necessarium: sicut non plus de Rhabarbaro, alijsve purgantibus medicamentis assumitur, quàm recuperandæ conducat sanitati.

2. DEINDE, memetipsum, animum videlicet meum ingressus, omnium propensionum, vitiosarumque affectionum, quibus ille ad honores, diuitias, voluptates; ad parentes, cognatos, amicos; ad sanitatem, vitam diuturnam, immoderatè affectus est, veluti anatomiam instituiam: daboque operam, vt voluntatem meam, ad talem immoderationem mortificandam, rationibus iam allatis, aliisque fusiori ratiocinatione ad idem persuadendum inquirendis, permoueam: illà præcipue, quæ de prouidentia diuina desumitur; quæ maiori sollicitudine illis prospicit, qui se totos diuinis manibus permittunt, atque resignant. a *Omnem sollicitudinem suam (ait S. Petrus) projicientes in eum; quò perfectius illi*

famu-

famulentur. Neque enim fas est dubitare, impleturum esse Christū, quod illis verbis promisit: *b Querite primū regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia huius vitæ bona adiicientur vobis.* quod perinde est, atque si dixisset: Regnum Dei velut vestrum vltimum sit, primū quærite, & iustitiam eius, hoc est media, quibus ad illud perueniatis: & cū id feceritis, certò vobis persuadere, Patris vestri cœlestis prouidentiam, de rebus ad vitam hæc traducendam necessariis, sufficienter prospiciaturam.

b Matt. 6. 33

DENIQUE, quoniam solis meis viribus ad tantam resignationem peruenire non valeo; ad eum accedere necesse est, qui largiri eam potest: & colloquio cum eo instituto, ex corde dicam: Fateor, clementissime Deus, animū meum immoderato amore creaturis innexū, & implicatum esse: meam etiam debilitatem agnosco, qua miser possim quidem illis adherescere; sed ab eisdem sine tua ope non me valeam expedire. Quocirca omnipotentia, queso, tuā, imbecillitati meæ succurre, vt hoc nexu exsolutus, inordinatum omnem amorem à corde meo euellam: te verò solum diligam, totisque animi, & cordis mei viribus inserviam; quia tu verè finis es meus, & requies mea: cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

*Horum trium punctorum materiam, latius explicatam, licebit videre in 6. Parte.*

## PUNCTVM IV.

**E**X eisdem principiis alia quoque conclusio practica erui potest, quæ viæ Purgatiuæ basis, & fundamentum sic abominandum mihi esse debere peccatum, supra omnia detestanda: eò quòd solum lethale peccatum fini meo directè aduersetur, efficiatque me ab eo omninò excidere adeò: vt cum neque paupertas, ignominia, contumelia, dolor, aut aduersa valetudo; neque generis humilitas, ingenij ruditas, aut scientiarum naturalium ignoratio; neque reliquæ huius mundi miserix, vltimo fini meo ita contrariæ sint, vt, vel omnes simul, ab eo consequendo me impediunt: solum lethale peccatum illum mihi auferat omninò: illo enim solo verum vltimum finem, **DEVS** videlicet (quod in me est) destruo; illum (vt ait Apostolus) *factis abnegando*; & alium mihi finem, creaturam videlicet, constituo, & pro Deo assumo: Et ideo idem Apostolus, *b Gulosos* affirmat, *ventrem suum pro Deo habere*; superbos, gloriam, cauaros, pecuniam, vt Idolum colere.

a Tit. 1. 16.

b Phil. 3. 19.

c Ephes. 5. 5.

*Hac veritas est in subsequentibus Meditationibus diligenter expendenda, vt ad tanti mali odium, quantum ipsum est peccatum, excitemur: ab eoq; liberari omni studio contendamus.*

—o— se—

## MEDITATIO II.

DE PECCATI GRAVITATE,  
 quæ ex Angelorum, Adami, & particulari aliquorum aliorum  
 Lapsu conicitur.

**F**INIS Meditationis huius est, gravitatem peccati, per exempla cognoscere, ut illud detestemur; & divina iustitia, in idem animadversionem; quam pertimescentes, per veram poenitentiam à nobis auertamus; nostram item in bono inconstantiam, ut propria debilitatis conscij, nobis non fidamus: sed coram Deo nos humiliemus. Est autem Deus in huius meditationis ingressu, ardentibus votis orandus, ut celesti suo lumine, ad illa omnia cognoscenda illuminare; voluntatem verè ad perfectam contritionis actus, permouere velit; ac denique, auxilio mihi esse, ut ex alieno periculo, cautior fiam, priusquam, pertimescenda ipsius animadversione in meum deuoluatur caput.

Vt autem tam hæc, quam sequentes meditationes, animæ meæ altius infigantur, formanda mihi erit primùm imaginationis operâ, species quædam Christi Domini in a Throno, a Dan. 7. 9. iudicis instar, pro tribunali, ad iudicandum residentis, formâ & aspectu terribili, à cuius facie fluvius igneus, rapidusq; egreditur, cruci-

andis peccatoribus destinatus: me ipsum verò, coram illo consistere, imaginabor, veluti reum, sceleribus plurimis obnoxium, innumerabilium peccatorum catenis, & compedibus vinctum, timentem, ac tremementem, à summo hoc iudice, pro meritis condemnari, & à terribili illo igne absorberi, atque consumi.

## PUNCTVM I.

*S. Th. 1. q. 9.  
63.*

*a Isa. 14. 15.*

*Luc. 10. 18.*

*2. Pet. 2. 4.*

*Apoc. 14. 8.*

**P** R I M O igitur, in memoriam reuocabo, peccatum Angelorum, qui cum à Deo in coelo Empyreo pleni sapientia, & gratia conditi fuissent, libero suo arbitrio abutentes, superbe se contra Deum, & creatorem suum erexerunt, propter quod à caelo eiectione, atque in ima inferni loca praecipitati, sine, & beatitudinis, ad quam creati erant, in aeternum exciderunt.

Hæc cum fides Catholica doceat, tria licet circa ea diligenter expendere.

I.

*b Ezech. 28.  
13.*

**P** R I M U M. Quam liberalis fuerit Deus erga Angelos, quos ad imaginem, & similitudinem suam condidit; nullisque eorum meritis precedentibus, eximia naturæ, & gratiæ dona illis contulit. Vt propterea idem de omnibus affirmari possit, quod vni eorum apud Ezechielem dicitur: *b tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore in deliciis paradisi fuisti, omnis lapis preciosus operimentum tuum, novem enim lapidibus preciosissimis ornatum ait Luciferum, & reliquos ipsius affeclas, id est, novem excellentiss in sua creatione dotatos fuisse. Deus enim creavit illos,*

ipi-

spiritus puros, sine vlla corporis admixtione; Immortales, sine periculo corruptionis; Intellectuales, cum summa ingenij subtilitate; Liberos, vt nihil esset, quod voluntati ipso: ū vim aliquam inferre posset; Sapientes, cum omnium scientiarum naturalium plenitudine; potentes, supra omnes creaturas inferiores; Sanctos, cū donis gratia, charitatis, & reliquarum virtutum; Ciues Paradisi delitanti, id est coeli Empyreii; ac denique, capaces diuinæ visionis, cum certa huius gloriæ promissione, si in Dei seruitio perseverarent: quod illis tum factum facillimum erat; tum lege gratitudinis, propter tot accepta beneficia, & ornamenta, ad id tenebantur.

DEINDE considerandum, quā ingrati nonnulli eorum Deo extiterint, *elevatum inquit est cor tuum in decore tuo*, ex eisdem enim donis, superbe se aduersus eum, à quo eadem acceperant, erigentes, reuerentiam, & obedientiam, quam ei summa cum animi submissione præstare debuissent, subtraxerunt; vniuersamque libertatem, & vires suas, ad ipsum, cui tot nominibus inservire tenebantur, offendendum, conuerterunt.

TERTIO perpendendū animo, quā terribile se Deus in eis puniendis ostēderit: dum statim atque ipsi superbiā elati sunt, nullo omnino poenitentiæ loco eis relicto, omnibus gratiæ donis, quibus eos decorauerat, spoliatos, *c fulguris instar è caelis*, ad sempiterna gehennæ incendia præcipites egit; nulla omnino vel

2.

3.

c Luc. 10. 18



forum conditionis habita ratione; vel quod eos ad imaginem, & similitudinem suam condidisset; vel quod spiritus essent sapientissimi, & aliquando amici dilecti: quia vnum omnino duntaxat lethale crimen ad omnia hæc obfusca sufficit. Id quod (vti S. Petrus Apostolus affirmat) diuina iustitia, ad nostrum exemplum, & instructionem fieri voluit. *d Si enim (inquit) Deus Angelis peccantibus non percit, sed rudentibus inferni tractos in tartarum tradidit cruciandos*, etiamsi nobilissimos; multò minus hominibus, in scelere obstinatis, & alioquin vilissimis parceret. *Et si Angeli fortitudine, & virtute maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium*, seu ius, quod Deus dixit in illos: multo minus homines miseri, & fragiles illud poterunt sustinere. *e O quam horrendum est incidere in manus Dei viuenti; manus, inquam, adeo graues, quas nec Angeli sustinere valeant!*

d 2. Pet. 2. 4  
6. m. 11.

c Heb. 10. 31.

TRIA hæc mihi metipsum applicans, etiam perpendam, quàm liberalis extiterit Deus in me, quem innumeris beneficiis ornauit; & quàm ego ingratus in illum fuerim, innumeris me obstringens sceleribus; & quàm iustè promeritus sim, eadem, qua in Angelos, & multò etiam maiori, in me poenâ animaduerti: quoniam illorum peccatum fuit vnum: at mea sunt innumerabilia; illorum, fuit tantummodo cogitationis in materia superbiæ: at mea sunt cogitationis, verborum, & operum, in materia superbiæ, luxuriæ, ira-

cun-

cundia, & reliquorum vitiorum; illorum peccatum non fuit iniuriosum in sanguine Christi, qui pro ipsis effusus non erat: at meum, summam preciosissimo illi unigeniti Dei sanguini, pro me in Cruce profuso, iniuriam irrogat. Quæ cum ita sint, iustissime Deus in imam inferni regionem me precipitaret, ac dæmonibus sociaret; ut quorum in scelere socius fui, eorum quoque pœnæ particeps essem.

O DEVS ultionum Domine, cur non sumpsisti hæcenus ultionem de me, homine adeo scelerato? Cur me tanto tempore adeo patienter sustinuiti? Quis severitatem iustitiæ tuæ coercuit, atque continuit, ne terribilem hanc pœnam pro meritum, pro meritis castigares? O anima mea, quomodo non tota timore ac tremore concuteris, tecum tractans horrendum hoc in Angelos à Deo factum iudicium? Si enim tanto cum rigore in creaturas nobilissimas, & excellentissimas animaduertit: quomodo fieri potest, ut tu creatura abiectissima, & miserrima similem animaduersionem non metuas? O creator potentissime, quandoquidem in me demonstrasti, te non esse Deum ultionum, sed Patrem misericordiarum, misere obsecro mei, & scelerum indulgentiam mihi largire; libera etiam ab inferni tormentis, quæ propter illa iuste promerui.

## PUNCTVM II.

**P**RO secundo puncto, redigam mihi in mentem peccatum protoparentum nostrorum Adami, & Eux: qui cum in Pa-

Genes. 1.

D. Thom. 2.  
2. q. 163. &  
164.

a Gen. 3. 23.

radiso conditi essent, & originali iustitiâ do-  
rati; propter mandati illius transgressionem,  
quo fructum arboris sub pœna mortis gustare

Deus prohibuerat, a *Paradiso emissi*, mortis  
sententiam, aliasq; innumerabiles calamita-  
tes, cum omni posteritate sua incurrerunt.

Super hac veritate Fidei, eadem ratione mi-  
hi procedendum, qua in puncto superiori:  
considerando:

1.

PRIMUM, quàm liberalis fuerit Deus in  
primos nostros progenitores, quos meræ bo-  
nitatis suæ impulsu ad imaginem, & similitu-  
dinem suam condidit; in Paradiso voluptatis  
collocavit; gratia & iustitia originali dona-  
vit; eorum appetitiones rationi, & carnem spi-  
ritui subiecit; eos denique à mortalitate alijs-  
que poenis, & ærumnis, quibus, (natura ita ex-  
igente) obnoxij fuissent, exemit; vitam verò  
foelicem, & tranquillam, eis impertivit. At-  
que hæc bona, merâ gratiâ, & misericordiâ,  
non illis dumtaxat, sed omnibus etiam poste-  
ris, si mandatis eius obtemperassent, largitu-  
rus fuisset.

2.

b Gen. 3. 4.

SECUNDO considerandum est, quàm ingra-  
ti, tanto suo benefactori Deo fuerint, & qua  
occasione: Accedens enim serpens, Euxq; per  
fraudem pollicitus, si vetitæ arboris fructum  
gustaret, *b' nequaquam moriemini, sed eritis sic-  
ut Dij scientes bonum, & malum*: illa nimium  
quantùm, pro dolor, credula, & fructus pul-  
chritudine illecta, decerptum comedit; Ada-  
mumque virum ad idem faciendum inuitavit:

qui

qui vxori complacendi studio, infœlix gustauit, nec beneficiorum memor, quibus à Deo fuerat affectus; nec poenę mortis, quam ei fuerat minatus, si talem fructum comederet.

TERTIO, expendam mecum, quàm seuerè, & grauter in illos Deus animaduertit. Nam subito, iustitiã originali æternum expoliatus, è Paradiso exturbauit; mortiq; & omnibus corruptibilis huius corporis miserijs, vt minatus fuerat, subiecit: quæ calamitas nos quoque eorum filios, quia *c omnes in eis peccauimus*, vnâ *c Rom. 5. 12.* inuoluit. Ideoque nascimur *d naturâ filij iræ*, *d Ephes. 2. 3.* inimici Dei, & ad eandem cum illis mortem condemnati.

Sed quod caput miseriarum est, à peccato hoc originali (quod à protoparentibus nostris trahimus) velut à radice, innumera illa peccata pullulant, quibus hic mundus scætet; & miseriarum inundationes profluunt, quæ illum submergunt. Ex quo conijciam, quàm horrendum, & detestandum, ac tremendum sit lethale peccatum; quandoquidem vel vnicum, tot bonis spoliat, tot mala inuehit; iramque Dei, qui ad misericordiam, quàm ad iustitiam pronior est, ad eò vehementer prouocat. *e Quis non timebit te, ô rex gentium?* *c Ierem. 10.* Quis tam grande malum, atque est, te offendere, non detestetur? Anima mea, si agnosceres, quàm perditè, & iniquè tecum agas, cum in scelus mortiferum, veluti Adamus, consentis; proculdubio totis artibus contremisceres, ob ingens onus, quod

tibi-

3.

*c Rom. 5. 12.*

*d Ephes. 2. 3.*

*c Ierem. 10.*

7.

*c Apoc. 15. 4.*

*f* *Psal.* 37. 5. tibi metipſi imponis? *f* *O peccatum*, quam es *onus graue super me!* Tu vita gratiæ me ſpolias; virtutibus exuis; & è Paradiso expellens, non modò temporaneæ morti obnoxium facis, sed in æternam etiam præcipitem agis; filijs, id est actionibus meis bonis, vitam adimis quandoquidem eis gloriæ meritum subtrahis; Regnum animæ meæ conturbas, illudque sexcentis miserijs ac rebellionibus replet. Libera me, Domine DEVS meus, à tam grandi hoc malo. *g* *quasi à facie colubri*, anima mea, *fuge peccatum*: quoniam vel vnicum, omni colubro, & serpente truculentius est, ac virulentius.

*g* *Eccles.* 21.  
2.

## IV.

QVARTÒ, meum cum Adami peccato conferam. Ego nimirum miser, & infelix, Dæmonis tentationibus, facilè me circumueniri, non semel sed sæpiſſimè sum passus: caro mea instar Euxæ ad peccandum me pellexit, & spiritus meus mollis, & effæminatus, fuit mihi instar Adami; qui, vt carni indulgeret, Deo milles displicere non erubuit: quin etiam eouſque superbiâ, & ingratitude sum progressus, vt sæpè, sicut Deus esse concupierim, illa mihi attribuens, quæ diuinitatis sunt propria. Quod si tam seueram Deus in primos parentes meos pœnam statuit, propter vnum inobedienciæ ac superbiæ crimen, in vnus duntaxat pomi, contra Dei prohibitionem esu admissum, quàm grauem ego mereor animaduersionem, pro tot inobediencijs, atque superbijs, alijsque innumeris flagitijs, quibus diu-

nam

nam maiestatem violavi. Oquàm iustè me in primo statim scelere subita mors occupauisset! vel certè omnes mundi calamitates me simul obruissent.

AD EXTREMVM, animo reuoluam, quàm diuturnam, & asperam, pro peccato suo Adamus, & Eua poenitentiam egerint: quamque amara eis fuerit vetita illa buccella, quantisque eam laboribus, & ærumnis expiauerint: cum enim Adam nongentis, & amplius annis vixerit, vniuersam hanc ætatem suã in lachrymis, & gemitu, variarumque calamitatum, quas status corruptionis secum traxerat, tollerantiã, transēgit. Ideoque (sicut diuina testatur sapientia) ob suam tandem poenitentiam, *h eduxit illum h Sap. 10.2.*  
*à del. cto suo.* Quod exemplum meritò me exciter ad miseras meas deplorandas, & poenitentiam pro peccatis meis agendam: quò, dum poenitentia illius vestigijs insisto, cuius culpæ fui imitator; eandem quoque indulgentiam obtineã, & ab omnibus iniquitatibus meis à Deo soluar; eidem supplicans, vt me in præsentì vita, quantum placuerit, puniat; modò in æternum parcat, meque ab intollerandis illis tormentis eripiat.

## PUNCTVM III.

TERTIÒ, in memoriã reuocabo, lethale aliquod peccatũ, periurium, v. g. luxuriã, aut id genus aliud, cuius causã, multæ nunc animæ ardentissimis gehennæ flammis iustissimè excruciantur; vt quæ infi-

nitam

nitam Dei maiestatem grauissimè offendere ausæ fuerint.

- I. PRIMVM igitur, cogitatione, ad imam damnatorum regionem animabus refertam descendam ; inter quas, plurimas reperiam, quæ vel ob vnicum lethale crimen ardent, & torquentur ; hanc propter periurium, aliam propter cogitationem aliquam obscœnam sponte admissam ; aliam propter aliud cogitationis, locutionis, aut operis crimen. Deinde perpendam mecum, omnes illos, quos ad æterna illa supplicia damnatos video, homines fuisse similes mei : & nonnullos eorum Christianos, ijsdemque Sacramentis, & sacrificijs, cõcionibus, ac libris spiritualibus, quibus ego, vfos fuisse ; & forsitan aliquamdiu sanctissimam, & integerrimam vitam duxisse ; atque ad eum cum Deo familiariter egisse : at verò postea sensim negligentius agentes, & in sui custodiam remissius inuigilantes, in peccatum mortale prolapsi, iustoque Dei iudicio, in eo mortui, ad sempiterna incendia adiudicati fuerunt. quia (vbi S. Iacobus Apostolus ait) a
- a Jac. 2. 10. *qui in vno offendit, vnum videlicet mandatum transgrediens, factus est omnium pœnarum æternarum, pro ratione delicti, reus : non secus ac si reliqua etiam præcepta violasset : Deum enim immensæ maiestatis, qui omnia seruari mandauit, offendit.*

2. SECUNDÒ, instituenda erit comparatio, huius vnus peccati cum pluribus meis ; Agnoscam nimirum, longè iustius sempiternas illas
- pœnas

pœnas me promeritum fuisse, quàm animæ illæ: eò quòd Deum eodem scelere, non semel sed sæpius; alijs item peccatorum generibus, etiã sæpissimè ad iram prouocauerim. O quàm iustè mihi accidisset; si statim, atque primum illud lethale crimen admisi, mors vitam abripiisset, nullo agenda pœnitentiæ momento, & loco relicto! Quid amabo Domine, te mouit, vt mei potiorem rationem haberes; meque diutius longanimis, quàm illas animas, ad pœnitentiam sustineres? Cur me potius vnà cum illis, in imum inferni barathrum non detruxisti? Fateor, Domine, pro demeritis meis dignum me fuisse, quem eorundem tormentorum socium faceres: verùmamen, quoniam immensa maiestas tua, tantâ clementiâ, & misericordiâ me expectauit, certum propono, & statuo, me, tuâ mihi succurrente gratiâ, veram, & integram pro peccatis meis pœnitentiam acturum.

TERTIÒ, considerabo, non minus esse beneficium, quod DEVS ab inferno me præseruarit, præcaueritque, ne ad sempiterna illa tormenta descenderem: quàm si ad illa prolapsus, inde exemisset; vt proinde non meritò vsurpare possim verba illa Psalmographi. *b Confitebor tibi Domine DEVS b Psal. 25. 12 meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Porro, vt tantum hoc beneficium, penitus introspicere, ei que debita

3.

b Psal. 25. 12

animi



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



animi gratitudine respondere nouerim, metipsum ita alloquar. Si damnatarum animarum aliquã Deus ab inferni supplicijs eriperet, ei que pœnitentiæ locum daret; quã illa seueram, & exactam ageret! quã gratam se erga Deum exhiberet! quanto animi feruore illi deseruiret! Idem quoque tibi præstandum puta, cum te Deus, singulari beneficio, à tanto periculo antequam in illud deuoluere-  
ris, liberauerit.

## PUNCTVM IV.

PECCATORVM GRAVITAS, EX  
*ÿs, qua Christus redemptor noster, pro-  
pter illa sustinuit, agno-  
scitur.*

**V**LTIMO hoc puncto, dulcissimi colloquij, iuxta ac deuotissimæ considerationis materia proponitur, vt peccati grauitas, & diuinæ iustitiæ seueritas, ex alio exemplo, à superioribus longè diuerso, sed non minus efficaci, magis elucescat, ex animaduersione, inquam, diuinæ iustitiæ, in **I-E-S-V-M CHRISTVM** Dominum, & Redemptorem nostrum, non propter sua, sed mea, & totius mundi scelera, vt hinc colligere liceat, quã grauiter is puniturus sit hominẽ, proprijs criminibus obnoxium, qui ita seuerè castigauit, aliena tantum in se suscipientem: quã que graues pœnas sit exacturus de iniquo seruo, qui tanto rigore animaduertit in filium innocentissimum, & omnis culpæ  
exper-

expertem: Quæ omnia filius ipse perpendi à nobis voluit, cum tremendam illam protulit sententiam. a *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet!* quasi mihi dicat; si tam graui-<sup>a Luc. 23. 31.</sup> ter, & acerbè, ego arbor viridis, & fructibus onusta excipior; quàm rigidè tu arbor arida, & infœcunda tractaberis?

Constituam itaque in conspectu meo ipsum IESVM Christum cruci affixum, atque diligenter contemplabor caput eius spinis coronatum, os, ludæorum conspurationibus execratis desę datũ, oculos liuore obscuratos, brachia luxata, linguam felle, & aceto amarulenta, manus & pedes clavis transuerberatos, humeros flagris conscissos, latus lancea apertum: mecumque concludens, ipsum omnia hæc pro peccatis meis perpessum esse, varios ex imo pectore affectus eliciam: modò pertimescens seueritatem diuinæ iustitiæ, quæ (vt Zacharias propheta inquit) *b frameam destrinxit, aduersus virũ in persona sibi coherentem;* modò peccata mea, quæ horum dolorum causa fuere, dessebo; modò memetipsum erigam, ad aliquid tollerandũ in peccatorũ meorum satisfactionẽ, pro quibus expiandis, Christus Seruator tanta pertulit. Ac deniq;, ad pedes eius prouolutus, veniam precabor, allegans, à parte mea esse vniversos labores eius: illumque amantissimis his verbis cõnellabo. O Redemptor dulcissime, qui de coelis descendisti, crucemque hanc subiisti, vt hominẽ redimeres, eiusque scelera tuis doloribus expia-

b Zach. 12. 7.

c Isai. 53. 5.

res; tuæ maiestatis conspectui animo mærenti  
 me offero, ego, ego, sceleribus meis grauissi-  
 mis, acerbissimorum horum cruciatuum, causa  
 extiti. Mihi Domine, qui reus fui, omnia hæc  
 supplicia debebantur; non tibi, qui summè in-  
 nocens, nullam vnquam vel leuissimam ma-  
 culam contraxisti. Veruntamen ille amor, qui  
 tibi auctor fuit, vt crucem pro me tolleres, &  
 conscenderes, is te quoque permoueat, vt om-  
 nium flagitiorum, quæ contra te admisi, ve-  
 niam mihi tribuas; per spinas tuas te obsecro,  
 exime animam meam è spinis peccatorum  
 meorum; per flagellæ tuæ, ignosce furijis meis;  
 per fel, & acetum, parce gulæ, & ebrietati  
 meæ; per clauos manuum, & pedum tuorum,  
 da veniam malis actionibus, & peruersis gres-  
 sibz meis. O pater æterne, *d respice in faciem*  
*Christi filij tui*, & si quidem in eo scelera mea  
 tantis cruciatibus puniuiisti, his placatus, con-  
 quiescat ira tua; sanguinisque illius intuitu,  
 quem ille pro me effudit, e *Proijcias in profun-*  
*dum maris omnia peccata mea*, Amen.

*Punctum hoc fusius in quarta parte pro-*  
*sequemur.*

¶

## MEDITATIO III.

DE PECCATORVM GRAVI-  
tate, quæ ex eorum multitudine,  
& repugnantia cum ratio-  
ne, exoritur.

## PUNCTVM I.

**P**RIMUM reuocabo in memo-  
riam, peccatorum, quæ in ante-  
acta vita mea cõmisi, multitudi-  
nem; quod vt cõmodiùs faciam,  
percurrendæ mihi erunt singulæ  
totius anteaactæ vitæ meæ, ætates, loca, in qui-  
bus vixi, officia, & occupationes, quibus di-  
stractus fui: & diligenter aduertam, quid in  
quolibet peccato, ex illis quæ lethalia voca-  
mus, admiserim; quid contra vnumquodque  
præceptorum Dei, & Ecclesiæ; contra leges, &  
regulas statûs atque officij mei deliquerim.  
Ad quod nõ parum proderit, nosse, quibus mo-  
dis in singulis hisce peccetur, id quod in pri-  
mis meditationis decimæ octauæ, & nouem  
sequentium punctis ostendemus. Hæc porro  
peccatorum memoriæ, nõ debet esse arida, sed  
flebilis, atq; ruboris, & pudoris plena; quem  
admodum illa Ezechix Regis, qui dicebat. *a*  
*Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritu- a*  
*dine animæ meæ.* *Isai. 38. 15.*  
*4. Reg. 20. 3.*

I.

Posteaquam omnia delicta memoriâ repe-  
tiero,

C 2

tiero,

b Dan 9. 5.  
c.

tiero, summa animi demissione, ea coram Deo in oratione cōfitebor, de omnibus, aut saltem grauioribus, me, sicut b Daniel, accusabo; peccatusque meum identidē, sicut Publicanus ille, tundens, d' cam; Fateor Domine, superbiā me, & animi elatione, coram te peccasse; vanē de me præsumendo, nimiam in verbis iactantiam ostentando, proximos meos contemnendo, atque aduersum te rebellando. Et in hunc modum, accusationem meā, vel circa omnia peccata mortalia, vel contra Decalogi præcepta prosequar.

c Psal. 18. 13.  
d 1. Cor. 4. 4

Hac peccatorum mihi cognitorum confessione peracta, persuasus, alia longē plura mihi incognita ( quæ Regius vates c *occulta* nominat ) superesse: quæ tamen Deo, qui d *me iudicaturus* & puniturus est, occulta minimē sint; hoc mihi magnæ sollicitudinis, & afflictionis materiam suppeditabit.

Hæc autem peccata, ex triplici ferē causa occulta fiunt, vel quod ē memoria exciderint; vel quod ob subtilitatem me fugiant, cuiusmodi sunt, superbiæ aliquæ internæ, temeraria iudicia, sinistræ intentiones, negligētia, & omissiones; vel quod ex ignorantia, mœrore, aut circumuentione aliqua maligni Spiritūs, ita illa commiserim, vt gratum potius Domino obsequium, in eis me præstare existimarim.

e Psal. 39. 13

Componens igitur peccata mihi cognita, cum incognitis, facilē credam, innumerabilē illa conficere multitudinem, ac e *super capillos capitis mei multiplicata esse*; ( vt Dauid ait ) vel

super

super arenam maris, vt Manasses Rex.

Quamobrem Dei patientiam obstupescam, qui me, in tantis sordibus iacentem, hæc tunc æquanimiter ad pœnitentiam expectauerit. Vnam enim alteramve iniuriam quisque, vt ita dicam, facilè sustinet; sed tantas, toties repetitas, tam quæ varias, adeoque proterve irrogatas, quis præter Deum sustinuisset? Verè, Domine DEVS meus, opus fuit infinita tua patientia, ad sustinendam iniuriarum mearum infinitam multitudinem! Cùm itaque in me toleranda tanta longanimitate vsus es, hanc quoque gratiam prioribus beneficijs, adijce: omnium, inquam, scelerum meorum veniam mihi clementer indulge.

## PUNCTVM II.

**H**INC gradum faciam, ad considerandam horum peccatorum grauitatem, quæ ex ipsorum multitudine desumitur, atque hunc in finem, nonnullæ diuinarum literarum similitudines conficerent: si enim peccatum est instar *a lapidis molaris* aut, *a mola asinaria collo appensa*, qua homo in imâ inferni abyssum *demergitur*, cùm peccata mea tot sint, quot capilli capitis mei, aut in littore maris arenulæ, pro quantum erit pondus ipsorum! quàm vehementi me *c impetu illa in mare*, & profundum inferni præcipitem agent! quis me cadentem retinere poterit, si Deus me non retineat? Et sanè quid aliud sunt peccata tanta mea, quàm *d catena*

In oratione  
eius 2. paral.  
in fine.

a Luc. 17. 2.  
b Matt. 18. 6

c Apocal. 18.  
21.

d Isai. 58. 9.

ferrea innumeris annulis constans, tantæ longi-  
 tudinis, vt ad infernum vsque pertingat,  
 qua vinctum me cacodæmon totis viribus ad  
 se, & pœnas sempiternas trahit. Si enim pec-  
 cata Angelorum (vti Sanctus Petrus ait) e *ru-*  
*dent*es fuerunt, siue nautici funes, quibus è  
 cœlo, in profundissimum inferni barathrum  
 detracti sunt, quanto robustiores, ac valentio-  
 res erunt illi, quibus ego constringor, cum ex  
 innumeris ramalibus contexti ac fabrefacti  
 sint? Circumdatur præterea anima mea hac  
 peccatorum multitudine. non secus atque in-  
 genti quodam, *f canum, lionum, taurorum,*  
*serpentium,* aliarumque ferocium, & vene-  
 nararum belluarum exercitu, quæ illam ru-  
 gitibus, vlylatibus suis horrendis terrent,  
 dentibus discerpunt, vnguibus dilaniant, &  
 apum instar pungunt, aut instar vermium cor-  
 rodunt, & admordent conscientiam. Denique  
 ego sum feruus ille iniquissimus, *g decem mil-*  
*lium talentorum,* domino meo ære obstri-  
 ctus, est autem tam ingens debitum meum,  
 vt etiam si omnia quæ possideo, vnâ cum vx-  
 ore, prolibus, ac memetipso venderem, ne  
 minimam partem soluendo essem. Quid igitur  
 facies anima mea, tanto peccatorum pon-  
 dere oppressa? si exercitus immanium harum  
 ferarum, Christo præ angustia sanguinem pro  
 sudore expressit, qui fieri potest, vt tu præ  
 animi dolore, & cruciatu, lachrymas san-  
 guineas non profundas? O Saluator mise-  
 ricordissime, propter acerbissimi doloris  
 sen-

e 2. Pet. 2. 4

f Psal. 21.

13. 17.

g Matth. 18.

24.

senſum, quem in horto Gethſemani, propter ſcelera mea ſponte ſuſcepifti, te obteſtor, & obſecro, hoc mihi ſingularis gratiæ loco impertire, vt peccata mea tanta cum acerbitate doloris defleam, vt ab illis merear liberari.

His omnibus, & illa accedit circumſtantia, quæ peccata mea maiorum in modum aggrauat, relapſum inquam in eadem, quæ mihi non ſemel, ſed aliquoties à DEO dimiſſa fuere: dum videlicet certamen quoddam cum DEO inſtituo, me peccante, illo veniam tribuente; & me iterum ad eadem peccata, quaſi dimiſſa non fuiſſent, reuertente; hacque ratione imitante ( vt Sapiens & Petrus Apoſtolus affirmat ) *h canem ad vomitum ſuum reuertentem, ac i ſuem lotam ad volutabrum luti redeuntem.* Propter quod mereor ab eo in perpetuum enomi, at que in putidiſſimam inferni cloacam, & oli-diſſima ſimeta mergi; manibusque, & pedibus inſolubili nexu vinctis, carnificum infernaliū tradi poteſtati; quemadmodum factum eſt ſeruo nequam & ingrato, *k decem millia talentorum* reo, & poſt debitum dimiſſum, ad Dominum offendendum redunt. Nihilominus de interminata Dei patientia, & miſericordia certam ſpem habens, iterum ad eum in veritate, & corde contrito accedam, proſtratusque ad pedes illius, dicam ei. *l Patientiam habe in me Domine, & tua me gratia adiuuante, vniuerſum peccatorum meorum debitum*

h Prok. 26.

11.

i 2. Pet. 2. 22

k Matth. 18.

32.

l Matth. 18.

6.



*reddam tibi*: quod si hac etiam vice eorum veniam obtinuerō, polliceor futurum, vt deinceps ad illa non redeam.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO consideranda est horum peccatorum deformitas, vel ex eo, quod rationi naturali aduersatur, etiā in inferni pœnæ illis constitutæ non essent. Cùm enim homo ad similitudinem Dei conditus sit, per peccatum, a *iumentis insipientibus comparatus est*, & *similis factus est illis*: assiduitate verò peccandi, mores bestiales induit, & habitus vitiosos acquirit. Appetitiones in eo prævalent rationi; & caro spiritui; quo fit, vt ancilla ei, qui iure Dominus est, imperet; & miser spiritus, carnis suæ, atque inordinatarum appetitionum, aliarumque plurimarum creaturarum, magno suo dedecore, mancipium fiat: Nam (vt Christus ait) *hominis qui facit peccatum, seruus est peccati*, & (s. Petrus Apostolus) *à quo quis superatus est, huius & seruus est*: & vt seruus victori subijcitur. Quare, si ambitiosus sum, honoris, & eorū omnium, qui illum mihi dare, vel auferre queunt, seruum me constituo: Si auarus, diuitijs in seruo: Si gula deditus, voluptatum mancipium existo: Si luxuriosus, sensualitatis, & eorum omnium, qui cor, & libertatē mihi ademerunt, seruus sum. Quæ autem hac maior potest esse vilitas, & turpitude? Quæ seruitus grauior, atque acerbior, quàm peccati, vitiosa consuetudine frequen-

a Psal. 48.  
13.

b Ioan. 8. 34.

c 2. Pet. 2.  
19.

quen-

quentati! Hæc me permonere debent, ad ingentem scelerum meorum detestationem; atque incitare, vt toto animi conatu elaborem, quo à misera hac seruitute absoluar, & spiritus meus libertatis suæ restituatur, egoque totus ad Creatoris, & Liberatoris mei seruitium redeam, ei que me totum impendam: qui supplici prece mihi rogandus est, vt quandoquidem d *sanguine suo precioso* me redemit, *di. Pet. 1. 19.* quò hac ratione à durissima peccati tyrannide vindicaret, nouoque hoc titulo, suum seruum constitueret; non patiatur me e *carni*, *vi e Rom. 8. 12* tiis, ac diabolo, iuratissimo ipsius hosti *deseruire.* 13.

## MEDITATIO IV.

**GRAVITAS PECCATI,**  
colligitur ex hominis, qui Deum offendit, vilitate; & nihilo, quod ex se ipso habet.

**I**N I S meditationis huius est, cognoscere gravitatem iniurie, DEO per peccatum illata, ex summa eius, qui illam infert, vilitate: nam quò vilior is est, qui offendit, eò maior est eius temeritas, & impudentia: dum supremum vniuersitatis Monarcham abiectissimus vermis offendere audet.

## PUNCTVM I.

**P** R I M O. considerandum mihi est, quid  
 sim quoad corpus: ponderādo videlicet,  
 a *Gen. 3. 7.* originem meam esse a *ex limo terra*: fi-  
 b *Isai. 40. 6.* nem verò puluerem; b *carnem* meam esse *fæ-*  
*Iac. 4. 14.* *nam & florem agri*, subito marescentem; & vi-  
*Iob. 14. 1.* tam meam flatum ventri, aut c *vaporem ad mo-*  
*ditum parentem*; imò vt *umbram fugere* ait  
 Iob. & cum aded breuis sit, ea tamen, (vt icē  
 ait) *drepleta est multis miseriis*, variisque ne-  
 cessitatibus, fame, siti, calore, frigore, dolo-  
 ribus, infirmitatibus, egestatibus, mortisque  
 periculis, vrgetur: nec vel vnum vitæ diem,  
 quietis aut sanitatis, certum atque securum  
 habet; aded, vt meis duntaxat viribus, ex hisce  
 miseriis emergere nequeam, nisi me Deus pro-  
 tectione, & prouidentia suā, ab illis eripiat.  
 quæ igitur maior insania esse potest, quàm  
 hominem, tot necessitatibus, & miseriis sub-  
 iectum, tantam sibi audaciam assumere, vt  
 vnicum suum liberatorem, & protectorem  
 audeat offendere? Quæ maior amentia, quàm  
 carnem, quæ cinis, & puluis est, sterquiliniū  
 puditissimum; teterrimorum vermium exa-  
 men, ipsa putredo, tantum præsumere, vt  
 summum illum Spiritum immensæ maiesta-  
 tis, ante cuius conspectum, cœlorum pote-  
 states, & alij Spiritus beatissimi contremi-  
 scunt, irritare, & nouis quotidie iniuriis, ad  
 iracundiam prouocare audeat? e *Quid superbis*  
*terra & cinis?* f *O testa de Samis terra. O vas,*

cur *factori tuo contradicis*? O caro miserabilis, si hominem, qui temporariam tibi vitam adimere, nec maius aliquod nocumentum adferre potest, tantopere pertimescis, cur **D E V M**, qui sempiterna te vita privare, æternisque gehennæ incendiis addicere valet, non metuis? Ad te igitur redi; &, vel proprii commodi intuitu, cessa eum, qui è tantis malis te vindicare potest, offendere. His considerationibus, vehementer erubescam; & obstupescam, me ad tantam mentis inopiam deuenisse, ex qua in tantam audaciam, & impudentiam eruperim: simulque Dominum meum **IESVM CHRISTVM** supplex deprecabor, vt propter carnem suam sanctissimam, insolentiam ingnoscat meæ carnis, eamque deinceps rationi subditam esse iubeat.

## PUNCTVM II.

**S**ECUNDO expendam, quid sim quoad animam: de nihilo enim creatus, a *Substantia mea tanquam nihilum est ante Deum*, ideoque, nihil ex me valeo aut possum; imò iterum in nihilum redirem, nisi **DEVS** perpetuò me conseruaret: ideo *b nihil sine eo facere possum*. Deinde in peccatis conceptus sum: ex quo magnam quoque ad peccandum propensionem hæreditavi. Quin etiam propter passionum, & appetitionum mearum immoderantiam, innumeris ignorantiam

a *Psal. 38. 6.*b *Ioan. 15. 6.*

rantiam

rantia, & errorum tenebris obuolutus iaceo: propter inimicorum visibilibus, & inuisibilibus, omni ex parte circumstantium multitudinem, variis intus, extra tentationibus exagito: quibus ob liberi arbitrij imbecillitate, sæpè consensu, & etiamnum consentio; multa quotidie scelera committens, quibus eò deuenio, ut minus etiam sim, quàm nihilum, minus enim est malum, re ipsa non esse; quàm, cū existam peccare: *c bonumq̄, mihi fuisset, si natus non fuissetem*, potiùs quàm, ut ad æterna supplicia detrudar.

c Matt. 26.  
24.

## II,

Cū porro eiusmodi sim, multò tamen peius id est, quod esse possum, ob nimiam mutabilitatem, & fragilitatem meam; quippe, quæ admodum ex filo globus deprehenditur, ita ego ex motionibus internis, quibus me ad innumera peccata, infidelitates, blasphemias, iras, & libidines pellici sentio, coniecturam facere possum, me omnibus hisce peccatis obnoxium esse: atque ad eò in illa facile prolapsurum, si manum suam Deus à me subtraheret: Imo & ex his, quæ omnes mundi peccatores perpetrant, & perpetrare possunt, conijcere valeo, quid ego facerem, meæ soli relictus libertati. Quia (vbi S. Augustinus inquit) *nullum peccatum est, quod vnquã fecerit homo, quod non possit facere alter homo*. Idcirco statuat, me, omnium, quæ in mundo sunt peccatorum, fontem esse, & scaturiginem; nec ab similem cani mortuo ac fetido, solo aspectu intuentibus horrorem adferenti: aut cada-

S. Aug. in  
Seriiloq. cap.  
15.

ueri-

ueri in sepulchro vermibus scatenti, quod paulatim putrescens, in puluerem redigitur. Propter quæ, memetipsum omninò despiciēs, dignum etiam iudicabo, qui ab omnibus contemptui habear. Quod cùm ita sit, potest ne vlla infania vlteriùs progredi, quàm vt sciēs, volensque, diuinam maiestatem offenderim? Si enim ex me ipso nihil sum, vnde mihi hæc frons, & audacia; vt eum, qui est ipsummet esse, audeã irritare! quo me, non solùm esse ipso, quod habeo, indignum reddo; sed infra ipsum nihilum me etiam abiicio: si tot miseriis, quæ animæ meæ obuenire possunt, obnoxius sum: cur eum, qui me tutari, & vindicare ab illis potest, placare, & propitium reddere, non laboro? O Deus animæ meæ, respice illam, & quandoquidem de nihilo eam eduxisti; de nihilo, quod peccatum est, eam nunc extrahe, tibiq; coniunge: vt per te esse, & vitam gratiæ, in præsentem obtinere; & in futuro beatam, sempiternamque gloriam consequi valeat. Amen.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO considerans, huius esse, & bonorum omnium, quæ habeo, exilitatē, si ea cum Deo conferantur; procedē q; gradatim, primùm perpendam, quid sim omnium hominum comparatione; deinde, quid hominum iuxta, & Angelorum collatione: tum quid omnes simul creaturæ sint, si cum Deo conferantur. Audi Isaiam. *Omnes gētes, quasi non sint; sic sunt coram eo, & quasi nihilū,* *Isa. 40. 17.*

*& inane*

III.

b Sap. 11. 23. *Et inane reputata sunt ei; Et Sapientemib; Tanquam momentum statera, sic est orbis terrarum; & tanquam gutta roris ante lucani, quæ descendit in terram. Quid igitur solus ero, cū Deo collatus? quemadmodum stellæ in solis præsentia videri nequeunt, & sunt quasi non essent, ita ego, quantumuis grandibus, & eximiis bonis ornatus essem, in Dei præsentia sum quasi non essem; & multò minus, quàm si acarus, aut teredo cum vniuerso terrarum orbe conferretur.*

Scientia mea, virtus, potentia, discretio, fortitudo, venustas, & cætera bona omnia, quæ habeo, & habere possum, nihil sunt eorum, quæ Deus habet, comparatione: Ac proinde non iniuria Christus ait. c *Nemo bonus, nisi solus Deus*, nemo etiam potens, nemo fortis, nemo pulcher, nisi Deus, qui solus est ipsa bonitas, sapientia, & omnipotentia: in cuius comparatione bonitas, cæteraque perfectiones, nomen hoc haudquaquam merentur.

c Luc. 18. 19.

Quæ igitur mens capere potest, homini tantum nihili tantam inesse audaciam, vt Deum suum contemnere, illumque nouis indies sceleribus offendere audeat? O amentiam meam! O me miserum, qui sum ausus talia! O Deus immense, in cuius comparatione sum quasi non essem, per infinitam Esse tui excellentiam, te rogo, & obsecro, vt omnia peccata mihi dones; mentemque meam cælesti luce illumines, qua vililitatem, & infælicitatem, in quâ propter sce-

lera

Iera p. o lapsus sum, cognoicani: cōcede mihi,  
vt meipsum detester, contemnam, & minoris  
me, quam ipsum nihilum ducam, ac pro ad  
missis, dignam cum S. Iob. d *in fauilla & cine-* d Iob. 42. 6.  
*re pœnitentiam agam* talemque meipsum in  
conspectu tuo, qualis reuera sum, reputem.

## MEDITATIO V.

**PECCATI GRAVITAS,**  
*ex infinita Dei, qui eo offenditur,*  
*excellencia, deprehenditur.*



**H**ÆC MEDITATIO est o-  
mnium efficacissima, ad ex-  
citandum veram animi con-  
tritionē, intimumq; de pec-  
cati dolorem, quoniam agit  
de amore Dei super omnia:

dum grauitas peccati, non tantum ex offenden-  
tis vilitate, verumetiam ex eius qui offensus est  
excellencia, aestimatur: Quia tanto maior est  
iniuria, quanto is cui irrogatur, prestantior est,  
atque excellentior: cum igitur Deus in suo esse, D. Tho. 1.  
& perfectionibus infinitus sit, peccatum etiam, 2. q. 78. a. 4.  
quā Deum respicit, quem offendit, erit (vt 3 p. q. 1.  
S. Thomas ait) iniuria quasi infinita. a. 2. ad 2.

## PUNCTVM I.

**P**RIMUM perpendæ erunt infi-  
nitæ perfectiones, quas DEVS ha-  
bet in semetipso: illæ præsertim, qui-  
bus peccatum directè opponitur, & ex quibus

maio-



magiorem accipit deformitatem, & grauitatem.

**I.** PRIMO igitur expendam mecum infinitam Dei BONITATEM, propter quam ab omnibus creaturis summè amari meretur, vñ que aded, vt si infinito amore illum diligere possent, totum in eum conferre deberent. Tanta enim est Dei BONITAS, vt non possit quis clarè eam intueri, & non summè diligere, què admodù beatæ mentes in cælis faciunt. Quod igitur magis detestandum potest esse facinus, quàm tantam hanc bonitatem floccifacere, & execrari? Quæ item iniusticia maior, quàm eius, qui infinito amore sit dignus, osorem esse? O interminata bonitas, cur te contempsi, & exhorruï? vtinam te nunquam offendissem; præaiter me Deus peccati mei, super omnia quæ detestari possum, quoniam te super omnia amabilia amare desidero.

**II.** SECUNDO, perpendam Dei IMMENSITATEM, infinitæ sapientiæ coniunctam, per quam in omni loco reuera præsens existit, intuens omnia quæcunque fiunt. Ideoque, me ipsum intra perspicacissimam hanc immensitatem intuens, aduertam, quidquid peccatorum hæctenus admisi, aut nunc admitto, id totum intra ipsam Dei immensitatem fieri: quare Deum ad iram, nauseam, ac vomitum vehementer prouocari, cuius a oculi (vt ait scriptura) mundi sunt, ne videant malum, & respicere ad iniquitatem siue horrore non poterunt. cor verò aded delicatum est. vt iniquitas ei nau-

seam

a bac. 1. 13

seam pariat, ac b tepidam amantem euomere b *Apos. 3. 16.*  
*incipiat ex ore suo.* Quæ igitur maior cæcitas  
 esse potest, quàm, vitam meam intra Dei im-  
 mensitatem ducentem, atque in diuinæ eius  
 sapientiæ conspectu constitutum, sceleribus  
 meis eidem iniuriam inferre? Quæ maior im-  
 pudencia serui, quàm si domini voluntatem,  
 & honorem in ipsius præsentia contemnere?  
 Quæ maior temeritas, quàm hoc agere con-  
 tra eum Dominum, qui possit in illum pro-  
 meritis animaduertere? O Domine, quomo-  
 do me hæcenus iuxta te, atque in præsentia  
 tua sustinuisti? cur non ingratum, & perfu-  
 diosum in nihilum redegisti? cur oculos tuos  
 à me non auertisti? & in perpetuum à te non  
 eiecisti & remouisti? Pœnitet me, Domine,  
 ex toto corde, huius meæ impudentiæ, & te-  
 meritatis: ideo quæ firmiter statuo, gratia tua  
 mihi opitulante, nihil deinceps tuâ præsentia  
 indignum designare.

TERTIO reuoluam mecum summam Dei  
 OMNIPOTENTIAM, qua in omnibus est  
 creaturis, donans illis esse, quod habent; & ad  
 omnes illarum actiones vnà cum illis con-  
 currens, vsque adeo, vt, sine diuinæ omnipotē-  
 tiæ concursu, non possint videre, audire, lo-  
 qui, manū aut pedē mouere, intelligere, velle,  
 aut aliud aliquid vel minimum agere. Ex quo  
 efficitur, quoties peccatum aliquod perpetro,  
 toties vti me omnipotentia diuinâ, ad cogitā-  
 dum, dicendum, vel faciendum, quod ei est in-  
 gratissimum: cuius tamen tanta est bonitas, vt

Pars. 1.

D

ad

arbitrij mei libertatem impediat, concursum illum suum mihi non deneget; neque ipsis creaturis, quibus ad eum offendendum abutor: concurrat enim cum cibo, ut palatum meum oblectet: etiamsi ego, sic comedendo, peccem; concurrat quoque cum creaturæ pulchritudine, ut visum meum recreet: etiamsi ego, eam aspiciendo, peccem, quanta ergo est temeritas, quod ego Deum ipsum, propriam ipsius omnipotentiam oppugnem? & auxilio, quod ipse mihi confert, utar, ad id faciendum, quod in ipso cedat iniuriam? O bonitas omnipotens, cur tam constanter, & liberaliter concursum tuum, tam male eo utenti subministras? Cur eadem potius omnipotentiam abutentem non exterminas? Ignosce Domine huic meæ audaciæ, atque proteritiæ, quæ maior fuit quam comprehendere possim: cuius modo magis me poenitet, quam effari queam; multoque ampliori dolore tangi vellem, & optarem. O Deus immense, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserando manifestas, multiplicata super me misericordiam tuam, & miserere mei; atque sceleribus meis veniam tribuens, opitulare mihi, ut deinceps nunquam male, infinitam potentiam tuam, sed bene ad tuum duntaxat obsequium utar.

*Eccles in  
collecta.*

*Eodem modo possunt percurri, & expendi, attributa misericordia, iustitia, Charitatis Dei, atque alia complura, de quibus in sequenti puncto, nonnulla mentio fiet.*

## PUNCTVM II.

**S**ECVNDO consideranda sunt mihi summatim innumera Dei beneficia, & qualē se ille præstiterit erga me; ac vicissim, quomodò ego me erga eum habuerim; vt ex his simul collatis, euidenter appareat, iniuriæ grauitas in benefactorem infinitum.

**PRIMO** igitur **CREATIONIS**, **CONSERVATIONIS**, & **GVBERNATIONIS** beneficia perpendam; quæ innumera bona, tum ad esse naturale corporis, & animæ pertinentia; tum ad supernaturale gratiæ non mediocriter conducentia, in se complectuntur. Ex qua consideratione operam dabo, vt vehementem animi dolorem concipiam, quòd meum Creatorem, sine quo non existerem; Conseruatorem, sine quo durare minimè possem; Gubernatorem, sine cuius prouidentia viuere non valerem, offenderim. Ad quod nõ parum proderit, si, quicquid Moyse ad Israeliticum populum, peccata illorum ipsis exprobrans, dixit, expendero: illa præcipuè verba. *a Hæcine reddis Domino popule stulte, & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui?*

**L.**  
D. Bernar.  
serm. 16. in  
Cant.

a Dent. 32. 6

**SECVNDO**, reuoluam mecum beneficium **REDEMPTIONIS**, quod in se comprehendit æterni verbi incarnationem, & labores omnes atque cruciatus vitæ, passionis, ac mor-

tis Iesu Christi, Domini mei: quem intuebor,  
 vt Patrem, Pastorem, Medicum, Magistrum, &  
 Saluatorem meum. Eum igitur, cui omnibus  
 hisce titulis ac nominibus deuinctus sum, ego  
 peccando summa affeci iniuria! Ego (Apostolo  
 teste) *b crucifixi mihi ipsi filium Dei, & offē-*  
*tui habui* Dominum, & Liberatorem meum  
 Iesum Christum: ego vnigenam Dei filium  
 pedibus conculcaui, sanguinem illius protri-  
 ui, exempla contempsi, leges & præcepta vi-  
 lipendi; ac demum ita vixi, atq; si Redemptio  
 hæc, non in mei gratiam fuisset in mundo per-  
 fecta. Quomodo igitur, anima mea, non tota  
 in lachrymas resolueris, quòd talem Patrem,  
 Magistrum, Pastorem, & Redemptorem of-  
 fenderis? Quomodo præ doloris vehementia  
 non finditur cor tuum, quòd eum sceleribus  
 tuis irritaueris, qui, vt ab illis te eximeret,  
 mortem oppetere non recusauit? O Redem-  
 ptor benignissime, poenitet me supra modum,  
 offensæ contra te admixtæ. Ignosce, Domine,  
 iniquitatibus meis, & sanguine tuo scelerum  
 meorum maculas elue: cuius virtute statuo  
 firmiter, tuâ me gratiâ adiuuante, sordes hæc  
 nunquam amplius repetitum.

3. TERTIO ponderabo mecum, eadem ratio-  
 ne beneficiû **SANCTIFICATIONIS**,  
 quod in se continet, Baptismum, & reliqua  
 nouæ legis Sacramenta; præsertim Poeniten-  
 tiæ, & SS. Eucharistiæ, necnon Spiritûs Sancti  
 inspirationes, & alia sexcenta beneficia, ma-  
 nifesta, & occulta: quin & futurorum benefi-  
 ciorum

ciorū in resurrectione, & glorificatione promissionem: quorum omnium me reum agnoscens, ingenti stupore admirabor, quòd tantis, tamq; eximiis beneficiis prouocatus, tam malè responderim, & cum Deo quasi certamen quoddam instituerim, illo me nouis semper beneficiis afficiente, & maiora indies dona mihi conferente; me verò nouis eum semper iniuriis irritante, & grauiora in dies scelera aduersus eum multiplicante. Quamobrem, vnumquodq; peccatū arbitror fuisse ingratitude quodamodò infinitæ: quòd contra benefactorem infinitum, & infinita beneficia, ab eodem, infinito quodam amore, sine vllis meis meritis collata, fuerit admissum.

Ad exaggerandam autem adhuc magis scelerum meorum turpitudinē, non erit abs re, nonnullas sacrarum litterarum historias in memoriam reuocare. Prima est IOSEPHI, cui impossibile videbatur, cum Domini sui (à quo tot beneficia acceperat) vxore, illicitum quid cōmittere, dicens, *a quomodo possum a Gen. 39 9. hoc malum facere & peccare in Dominū meū?* Altera est Saulis, qui, cū esset immanis Dauidis, persecutor referente Ionatha obsequia ipsi à Dauide præstita, *b placatus voce Ionatha b 1. Reg. 19. Iurauit: viuit Dominus quia non occidetur. & c.* iterum, cū idem Saul cognouisset, se facile à Dauide perimi potuisse, sibi tamē ab eo parcitū esse, valde cōpunctus dixit: *c Iustior tu es c 1. Reg. 24. quam ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autē 12. 20. reddidi tibi mala. O anima mea, quomodò peccare*

care potes, contra Deum, & Dominum tuum, à quo bona omnia, quæ habes, acceperis? O Deus animæ meæ, multo iustior tu es, quàm ego: tu enim non cessas nouis me in dies beneficiis cumulare; & ego te offendere non desisto. Tu, cum possis mihi vitam, & id quod sum adimere, id non facis: egò, cum vitâ te nequâ spoliare, voluntate tamen ( quantum in me est ) id frequenter facere tento. Tu Gigantis præcidisti caput, & serpentis contriuisisti, ut me à sempiterna morte liberares; ego eidem vltro, dum te offendo, me subiicio. Quis suo, cum possit hosti, vitam non aufert? tu verò, ut tuum hostem à morte redimeres, mortem subire voluisti. Condone mihi Domine, plus quàm belluinam hanc ingratitude: & copiosa gratia tua, auxilio mihi esto, ne iterum in horrendas hæc miserias corruam.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO, expendendum mihi est, quid me ad peccandum impulerit: crescit enim proculdubio iniuriæ magnitudo, si leui de causa irrogetur. Quam igitur ob causam Deum meum offendi? Propter modicam, & sædam carnis voluptatem, propter honoris punctulum, propter vile vnius nummi lucellum, propter breuem propriæ voluntatis gustulum; ac denique, propter res abiectissimas, instar fumi prætereuntes, quæ in Dei cõparatione, ita sunt, ac si non essent. Et propter huiusmodi, a Deum viuentem factis meis ne-

a Tit 1. 16.

gali,

*gauri*, atque ex illis idola, & falsos Deos mihi  
 constitui, dum pluris eos, quàm Deum ve-  
 rum æstimavi: adeoque intra me b *Christum* b *Heb. 6. 6.*  
*crucifixi*, quò Barrabæ, id est peccati, vitam  
 conseruarem. O Domine, quàm iustè cælis  
 imperas; vt c *obstupescant*; & *portis eius*, vt de- c *Hier. 2. 12.*  
*solentur vehementer*, propter duo mala, qua  
*fecit populus tuus*, quæque ego sceleratus pec-  
 cator, non semel sed sæpius admisi! nimirum,  
 quòd *dereliquerim te venam aquarum viuen-*  
*tium, & foderim mihi cisternas dissipatas, qua*  
*continere non valent aquas.* O laborem malè  
 collocatum! O insanam commutationem! de-  
 relinquare Deum infinitum, & fontem per-  
 petuum immensorum ac immortalium bono-  
 rum, pro desideriis bonorum temporalium, ac  
 periturorum, quæ similia sunt cisternis diffi-  
 patis, aquas continere non valentibus, sed sen-  
 sim in siccitatè abeuntibus. Anima mea, si vile  
 tibi videtur factū d *Esau*, qui *primogenita sua,* d *Gen. 25.*  
*prolentis edulio vendidit:* multo sane vilius erit 33.  
 tuum, qui cælestem primogenituram, propter *Heb. 12. 16.*  
 minimum huius vitæ commodum vendis. Ille  
 enim primogenita vendidit, vt vitam serua-  
 ret; tu verò hanc primogenituram vendens,  
 sempiternam mortem incurris: Quemad-  
 modum autem ille non inuenit locum pœ-  
 nitentiæ ad venditionem illam reuocandam:  
 sic par fuisset, nec tibi pœnitentiæ locum  
 concedi, cuius crimen multò grauius est quàm  
 illius: sed quoniam maior est diuina miseri-  
 cordia, ad illam summa cū animi submissione  
 D 4 accedens,



accedens, roga, vt malam hanc venditionem, quam peccando iniisti, gratiã suã dissoluat, atque rescindat.

DENIQVE in hac meditatione, & sequentibus, animus mihi in eo potissimum defigendus est, quòd sit incredibilis amentia, ea credere, quæ Fide credo; vitam verò adeo sceleratam agere, qualem ego ago: id est, credere, peccatum adeò magnum esse malum, vti explicatum est: & tamen illud committere; credere Deum esse tam bonum & iustum, & illum tamen offendere. *& idem de reliquis.*


PUNCTVM IV.

QVARTO, vehementi quodam & stuporis pleno affectu, in exclamationem prorumpam, admirans, quomodo creaturæ omnes hactenus me sustinuerint, quarum ego conditorem, & benefactorem tam grauitè offenderim? Quomodo Angeli, diuinæ iustitiæ ministri, *gladios suos flammeos* contra me non exeruerint; sed ab innumeris potius periculis me tutati fuerint, & hominis sceleratissimi patrocinium ac tutelam susceperint? Quomodo Sol, Luna, & stellæ, luce sua me illuminauerint, & influxibus suis conseruauerint? Quomodo elementa, volucres cæli, pisces maris, cæteraque animantia, & nascencia terræ ad mei sustentationem iuuerint? Confiteor Domine, indignum me esse panem, quem comedo; aqua, quam bibo; aere, quo respiro: imo nec dignum esse, qui oculos meos

GEN. 3. 24.

ad

ad cælum lenem, quin potius id mereri, vt fulmina inde vibrentur, quæ instar Sodomæ, & Gomorrhæ in cinerem me redigant: vel, vt terra dehiscens me viuum, instar Dathanis, & Abyronis, absorbeat: vel certè, vt nouæ ad enormia scelera mea castiganda, gehennæ excogitentur. Et quoniam ad me refrænandum, bonitas, sapientia, immensitas, omnipotentia, liberalitas, beneficentia, & charitas tua tantum non valuerunt, æquum esset, vt iustitia iniurias, diuinis hisce perfectionibus, & summis beneficijs illatas, vlcisceretur; vniuersisque creaturis eandem conferret facultatem, quam in nouissimo iudicij die illis data est, a quando *a Sap. 5 18.*  
*armabit creaturam ad vltionem inimicorum. vt eadem inquam, vindictam de me, ob iniurias earum Creatori, & ipsismet irrogatas, sumerent; quæ veluti instrumenta ad DEVM offendendum à me adhibita fuerunt. Quapropter, mi Deus, & creator, te supplex rogo & obtestor, vt, quoniam misericordiæ tuæ placuit, me ad pœnitentiam ad eò longanimiter expectare, prioribus beneficijs, & hoc quoque adijcias, vt omnium scelerum veniam tribuere mihi digneris.*  
 Amen.



## MEDITATIO VI.

PECCATI GRAVITAS EX  
*supplicijs temporalibus & aternis,*  
*quibus illud castigatur, co-*  
*gnoscitur.*

## PUNCTVM I.



PRIMUM consideretur lethalis peccati gravitas, conijciendo oculos ad omnes vitæ præsentis pœnas, & miserias, quarum illud est causa, quod Deus iustissimè eiusmodi flagellis temporalibus subiecit. Cuius rei probationem exhibet omnia bona tum extrinseca, quæ fortunæ appellamus; tum ea, quæ ad corpus pertinent: omnia enim illa, peccati causâ destrui, & pessundari, inuenimus: nam *in primis*, opes, diuitias, & reliquam temporalem substantiam destruit peccatum, quas Deus peccatoribus, malè eis vtentibus, ademit; sic enim Aegyptum pretiosa Monilium suppellectili, Iabusaos verò & Chanaanos eorum regionibus priuauit.

SECUNDÒ, destruit honorem; etenim qui Deo, & proximis, quantum in se est, honorem adimit; ipse quoque honorem suum meretur amittere. Nam propterea a *summus sacerdos Heli*, & filij eius, honoris sacerdotalis simul cum vita iacturam fecerunt, dicen-

a 1. Reg. 2.  
30.

dicente illis Deo, a *Qui me contemnunt, erunt ignobiles.*

**TERTIÒ**, destruit sceptrum & imperium: sic, propter inobedienciæ crimen, Deus b *Sauli* b 1. Reg. 13.  
regnum quod illi primo in Israel dederat, ab- 14. & c. 15.  
stulit. Et c Nabuchodonosor, propter sum- 23.  
mam animi elationem suã etiam perdidit, atq; c *Dan.* 4. 30  
septem annis, bestiarũ more, vitam duxit: *pra-*  
*cidente Deo arborem illam visu pulcherrimam;*  
eo quòd peccata illius non paterentur firmam  
consistere. Iusta autem Dei animaduersione id  
accidit: quoniam æquitatis lex postulat, vt nõ  
dominetur in terris, nec vllò singulari hono-  
re præfulgeat, qui summo cæli ac terræ Mo-  
narchæ subditus esse renuit; neque cæteris ho-  
minibus superemineat, qui per peccatum se  
bestijs similem facit.

**QVARTÒ**, destruit sanitatem: castigante  
Deo peccatores multis ac varijs infirmitati-  
bus, & plagis aded, d vt *à planta pedis vsque ad* d *Isai.* 1. 6  
*verticem capitis nulla sit in eis sanitas.* Non e-  
nim meretur habere sanitatem, qui totam eam  
in illius, à quo donata est, offensionem impen-  
dit: & qui animam gaudet habere infirmam,  
cùm in promptu sit medela, qua illam sanita-  
ti possit restituere: dignus est, qui corpore quo-  
que sit aded infirmo, & sancio, vt nullis reme-  
dijs curari valeat; instar illius e *paralytici, qui* c *Ioan.* 5. 5.  
*triginta & octo annis abud probaticam pisci-* 14.  
*nam (in qua cæteri sanitatem adipiscebantur)*  
*sanari nequiuir.*

**QVINTÒ**, tollit ab homine gaudium, &

volu-

voluptatem, illumque lethiferam complet tristitia, quae exiccat ossa, & vitam morte acerbiorum efficit. Quemadmodum accidit civitati, quae moerens dicebat: *f Repleuit me amaritudinibus, inebriavit me absynthio*; Et scelerato illi Antiocho Regi, qui ait: *g In quantum tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiae, in qua nunc sum; qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea.*

SEXTO, adimit vitam, & in foelicissima necis est causa. Etenim propter scelera Pharaonis, & Aegyptiorum, *h Angelus Domini vna nocte omnia illorum primogenita interemit*: & alio die, *i reuersa aquae maris rubri operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis*. Alius quoque *k Angelus in castris Sennacherib, centum octoginta quinque hominum millia percussit*. I Israelitae praeterea innumeri in deserto, propter murmurationes, varijs mortis generibus interierunt.

SEPTIMO, denique peccatum est causa trium illorum terribilium malorum, quae Dauidi proposita fuerunt, ut *m vnam eorum in ultionem peccati admissi, deligeres*: nimirum, *famis, belli, & pestilentiae*; quibus flagellis innumera hominum multitudo summa cum miseria, & rabie perire solet. Ex peccatis quoque proueniunt terrae motus, maris tempestates, aquae diluua, ignes, fulmina, grandines, tonitrua, aliaque his similia: quia cum peccatum sit vniuersalis conditoris iniuria, omnes crea-

turae

f Thren. 3.

15.

g 1. Mach.

6. 11.

2. Mach. 5.

c. 9.

h Exod. 11.

5. c. 12. 29.

i c. 14. 28.

k 4. Reg. 19.

35.

l Isai. 37. 35.

m Nam. 11.

33. c. 16.

49.

n 2. Reg.

24. 13.

tura velut instrumenta in ultionem sui creatoris conspirant.

Hæc omnia mihi metipsum applicans, & miserias, quas in me experior, cernens, intelligam, eas mihi iustissimè ob scelera mea irrogari; & certa experientia cognoscam (vti Hieremias propheta inquit) *a quia malum & amarum est, dereliquisse me Dominum Deum meum, & non esse timorem eius apud me.* Quamobrè ex horrore, quo poenas hæc temporales refugio, detestationem culpæ concipiam; dicamque animæ meæ: Si miserias & ærumnas præsentis vitæ adeò pertimescis; cur iniquitatem, quæ causa illarum est, non magis reformidas? Si paupertatem, & ignominiam horres; cur peccatum, à quo illæ existunt, & proficiscantur, non detestaris? Si ægritudinem corporis fugis; cur animæ infirmitatem non magis refugis? cum illa in temporaneam mortem, hæc verò in sempiternam desinat? O Deus æterne, superna, quæso, luce cor meum illumina, vt ex formidine pænæ corporis, discam timere culpam, & miserias animæ.

a Hier. 2.  
19.

## PUNCTVM II.

**S**ecundo cogitabo, peccatum esse malum, prædictis omnibus malis temporalibus, incomparabiliter maius, vsque adeo, vt nec illis omnibus simul, pars minima pænæ, quæ vel vnico tantum mortali peccato debetur, persolui queat, cuius rei nonnullas SS. Patrum rationes claras mecum expendam.

EARVM

D. Thom. 1.  
q. 48 art. 6.

a Luc. 18. 19

D. Dionys.  
cap. 4. de di-  
uinis nomi-  
nibus.

b 2. Mach.  
5. 43.

E A R V M *prima* fit: quia mala omnia re-  
cenſita priuant bonis creatis, quæ certis limi-  
tibus ac terminis bonitatis circūſcripta ſunt:  
at peccatum ſpoliat bono infinito, Deo videli-  
cet. Et quemadmodum a *ſolus Deus*, per ex-  
cellentiam, *bonus* appellatur, quoniam cæte-  
ræ res conditæ, quamuis aliqua bonitate præ-  
ditæ ſint, ſi cum Deo conferantur, ſunt quaſi  
non eſſent: ita quoque peccatum, abſolutè  
malum nominari poteſt; quia malitia reliqua-  
rum miſeriarum, ſi cum peccato componatur,  
eſt quaſi non eſſet: nec omnes illæ miſeriæ ſi-  
mul iunctæ efficere poſſunt, vt malus deno-  
miner, ſi peccatum deſit: cum è contrario ſo-  
lum peccatum, hanc mihi appellationem poſ-  
ſit imponere; etiamſi cæteræ omnes miſeriæ  
abſint. Hinc fit vt tametſi omnes calamitates  
præſentis vitæ, paupertas, dedecus, morbus,  
dolores, triftitiæ, perſecutio, cum omnibus  
tormentis, quæ SS. martyres perpeſſi ſunt, ſi-  
mul me premerent; non tamèn adæquarent  
miſeriam vel vnius peccati mortalis: ideoque  
alacri, & gaudenti animo potiùs hæc omnia  
perferam, quàm vnum crimen lethiferum ad-  
mittam, exemplo commotus inſignis illius  
martyris in lib. Machabeorum, qui ſatellitibus  
accerrima ſupplicia minitantibus, niſi man-  
datum vnum diuinæ legis, vt ipſi volebant,  
tranſgredereſtur, reſpondit: b *Præmitti ſe velle  
in infernum*: quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet,  
malle ſe ſummis cruciatibus, & contumelijs  
mactari, in fruſta concidi, & mille ſub terram

ſtadijs

Itadijs dei jci, quam huiusmodi icelus committere. O Martyres gloriosissimi, qui vos ad immanissima quæuis tormenta, & mortem ipsam obeundâ, quàm promptissimos obtulistis potius, quam lethale aliquod crimen, vel ad momentum admitteretis: vos ego supplex oro, vt talem mihi à summo, & sempiterno Rege precibus charitatem, ac fortitudinem impetretis, vt peccati deuitandi causa, quamcunque pœnam paruifaciam.

AD prædictorum confirmationem, & illud facit, quod malum culpæ, vsque ad eò excedat pœnæ malum, vt Deus, quamuis sit infinite bonus, possit auctor esse, & causa cuiusuis pœnæ, imò iuxta illud Amos Prophetæ: *c Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit:* omnium huiusmodi malorū author est Deus; quia illa nec ipsum efficiunt malum, nec eius bonitati aduersantur; at culpæ etiam minimæ, nullo pacto author, aut causa esse potest, eo quòd illa, bonitati eius aduersentur, quæ vt Abacuc propheta testatur, *d respicere ad iniquitatem non poterit*, approbando videlicet eam, vel sibi in ea placendo.

*c Amos 3. 6.*

*d Abac. 1. 13.*

EADEM ex causa, cum Deus humanam carnem indueret, potuit in se omnia mala pœnæ, quæ in mundo erant, assumere; at vt in illum vel minima culpa caderet, fieri omnino non poterat. imò citius CHRISTVS Dominus præter omnia tormenta, & contumelias, quas passus est, ad multo etiam maiores, & acerbiores, si fuissent necessarium, sese obtulisset, quàm

*D Tho. 3. p.*

*q. 14 & 15.*



quàm vel minimum aliquod peccatum admiffet. cuius vt ego vestigijs inhæream, idem mihi faciendum statuam, vehementer dolens, quòd secus hætenus fecerim. O Deus puriffime, qui, cum ab omni culpa, & pœna liber atque immunis esses, nostram naturam assumere, pœnisque nostris te subijcere voluisti, vt manifestum faceres, quanto odio, & horrore culpam prosequeris: in præfenti vita pœnis & cruciatibus me afflige, dummodo à culpa libereris in æternum.

*S. Thom. 1.  
p. 1. q. 48. art.  
6. in: Sed  
contra.*

HINC deducitur tertia ratio, quæ gravitatem culpæ multo evidentius declarat: nimirum quod Deus infinitâ sapientiâ suâ, præfentis vitæ mala ordinet, ad medicinam peccati. Cum aut nullus medicus, qui alicuius prudentiæ sit, magnû aliquod malum faciat, in minoris mali curatione: manifestum hinc sumitur iudicium, omnes hæc miseras minores ac leuiore esse quàm peccatum. Ac propterea piissimus Saluator ac medicus noster IESVS Christus voluit immania supplicia in passione, & morte subire, vt nos à criminibus nostris eriperet. Quæ nihilominus tormenta, quamquam multo acerbiora extitissent, sceleribus tamen nostris paria non essent, neq; ad eorum curatione & satisfactionem sufficere, nisi persona patiens, infinitæ dignitatis esset, ac sanctimoniz.

EX quo tum odium maximum, & horrorem, tam grauis morbi concipiam, cui curando, ad æd acerba sint pharmaca, & antidota ne-

cessaria,

necessaria; tum magnam solidamque in meis  
aduersitatibus tolerantiam habere studebo:  
apud me statuens, eas, etsi acerbissimæ essent,  
incomparabiliter tamen iniquitatibus meis  
esse mitiores. & idè potiori adhuc iure, quam  
S. Iob, dicam: *Peccavi & verè deliqui; & ut e Tob. 33. 27.*  
*eram dignus, non recepi.* O cælestis medice, qui  
plagarum mearum grauitatem probè cogni-  
tam, & perspectam habes, hic vire, hic seca,  
dummodo reddas me sanitati.

## PUNCTVM III.

**T**ertio, cognoscitur peccati grauitas,  
cum ad pœnas æternas cõparatur, *Primum*  
*enim tantum illud est malum, vt,*  
posteaquam omnium malorũ presentis vitæ  
quæ paulò ante sunt enumerata, causa fuit; ac si  
nihil illa essent, sempiterna quoq; futuræ vi-  
tæ mala perinde infert: quia Deus peccatori  
in sceleribus suis perseveranti, ita etiam illa  
infligit, atque si nulla in eum animaduersione  
in hac vita vsus fuisset, aded vt nec decem AE-  
gypti plågè; nec ignis, qui ignominiosam Pen-  
tapolim exussit; nec flagella infelicitis Hiero-  
solymæ; nec pœnæ, & calamitates, quas pecca-  
tores Deo rebelles in hac vita patiuntur, ad-  
rationes, & computum acceptentur; aut quic-  
quam momenti allatur; & sint ad alleuiationem  
tõrmentorũ inferni: quæ potius eadem in-  
tensione infligentur, atque si nihil vnquam in  
hac vita sustinuissent. Hinc est, quod Propheta  
Nahum negligens, & parui pendens huius vitæ

a Nahum.  
1. 9.  
Lib. 13. mo-  
ral. cap. 13.

castigationes dicit, a non *consurget duplex tribulatio*. tum quòd castigationes istæ censentur quasi non essent; tum quod (vtri S. Gregorius ait) æternorum tormentorum sint quasi principium.

In illud  
Psal. 49.  
Ignis in con-  
spectu eius.

SECUNDÒ, perpendam iustissimæ huius seueritatis rationem. Nam peccatum, cum sit iniuria quædam infinita, eo, quo superius declaratum est, modo; omnes verò vitæ præsentis pœnæ sint finitæ, non esset inter pœnam, & culpam æqua proportio, nisi aliæ succedat pœnæ, quæ aliquam sibi coniunctam habeant infinitatem; cuiusmodi sunt illæ inferni, ex duplici capite: tum quòd æternæ, nec vllum durationis finem habituræ sint; tum quòd bono infinito priuent, visione videlicet Dei. Vnde S. Augustinus, quamuis peccatoribus, inquit, iudicium vniuersale in mûdi termino subeundû non foret; quanquam per omnem æternitatem in summa deliciarum huius mundi affluentia sine vlla pœnæ alicuius formidine victuri essent: attamen ob hoc solum, quòd à foelicissimo Dei conspectu æternùm separentur, amarissimè illis flendum esset: neque enim vllum huic parem pœnam vel animo comprehendere potest, qui ex vitæ Fidei lumine nouit, quid sit Deus: Sed quoniam hæc amantibus duntaxat pœna est; non contemptibus: paucissimi verò in hac vita illam sentiunt, alia quoque illis pœna, quam omnes sentiant, & qua vehementissimè crucientur, constituta est: ardentissimi videlicet gehennæ ignis, in cuius com-

para-

paratione, poenæ huius vitæ leuissimæ sunt, atque si poenæ non essent. Quomodo igitur non contremiscam, in peccatis meis obstinatus harere: qui hoc ipso mereor, ut duplex in me consurgat tribulatio. & b *dupli- b Hier. 17. 18.*  
*plici contritione me conterat* DEVS, temporalis enim castigatio vestigium quoddam, siue principium est suppliciorum æternorum. O DEVS immense, libera me ab hac rebellione, & obstinatione; ne tantam subeam miseriam.

## PUNCTVM IV.

**P**OSTREMO, considerabo summum, quod verissimè de peccato dici potest: nimirum, cum tam sint immania mala solius poenæ, quæ damnati sustinent in inferno: peccatum tamen omnibus illis incomparabiliter maius malum esse; vsque adeò, ut si quis inferni tormenta sine peccato pateretur, alius verò vnum duntaxat lethale peccatum admitteret, hic multis partibus peior illo, & miserior existimandus esset. Et, si vno in latere omnia inferni supplicia sine culpa aliqua constituerentur: in altero autem vnum duntaxat mortiferum crimen, mihi quæ vnum è duobus his eligendum foret, citius ego (ait Sanctus Anselmus) in inferni tormenta me proijcerem, quàm vel vnum lethale peccatum admitterem: Et potiùs cum Sancto Eleazaro dicerem: *Præmitti me velle in infernum sine peccato, quàm in viuis manere*

*Lib. de simi-  
litud. cap.  
190.  
S. Bern. ser.  
35. in Cant.*

a *Ecll.* 28.  
25.

cum illo: eo quod a *mors culpæ* (vt Sapiēs ait) sit *mors nequissima*, & *vtilis potius inferus quàm illa*. O Deus immense, verissimam hanc sententiam quam altissimè cordi meo imprime, vt multò vehementiùs peccatū, quàm infernum extimescam: quia reuera, non est peior infernus, quàm viuere in peccato.

b *Hier.* 30.  
14.

Anima mea, summa acerbitate plange scelerata tua, non modò, quia illis infernum commueris; sed multò magis, quòd grande malum contra Deum perpetraueris. Desine à peccatis, b ne forsitan Deus *percutiat te plaga inimici, castigatione crudeli*, permittens te in sceleribus tuis indurari, vt postea æternis supplicijs in te animaduertat.

*Lib. 3. officior. cap. 4.*  
& 5.

Quòd vltimam hanc exaggerationem, aduertendum est, non idcirco eam adiectam esse, quod necessarium sit, hanc fieri comparationem: cum nullus vnquam, inferni supplicia subiturus sit sine peccato: nec eiusmodi casus euenire possit, vt pro peccato vitando infernus sit eligendus: verum, vt euidentius liqueat, quàm ingens malum sit peccatum, & quàm dignum, quod maiori in horrore, & odio habeatur, quàm ipse infernus. Propterea S. Ambrosius, nullam, ait, poenam esse grauiorem vulnere conscientie: nec vllum seuerius iudicium, quàm domesticum illud, quo quisque se ipsum iudicat esse reū. Etiam si (inquit idem S.) iusto annulus Gygis daretur, cuius beneficio latere posset, cum delinqueret, nō tamen peccatum admitteret: quia non formidine poenæ,

sed

sed horrore peccati, & amore virtutis illud declinat.

*Quae in hac meditatione generatim dicta sunt, apertiora fient, ex ijs quae in sequentibus, de quatuor hominibus novissimis; & particularibus, quae septem capitalibus peccatis respondent, animaduersionibus, dicentur.*

MEDITATIONES DE HOMINIS NOVISSIMIS, ad excitandum peccati odium.

**M**EDITATIONES de hominibus NOVISSIMIS, quae sunt, MORS, & SEPULTURA; IUDICIUM particulare & vniuersale; INFERNVS, PURGATORIUM; & GLORIA caelestis: efficacissima sunt ad permouendas hominum mentes, ad peccati detestationem, & firmum animi propositum concipiendum, illud totis viribus fugiendi. Nam propterea inquit Ecclesiasticus. *a Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Moyses quoque his verbis Israeliticum populum affa: ur. b Vtinam saperent & intelligerent, ac NOVISSIMA prouiderent: quibus indicat veram sapientiam, intelligentiam, & prouidentiam nostram, consistere in meditatione, ac ruminacione diligenti earum rerum, quae in fine vitae nobis euenturae sunt: sic eas praueeniendo, vt ne imperatos opprimant. Nomina* *rim verò, MORTIS meditatio eam vim ha-*

a Eccles. 7.

40.

b Deut. 32.

29.

bet, vti quotidiana docet experientia. ac propterea omnes, in quacung, trium viarū, PURGATIVA, ILLUMINATIVA, & VNITIVA versentur, vtilissimè sese in ea exercebunt, diuerso licet sine. TYRONES, ad peccatorum suorum purgationem, priusquam mors illos occupet, & imprudentes è medio tollat; PROFICIENTES, vt totis viribus virtutū acquisitioni instent: statuētes secum, tempus merendi esse breuissimū, & illud velocissimè præcideret; PERFECTI, vt res omnes conditas perficere atq, ex animo contemnant, ingentiq, desiderio Creatori suo per amorem coniungi atq, vniri satagant: Quamobrem, et si tradimus considerationes, quæ omnibus vniuersim cōducant; sed eas maximè, quæ conferunt ad Purgatiuam, de qua nunc agimus.

## MEDITATIO VII.

DE PROPRIETATIBVS  
Mortis.

**I**N hac meditatione, nonnullas MORTIS proprietates proponemus: finesque, quos in illis Deus, nostre vtilitatis causâ potissimū spectauit: quas ad tria præcipua capita reducemus.

## PUNCTVM I.

**P**RIMA igitur MORTIS proprietas est, quod sit *a* certissima, ita vt nullus omnino, tempore à Deo præstituto, eam possit euadere. a Heb. 9. 27.

CIRCA quod *primò* mihi expendendum erit: Deum iam inde ab æterno *b* *mensuratos* apud se *habere annos vitæ* vniuscuiusq; hominis; imò mensem, diem, & horam, in qua quisque moriturus sit, in notato habere, *qui* (vti S. Iob ait) *c* *præteriri non poterunt*; nec Regum aut summorum huius mundi Monarcharum aliquis sibi vel alteri, vel vnicum vitæ momentum potest adijcere, ad id, quod Deus decreuit, Ac proinde, sicut in hanc lucem ingressus sum, die & hora, qua Deo placuit, non ante: ita lucem quoque hanc desideram die, & hora, qua Deo visum fuerit, non postea: vt hinc intelligam, me omnem diem, quo vivo, ex gratia ab eo accipere; sicut eos, quibus vixi, eadē gratiā accepi: cum Deus spatia vitæ meæ potuerit abbreviare atq; præscribere, quemadmodum alijs fecit; qui vel in utero matris, vel in pueritia viuere desierunt. Igitur, cum vita mea à Deo tota dependeat, iustum est, me vniuersum illius tēpus, in eius seruitiū, qui illam mihi impertitur, impendere; ac pro summa ingratitude reputare, vel vnicum illius momentum, in eius offensione consumere.

SECUNDò, recolam, Deum hos suo decreto, nonnullis hominibus, dies, quibus supra,



terram, iuxta naturalem suam complexionem  
viuere poterant, abbreviare, vel producere,  
propter secretos suauissimæ suæ prouidentie  
fines. Nonnullis enim propter suas, vel alio-  
rum sanctorum orationes dies vitæ prorogat:

a 4. Reg. 20.  
6.

quemadmodum fecit d*Ezechia Regi*, cui, *quin-  
decim annos vitæ adiecit*, eò quòd magna cum  
instantia, & lachrymis id postulasset; idem  
quoq; accidit in defunctis, miraculosè ad san-  
ctorum preces resuscitatis. ALIIS vitam ab-  
breuiat vel ad ipsorum salutem, dum (vt ait

b Sap. 4. 11.

Sapiens) *brapit illos in infantia, ne malitia mu-  
taret intellectum illorum, aut fictio deciperet  
animas eorum*: vel è contrario in pœnam gra-  
uium scelerum, præcidendo eorum gressus, ne  
grauiora alia, prioribus adijciant. Nam idcir-  
cò Dauid de talibus ait. c *Viri sanguinum &  
doloſi non dimidiabunt dies suos*. Nonnunquam  
vitam aliquibus breuiat, in leuioris alicuius  
criminis punitionem; quemadmodum euenit

c Psal. 54.  
24.

d *Prophætæ illi*, qui alterius astutia circum-  
uentus, manducauit in loco, in quo Deus illi  
cibum sumere prohibuerat.

d 3. Reg. 13.  
24.

Ex quibus omnibus eliciam firmum propo-  
situm, ita deinceps vitam meam instituendi, vt  
Deus propter peccata mea illam non abbrevi-  
et, rogans illum cùm Dauid: e *Ne reuocet  
me in dimidio dierum meorū*, accelerata mor-  
te: memento, annos tuos æternos esse; ideo-  
que meorum, qui pauci sunt, commiseratione  
tangere.

e Psal. 103.  
25.

## PUNCTVM II.

**S**ECUNDA MORTIS proprietas est, eam, quoad diem, locum, & modum, esse omnibus hominibus incertissimam, soliꝫ Deo manifestam.

**CIRCA** quòd primò, mecum expendam, neminem scire posse diem & horam, qua sibi sit moriendum; neque locum aut occasionem, qua mors ipsum occupabit; nec mortis genus, quo sit ex hac vita tollendus, naturaline (præuia nimirum infirmitate, quâuis incerto morbi genere) an verò violenta; vt igne, aqua, hominum aut ferarum violentiâ; an fulmine de cœlo, regulâ fortuito è tectò delapsa; an demum alio mortis violentæ genere necandus sit. Hoc tantùm nouit quisq; mortem siue infirmitatem extremam, illiusque occasionem, repente venturam, hominemque imprudentem, ac de a illa minime omnium cogitantem, adorituram, more b latronis, qui nocturnis horis furtim in ædes irrumpit, vt nos spoliet; & quicquid preciosi repererit, auferat. c *Dies enim Domini* (dicente Paulo Apostolo) *sicut fur in nocte, ita veniet.* vt domos corporû nostrorum conscendat; indeque omnium quod habemus preciosissimum, id est, animam, abstrahat, iudiciûmque de ea faciat.

**Secundò**, exquiram apud me, quem in finem voluerit Deus horam mortis hominibus esse occultam: nimirum, vt nos ad vigilantiam ingenti huius horæ formidine excitaret: quò illam pœnitentia peccatorum præueniremus,

E s ante-

I.

a Matt. 24.

42. 44.

b Luc. 12. 40

c 1. Thes. 52.

Apoc. 16. 15.

II.

d Eccles. 9.  
10.e Ioan. 12.  
55.f Math. 25.  
11.

g Luc. 12. 40

h Luc. 12.  
35 &c.

antequã mortis hora nos occupet: d & quocunq; facere potest manus nostra in meritorum & virtutum acquisitione, aliisque piis laboribus, e *instanter operemur, dum lucem habemus; ne, candela ex improviso deficiente, tenebra nos comprehendant.* Hoc monuit Christus ipse, dum parabolis, quas in hanc rem produxerat, his verbis concludit. f *Vigilate, quia nescitis diem neque horam.* Et *gestote parati, quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet.* His ego verbis meipsum identidem exhortabor, mihiq; dicam: h *Præcinge lumbos tuos* diligenti passionum ac vitiorum mortificatione, & *lucerna ardentis* virtutum ac bonorum operum *sint in manibus tuis; & summã vigilantia expecta Dominum tuum: veniet enim die, qua non speras; & hora, qua nescis: &* quam tu minimè cogitas, illa fortassis est, quam ille ultimam esse decreuit: in qua nisi te bene paratum inuenerit, Heu quàm eris deceptus!

## III.

TERTIO, statuum apud me omnes mortes improvisas ac repentinas, quæ vnquam euenerunt, & quotidie eueniunt, esse totidem admonitiones, quibus me Dominus, huius veritatis admonet; quò, metu concepto, ingentium sollicitudine ad instantem mortem me præparem: mors enim, quæ hominem quemcunque occupauit, me quoque adoriri potest. Quamobrem, quando intueor, aut referri audio, nonnullos repente gladio cecidisse; alios hostium suorum manibus interemptos esse;

alios,

alios, cum sani dormitum concessissent, ex-  
 tremum mortis somnum obdormiuisse: me-  
 tum inde atque documentum accipiam: cum  
 sit possibile, me quoque huiusmodi repen-  
 tina morte, & ex improviso tolli. Ideoque  
 diligenter mecum perpendam, ob quodeun-  
 que mortiferum crimen, mereri me, simili  
 morte mulctari, nisi statim confugiam ad a-  
 sylum pœnitentiæ; quod CHRIS TVS in-  
 dicauit, cum similes duo casus per illa tem-  
 pora euenissent; interimente videlicet P. la-  
 to Galilæos quosdam; & turri Siloe Hieroso-  
 lymis repentino casu octodecim homines  
 conterente; cum enim hæc ei relata essent.  
*i Putatis, inquit, quod hi Galilæi & Ierosolymita, præ omnibus Galilæis & Ierosolymita peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed, nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.*  
 Quod perinde est ac si dixisset: Quando vide-  
 ritis, quempiam repentinâ, & infelici mor-  
 te tolli, nolite vobis inanem promittere se-  
 curitatem, reputantes vobiscum, hoc illi e-  
 uenisse, quod multis, & grauibus peccatis im-  
 plicitus esset: quia verè affirmo vobis, quod  
 omnis peccator, etiam cuius peccata tam  
 graua non sint; nisi pœnitentiam agat, hæc  
 animaduersione, eodemque modo, vt illi  
 perierunt, perire sit dignus. Cum hæc igi-  
 tur ita se habeant, quomodo non timeo,  
 vel vna hora in peccato mortali, cuiuscum-  
 que generis illud sit, permanere? Quis  
 mihi

mih

k Eccles. 30.  
24.

mihî fecuritatem tribuit, nō venturum super me simile flagellum, quod iustissimè promerui? Quis me solū, à generali hac Christi in peccatores impenitentes interminatione, immunè fecit? O miser, & infelix peccator, *k miserere anima tua*, & da operam, vt Deum per pœnitentiam places, priusquàm de repente in hanc miseriam incidas.

PUNCTVM III.

a Heb. 9. 27.

**T**ERTIA mortis proprietas est; quod semel tantummodò subeunda sit, iuxta illam Apostoli Pauli sententiam, *a Statutum est omnibus hominibus semel mori*, Ex quo sequitur, errorem ac detrimentum malæ mortis, cū sit omnium summum, nullum tamen in omnem æternitatem habere remedium; quemadmodum fors bonæ mortis, fælicitatē æternam adfert, sine iacturæ periculo. Si itaque semel in mortali peccato defunctus fueris, nunquam reperturus sum medium, ad iacturam hanc reparandam, quia (vti Salomon *b Eccles. 11. 3* inquit) *b Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.* id est, Si homo à morte præcisus, ad Aquilonē Inferni, propter obstinationem in peccatis, ceciderit; nullum illi vnquam superesse remedium, quo gratiam Dei recuperare, aut pœnas euadere valeat: Si verò ad Austrum Cæli, ob perseuerantiam in gratia Dei, ceciderit, nullo vnquam tempore formidabit; se aut crimen aliquod denuo admissurum, aut cælestem gloriam amissurum.

EX

Ex harum rerum viua & efficaci consideratione, *primo* quidem in me ipso obstupescā, & admirabor; quomodo fieri possit, ut maxima Fidei certitudine ista credens, in tanta nihilominus salutis meæ incuria, & voluntaria rerum, quarum mea maximè interest, obliuione, viuam! Deinde operam dabo, ut me ipsum excitem ad amplectendam citissimè poenitentiam, & morum correctionem, Spiritulq; feruorem; supplici prece Dominum rogans, ut arborem vitæ meæ, tali tempore, loco, & occasione succidat, ut non ad Aquilonem Inferni, sed ad Austrum Cæli cadat.

EXAMINABO quoq; me ipsum, (vti S. Bernardus monet) Si Deus me modò præcideret, *Serm. 49. parvorum.* ad quod latus casurus essem? & enitar, securam reddere causam meam, dignos veræ poenitentiae fructus proferendo, quibus a bor ad austrum cælestis gloriæ inclinatur: ut, si tum præcisa fuerit, in eam transplantetur.

*Quibus verò practicis deceptionibus homines circa tres prædictas veritates circumue-  
niantur, meditatione duodecima de-  
clarabitur.*

— 50 —

## MEDITATIO VIII.

*DE IIS QUÆ HO-  
mini morti vicino, afflictio-  
nem, & anxietatem adferunt.*



A, qua me in hora mortis vehemē-  
ter torquere, & ingentem ma-  
rorem animo meo adferre potuerūt,  
ad tres ordines reduci possunt. A-

liqua enim sunt iam præterita, nonnulla adhuc  
præsentiā, alia futura. Quæ ut efficacius sentire  
valeam, imaginabor, horam illam terribilem,  
iam mihi esse præsentem; meq; in lectulo à me-  
dicis desperatum; atq; omni spe vitæ destitu-  
tum iacere. Quod quidem persuaderi non est  
difficile, cum fieri possit, mihi hæc dicenti, le-  
genti, aut cogitanti, vnicum tantum vitæ diem  
superesse; cumq; certum sit, diem quendam mi-  
hi ultimum esse futurum: possem animo statue-  
re, hunc ipsum esse, qui iam adest.

## PUNCTVM I.

I.

**P** R I M O igitur, considerabo, quantum  
mihi cruciatum, & afflictionem allatura  
sit, memoria rerum præteritarum;  
quarum præcipuas percurram.

**P** R I M O horrendum in modum torque-  
bit me præteritorum peccatorum recorda-  
tio: omnium puta carnis libertatū, vltionū

libi.

libidinum, ambitionum, aliarumque cupiditatum inordinatarum, quibus ari toto vitæ meæ decursu; quin, & tepiditatum in diuinis obsequiis, & aliarum negligentiarum, & omissionum, cum reliquis vitiis; quæ necdum satis defleui, & emendaui. Imaginabor itaque ex omnibus peccatis constitui quasi exercitum quendam, a *taurorum, leonum, tygridum*, a *Psal. 21. 13.* aliarumque ferarum me obsidentium, & cor meum dilaniantium: vel exercitum quendam horribilium vermium, conscientiam meam rodentium, & remordentium ita, vt nec o pes, nec delicia, quibus gauisus fui, suffecturæ sint, ad truculentas eorum fauces obturandas: quia post voluptatem culpæ, nihil remanet, nisi acerbitas pœnæ, & post dulce vinum sensualium voluptatum epotum, cogar *b feces amarissimas* exhaurire. Tunc implebitur quod vates regius ait: *c Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circumdederunt me, praoccupauerunt me laquei mortis.* *b Psal. 74. 9*  
*c Psal. 17. 5*  
*6.*

O dolores amarissimos! O torrentes rapidissimos! O laqueos arctissimos! è quibus, propriis viribus me expedire non valebo, & vix ad vilitatem meam illos conuertere: dolorum namque amaritudo prouocabit me ad diffidentiam; torrentium vehemens furia iram meam perturbabit; laqueorum angustia guttur meum stringent; vt veniam à Domino flagitare nequeam: cacodæmone sic virgente, ne ab illis expediar.



ANIMA mea DEFLE, & confitere diligenter peccata tua in vita, ne in morte turent, crucientque te. d *Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triste?* subito enim transierit gaudium, & succedet violenter tristitia. d *De propitiato peccato noli esse sine metu:* ne, quod in vita negligenter lachrymis expiasti, in morte reu:rescat.

H A B C & huiusmodi alia documenta, quæ Ecclesiasti. c. 5. tradit, eliciam ex hac consideratione; firmo animi proposito, in opus ea quamprimum conferendi.

II. SECVNDO, expendam mecum, tunc non modo afflicturam, & cruciaturam me recordationem peccatorum, verum etiam temporis preciosissimi, & plurimarum occasionum iacturam; quæ ad negotium maximi ponderis, id est salutis meæ tractandum mihi concessæ erant. Tunc desiderabo vel vnicum diem ex multis, quos dormiendo, ludendo, confabulando perdidit: nec mihi dabitur. Tunc maximum ex eo animi dolorem percipiam, quod Sanctissima Ecclesiæ Sacramenta, orationis, & pietatis exercitia non frequentauerim, diuinis inspirationibus non responderim, conuersionibus verbi diuini non interfuerim; eleemosynas in pauperes non erogauerim, nec amicos mihi fecerim, qui me in æterna tabernacula susciperent: sanctos nullo speciali cultu ac veneratione affecerim, qui in tremendo hoc articulo, intercessorum, & aduocatorum munere pro me fungi possent. Tunc firma propo-

ta,

ta, si vita paulisper prorogaretur, ea perficiendi, quæ, cum facultas adesset, neglexi, erunt fortè mihi inutilia, quemadmodum fuerunt infælici Regi Antiocho, Israeliticæ gentis persecutori immanissimo, de quo, in mortis articulo existenti, licet ingentibus Deum promissis oneraret, sacræ literæ dicunt, quòd, e orabat *scelustum Dominum, à quo non esses misericordiam conse. uturus.* non quòd Deo misericordia; sed quòd, ad eam obtinendam, vera dispositio infelici illi deesset: quia omnia hæc proposita, ex seruilis omnino timore proficiscebantur; erentque instar præli, ad salutem violenter extorquendam: quasi Deum sicut homines circumuenire posset.

1. Mach. 6 8

2. Mach. 9 13

Ex hac consideratione colligam, horam mortis talem esse, quæ omnes dolos ac fraudes releget; eo quòd tunc multo aliter de rebus ipsis iudicetur, quàm modò. reputabo namque, *frivilitatem esse* (vti Ecclesiastes inquit.) quod priùs existimabam esse sapientiam; & è contrario, sapientiam esse, quod antè rebar esse stultitiam. Vera igitur sapientia in eo cõsistit, vt, modò statuat facere, quæ tunc fecisse vellem: idque statim opere exequi. Lex namque communis, & ordinariæ est, quòd is, qui sanctam, & innocentem vitam agit, sanctè quoque moritur: qui autem sceleratè viuít, similem quoque exitum fortitur. Speciatim verò firmum faciam propositum, nullum temporis punctum, nec vllam profectus occasionem omit-

Eccl. 2. 10.

10.

g Eccl. 14.  
14.

tendi, memor illius, quod dicit Ecclesiasticus  
g *Non defrauderis à die bono, & particula bona  
diei non te praterat*, sed commodum ex om-  
nibus haurias, ad illius, qui ea concedit, lau-  
dem, & gloriam.

PUNCTVM II.

a Psal. 48.  
12.

SECUNDO, considerabo ingentem affli-  
ctionem animæ meæ, quæ ex derelictio-  
ne omnium rerum præsentium orietur, si  
eas mala conscientia, aut inordinata affectio-  
ne possideo. ideo quæ persuadeo mihi, quòd in  
ea hora inuitus, & omninò nolens, tria potif-  
simum rerum genera relinquere cogar.

I.

b Eccl. 41.1.

PRIMUM, diuitias, dignitates, officia, vo-  
luptates ac possessiones, quas habeo; nec earum  
rerum quicquam mecum ferre poterò; & quò  
hisce bonis locupletior fuero, eò maiori ani-  
mi mæore illa relinquam. Quia b *mors* (vt  
Ecclesiasticus ait) *amar a est homini pacem ha-*  
*benti in substantiis suis*, & longiorem adhuc  
vitam, quò diutiùs illis frui valeat, desideran-  
ti. Hanc verò acerbiter maiorem in modum  
augebunt peccata, quæ in earum acquisitione,  
aut vsu cõmissa fuerunt: sic diuinâ iustitiâ ordi-  
nante, vt quæ vitiosarum hominis voluptatum  
instrumenta fuerunt in vita; eadem carnifices  
sint, & tortores in morte. Tunc adimplebitur  
quod in S. Iob de peccatore scriptum est. c *Pa-*  
*nis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum*  
*intrinsecus. Diuitias, quas deuorauit, euomet;*  
*& de ventre illius extrahet eas Deus. Caput a-*  
*spidum suget, & occidet eum lingua viperæ.* Quod

c Tob. 20. 13.  
14.

perinde

perinde est, ac si dixisset: Delitiæ ac voluptates eius conuertentur in fel; opes nauseam, & molestiam illi parient: nec tamen animum adiciet, vt vel de eis disponat, vel eas relinquat, quo ad usq; mors illas vi auferat; eñ verò serpentibus ac viperis inferni torquendum propterea tradat, quòd cum peccato illas acquisierit, & possederit. SECVNDO, eadē hora separabor à parentibus, fratribus, amicis, aliisq; omnibus notis, quos vel naturali, vel alio, siue licito, siue illicito amore dilexi. Cū verò d *nō* *d. D. Greg*  
*deseratur sine dolore, quod ù amore possidetur,* *1. Moral. c. 13*  
 quò maior est amor in rē possessā, eò necesse est maiore esse doloris sensū, quando ea relinquatur; incredibilis ergo tūc me dolor exagrabat, ob hāc à personis, & rebus mihi carissimis separationē, quibus anima mea est conglutinata, cuius doloris atq; anxietatis vi Regis illius, in verba prorumpam. *e. Sicine separat amara mors?* *e. 1. Reg. 15.*  
 Fierinē potest, vt ego illos, quos *32.*  
 ingēti cōplector amore, derelinquam? vt amplius eorū cōspectu, & contubernio nō fru-  
 ar? O mors amara, cur animum meum tanta  
 complex amaritudine; & magno cū incērore  
 diuellis à me, quod magno cū gaudio possedi?  
 TERTIO, & postremò, eadē horā, animæ  
 meæ deserendū erit corpus, cū quo veterē, &  
 arctissimā habuit amicitia; atq; porrò mūdus,  
 & omnia quæ mūdi sunt, sine spe, vllò vnquā  
 tēpore ad illa redeūdi, eaq; videndi, audiendi,  
 gustandi, aut tangendi. Et si immodico amore  
 corporis, vitæ, reliquarūq; rerum mundi hu-

II.

d. D. Greg  
1. Moral. c. 13

e. 1. Reg. 15.

32.

III.

ius visibilis teneor, necesse est, ut in hac separatione maximus me dolor opprimar. Quod facile conicere possum, ex ingenti molestia, & mærore, quo afficior, quando opum, honoris, aut famæ iacturam facio; aut à meis diuisus, à patria exulare, & in aliena regione peregrinari cogor; aut quando aliquod membrum à corpore mihi præcinditur. Hæc enim omnia simul, & confertim euenient mihi in morte, adiuncta alia conditione multò acerbiori, nimirum quod omnis sublata sit spes, ea in hac vita recuperandi.

POSTEA QVAM ea, quæ in vnaquaque harum trium considerationum posita sunt, diligenter expendero, ingrediar meipsum, & examinabo, num immodico rerum illarum amore detinear: Quod si ita esse deprehendero, enitar, illum vi huius considerationis, & vsu mortificationis radicitus extirpare: hoc enim est in vita, & magno emolumento mori: mortem ipsam anteuertendo, ut cum venerit, non sentiat: quemadmodum faciunt Religiosi, qui terrena omnia, Christi amore deserunt: quem supplici prece obtestabor, ut gratiam, & opem ad hoc ipsum agendum mihi largiatur, dicens: O Deus æternæ, *f in cuius manu sunt anime iustorum, quas sub tali protectione atque tutela, non tangit tormentum mortis, extirpa ab anima mea omnium rerum visibilium inordinatum amorem; ut, cum eas re ipsa relinquam, nullo afficiar dolore. Anima mea, si triplici hac mortis amaritudine non vis tangi, ac mole-*  
lestari,

f Sap. 3. 1.

lestari, noli ea diligere, quæ mors tibi aufere potest: facile enim & sine dolore deferes: quæ sine amore possederis.

PONDERABO quoque in eisdem considerationibus, magnam esse clementiam propter ea, quæ post breuissimum tempus relictu: usum, Deum offendere; & æternam animæ meæ salutem, in discrimen vocare: quocirca proponam firmiter, quicquid in hoc periculum me, cõigere possit (siue homo, siue aliud quoduis temporale bonum sit) illud deuitare, illique mori, antequam propter illud Deo moriar; prorsusque abiicere, & abdicare, antequam me illud à Deo abstrahat. Propterea namque Christus Redemptor noster inquit: *se g venisse in terram, non vt pacem ferret, sed gladium & h separationem*, separando hominem ab omnibus, quæ sempiternam illius salutem præpedire possint. O dulcissime Seruator, trade mihi nunc gladium mortificationis, vt amputem à me, quicquid possit me separare à te; & omnibus creatis rebus salubriter moriar, vt tibi creatori meo in omnia sæcula sæculorum viuam, Amen.

## PUNCTVM III.

TERTIO, expendam mecum, quantam afflictionem, & angustias in hora mortis allaturus mihi sit timor reddendæ rationis, & seueri Dei iudicii, post mortem mox subeundi; necnon ignorantia sententiæ, quæ in meæ saluationis negotio, ferenda est.

HVIUS timoris magnitudo tres maximè

IV.

g Mat. 10.

34.

h Luc. 12. 51.

- I. ob causas vehemens erit. Quarum **PRIMA** EST: quia malum, quod timetur, est omnium malorum supremum, malum æternum, & irremediabile, ad cuius ianuas iam iam appropinquo. **SECUNDA**: quia sententia, quæ ferenda est, erit definitiua, & irreuocabilis, & nemine resistente, statim executioni mādabitur.

III. **TERTIA**: Quia causa ex parte mea est vehementer dubia: quando quidem constat mihi de admissa culpa; de vera autē eius pœnitentia nō ita. & conscientia certò accusat, quod summū hunc Iudicē offenderim: nō tamē dicat, quod bonis eundem actionibus placauerim, vt propitiū eū propterea sim habiturus: *a nescit enim homo, an amore vel odio dignus sit: & quamuis b nihil mihi conscius essem, non tamē in hoc iustificat⁹ esse: quia, qui iudicat me, Domin⁹ est: & fieri potest, vt ipse reperiat, quod ego nō inuenio*

a Eccl. 9.1.

b 1. Cor. 44.

**PROPTER** has omnes causas erit timor hic sœuissimus: si enim qui litem seu controuersiam habent de aliquo negotio, in quo tota illorum substantia, honor, & vita vertitur, die illo, quo sententia pronuncianda est, magno metu premuntur: quāto maioris timoris cruciatus animū meū premet ac vexabit, cū diei proximus ero, quo definitiua saluationis vel condemnationis meæ sententia est proferenda? si tūc viri magna etiā sanctitatis laude celebres, insolito timore concutiuntur, quātus me miserum ac infellicē peccatorē timor, & horror inuadet?

**AVGEBITVR** verò maiorem in modum timor hic, & perplexitas animi, sagacitate, &

vafricie Lacodæmonis, qui tunc *c sciens, quod* c. Apoc. 12. 12  
*modicum tempus habet,* maiori furia ad homi-  
 nem tentandum accedet, omnesque suas vires  
 explicabit, eoque cōferet, vt illum in despera-  
 tionem inducat: scelera eius supra modum  
 amplificans, & diuinæ iustitiæ in sceleratos  
 homines rigorem exaggerans: dicet: iustum  
 esse, vt qui malè vixit, malè moriatur; & qui  
 Dei misericordiã in vita ad salutem vti nolu-  
 it, in manus iustitiæ eiusdē incidat. Sugeretq;  
 illud, d *Si iustus vix saluabitur, impius, & pec-* d. 1. Pet. 4. 18  
*cator vbi parebunt?* Et quoniam mendax est,  
 paterque mendacii, & falsus hominum accu-  
 sator: nisi Deus manus eius vinciat, ac potesta-  
 tem limitet, mille falsas imaginationes, & ac-  
 cufationes, cum spectris, & visionibus horrē-  
 dis, mihi obiiciet, quæ me perterrefaciant,  
 consternent, maioresque quàm mors ipsa, an-  
 gustias mihi adferant.

Hi sunt timores, qui in extremo mortis ar-  
 ticulo animum meum affligent, nisi tempesti-  
 uè præueniens, eorum vehementiam retundã,  
 Quod faciam, si memetipsum ingressus, animo  
 diligenter expendam: si mortis me hora nunc  
 vrgeret, quid horum potissimum tâci mihi ti-  
 moris causa esset: eoque inuento, de remedio  
 efficaci, adhibendo, statuam opportunè. Etsi  
 nollem à morte in præsentis statu tolli, opera  
 mihi danda erit, vt ex eo quamprimum me ex-  
 pediam: neq; n. licitū est, neq; securum, vel vno  
 momēto in eo statu viuere, in quo nolis mori.

FINIAM hanc meditationem, statuendo



e Luc. 23.

46.

f Psal. 118.

109.

mihiante oculos Christum nudum, & crucifixum, iam iam expiraturum, eumque magno animi feruore deprecabor, vt propter mortem suam, bonam mihi mortem largiatur; & si tartareus hostis ad mortem meam, sicut ad suam venerit, ab illius me astu violentiaque defendat; tamque fortem, & imperterritum mihi tunc animum donet, vt magna cum fiducia cum ipso dicere possim, e *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*. O Pater misericordissime, *anima mea iam est in manibus meis*, & in proximo, vt egrediatur; sed cum periculo in manus hostium suorum irreuocabiliter incidendi: succipe eam in tuas, ne opus earum deperat, quæ pro eo cruci fuerunt affixæ. Offero me ad imitandam paupertatem, & nuditatem tuam in vita vt manus tuæ in hora mortis me suscipiant, & secum ad æternam in cælis requiem ac felicitatem deducant, Amen.

SUNT hic quoque instituenda colloquia ad Beatissimam virginem, Angelum custodæ, & alios sanctos: qui rogandi sunt, vt in illa hora mihi velint adesse, meque à tartarei hostis molitionibus tueri, & ad optatam æternæ beatitudinis requiem perducere: nam in vita tractandum est, quod tunc sit profuturum. *Prode- rit porro non parum ad securam mortem, modus ille preparationis ad eam, qui ponetur in quarta harum meditationum parte, ex Christi seruatoris nostri in morte sua gestis, depremissis: nec non ea, qua in quinta parte, de glorioso Beatiss. Virginis Mariae, ex hac vita transitu, dicentur.*

Medita. 31.

Medita. 34.

MEDI-

## MEDITATIO IX.

## DE PARTICVLARI

*iudicio anime, quòd fit proxime post mortem.*

D. Tho. 3. p.  
q. 59. ar. 5.



**I**N hac meditatione supponenda est illa Fidei nostra veritas: nimirum quod a omnes nos (vix S. Paulus ait) manifestari oportet, ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum; Iudiciumq; singulorum exerceri inuisibiliter statim, post cuiusque mortem, iuxta illud: b statutum est omnibus hominib<sup>9</sup> semel irori, & post hoc iudicium. Quare vt nemo primum, mortis videlicet, decretum effugere potest; ita nec secundum, quod est de iudicio subeundo quisquam poterit euadere.

a 2. Cor. 9.  
10.

b Heb. 9. 27.

CORAM illo ergo tribunali constituam in hac meditatione me ipsum, atq; animo fingam, me cernere iudicem hunc sedentem in c throno flammæ, ignis qua forma Daniel eum vidit: vt iræ illius in sceleratos homines, seueritatem mihi repræsentê; vel in throno d magno & candido resplendenti radijs lucidissimis, qua specie S. Ioannes eum vidit: vt infinitam

d Apoc. 20.  
11.

eius sapientiam, puritatem, & clementiam in bonos, mihi proponam. Vtriâque figurâ uti poterò eo, qui in proximo puncto tradetur, modo.

PUNCTVM I.

**P**RIMO attendendum, qui iudicio huic assistent, erunt enim minimum quatuor: quorum proprietates, & species, seu formæ, sunt etiam obseruandæ.

- I. PRIMA est ANIMA iudicanda, quæ ita sola erit, ut corpore & rebus omnibus visibilibus spoliata, actionibus suis duntaxat vestita compareat. Quamquam enim morienti, multi consanguinei, & amici, multiq; Religiosi viri eum circumstant: in instanti tamen, quò anima è corpore egreditur, nemo eam amplius comitari, aut quicquam opis adferre potest. AEquè sola tunc diuino tribunali sistetur anima Regis, ut anima Rustici; diuitis, ut pauperis; docti, ut idiotæ: nam honores, & opes hic manent: & quamuis acquirentis scientiæ illam non deserant, earum tamen nulla tunc habebitur ratio, sed a *operum* duntaxat. Ex quo intelligam, quantæ sit insanix, aded sollicitè id querere, quod, cum in illo articulo nullam possit homini opem, eidem tamen nonnunquam detrimentum adferre queat.

a Apoc. 14.  
7. 12.

- II. Latera ANIMAE, (quemadmodum è sacris literis elici potest) cingent ut minimum

h An-

b Angelus custos, & Cacodæmon, diuersa licet b Zach. 3. 1.  
 formâ, pro diuersitate indiciorum euentus, Pjal. 108. 6  
 quem quilibet eorum expectabit. Cogitare D. Greg. ho.  
 ergo licet: sceleratis hominibus dæmonem ad 9. in Euâg.  
 dexteram consistere, nimio gaudio exilientem, propter prædam, quam sperat; Angelum  
 verò tutelarem ad sinistram, incoerenti simi-  
 lem, propter animæ illius iacturam, quam timet. Contrâ vero accidet iustis, licet dæmon  
 truci semper, & formidabili specie compareat.

QUARTVS aderit Iudex, ipse videlicet  
 Deus, qui iudicium hoc inuisibiliter expediet;  
 quamuis certa, & manifesta præsentis suæ si-  
 gna daturus sit; metum, & horrorem malis, &  
 sceleratis incutiendo; pace verò, & consola-  
 tione probos, & iustos recreando. Hic autem  
 Iudex, quia est infinitæ sapientiæ, non poterit  
 in iudicando decipi; quia summæ æquitatis,  
 non poterit à iustitia deflectere; quia immen-  
 sæ potentis, non poterit sententiæ illius à  
 quoquam resisti; quia demum supremus Iu-  
 dex, non poterit ab eius tribunali appellari,  
 aut supplicari: quia sententiæ illius semper est  
 definitiua, & irreuocabilis: etenim cum om-  
 nia, quæ in hac lite seu controuersia proponi,  
 & adferri possunt, oculis meis primò statim  
 aspectu pateant, superflua esset ad reuisionem  
 appellatio.

D V M hæc mecum perpendo, animam  
 meam intuebor, coram æquissimi huius iu-  
 dicis tribunali, vt iudicetur, astare: Et nunc  
 qui.

III.

c Psal 103.  
6.7.

d Zacb. 3. 2.

quidem, vt me ipsum ad timorem excitem, scelerata mea mecum reuoluens, Iudicem hunc aspiciam, contra me iratum, vultu seuero, & minaci, atque animo inexorabili; Cacoðæmonem verò lateri meo dextro assistentem, specie hilari, ac triumphantis simili: Nunc illud Regij Prophetæ mihi applicabo. *c Constitue super eum peccatorē, & diabolus stet à dextris eius: Cùm iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum:* Nunc contra, vt me ipsum ad confidentiam excitem, eundem Iudicem contemplantur, benignum erga me, vultu amabili ac placido; & Angelum meum tutelarem ad dexteram meam consistentem, specie gaudentis, & exultantis, de mea victoria: quem imaginabor tartareum hostē in mei defensionem repellentem, cumque huiusmodi verbis (quæ Zacharias Propheta refert.) obiurgantem, *d Increpet Dominus in te Satan, & increpet Dominus in te, qui elegit hunc: Nunquid non iste torris est erutus de igne? Quid igitur tibi vis? O iudex iustissime, & pater misericordissime, cōfiteor, me nigrum esse torrem instar carbonis, propter iniquitates meas, & passionum mearū igne semiustulatum: quamobrem ablue, & munda me, Domine, aquā viuā gratiæ tuæ; eaq; ignem, me comburentem, restingue: vt in die rationis reddendæ, tartareus hostis me deserat, tutelarum Angelus defendat, misericordia tua suscipiat, & iustitia tua coronet. Amen.*

## PUNCTVM II.

**S**ECUNDO, expendam mecum **TEMPVS**  
& **LOCVM**, in quo iudicium hoc fiet. *S. Ioan. Cli-*  
**TEMPVS**, est **INSTANS** mortis; ta- *machus c. 7.*  
met si nonnunquam, ex speciali dispensatione *S. Greg. 4.*  
diuina, in paucis aliquibus, paulò antè mor- *lib. Dialog.*  
tem incepisse, ad nostram ædificationē, & ex- *cap. 37.*  
emplum obseruatum sit: vt plurimùm tamen  
in ipso instanti, quo anima corpus deserit, sine  
vlla dilatione inuisibiliter exercetur. Et vno  
eodemq; momento vniuersum iudicium per-  
ficitur, accusatio instituitur, sententia profer-  
tur, & executioni mandatur. Hoc instans siue  
momentum, omni tempore ante oculos mihi  
circumferendum esset, velut omnium bono-  
rum meorum, aut malorum æternorum futu-  
rum principium. *O momentum, à quo æterni-*  
*tas sumit initium! quis tui, sine magno salutis*  
periculo, memoriã deponere; aut, sine ingen-  
ti horrore, meminisse potest? Recordare cre-  
bro, anima mea, huius momenti; & contende,  
vt nec vnicum tibi frustra elabatur: quando  
quidem in vnoquoque vitam, sempiterno tem-  
pore duraturam, promereri potes.

**LOCVS** iudicij huius est ille, in quo vnum-  
quemque mors occupat, ita vt necesse non sit  
morienti, ad vallem Iosaphat, aut ad determi-  
natum alium locum se conferre: cum enim  
Iudex in omni loco sit præsens; in omni etiam  
loco suum habet tribunal, & iudicium hoc ex-  
er cet: in terra, in mari, in cubiculo, in platea:

vt, quòd ignorem, quisnam potissimum iudicio meo sit destinatus, omnia & singula suspecta habeam, & extimescam. Et quoniam in lecto, & cubiculo mors, vt plurimum accidit, in hisce locis existens, animo fingam, illic constitutum esse thronum arque tribunal Dei, vt me diiudicet: & Angelum vtrumque bonum, ac malum huic iudicio assistere; hæc enim sancta cogitatio, carnis inmoderationem refranabit, quæ loci solitudine maximè erumpit, & augetur.

ET vtraque hac consideratione ingentem, Deum offendendi, formidinem animo concipiam, eò quòd tempus forsitan, & locus, quo peccatum illud perpetro, tempus quoque, & locus sit, in quo suum Deus in me iudicium exercebit, quemadmodù euenit a vxori L O T H, quæ eodem loco, & temporis momento, quo contra Angeli iussionem Sodomam retrospexit, *in statuam salis cõuersa est.* Et quemadmodum S. Paulus affirmat, *b qui corpus, & sanguinem Domini indignè manducat, & bibit, iudicium sibi manducat, & bibit.* Simili quoque modo, cum ego *c iniquitatem velut aquã bibo,* iudicium animæ meæ bibo: imò fieri potest, vt potus, vsque adeo sit mihi lethalis, vt eodem momento iudicium hoc executioni mandetur.

PUNCTVM III.

**T**ERTIÒ, reuoluam mecum iudicij huius processum, & ordinem, id est accusatores, testes, probationes, & examen

leue-

seuerum, quod de omnibus meis actionibus instituetur, vt iuxta eas sententia feratur.

PRIMO, accusatores erunt tres, PRIMVS DIA B O L V S, quem S. Ioannes appellat, a *accusatorem fratrum nostrorum*, cuius officium est, *accusare illos ante cōspectum Dei die ac nocte*, is autem in nouissimo hoc iudicio maiori odio rabie q̄; accusabit me, de omnibus, & singulis sceleribus, quæ ipsius persuasione admisi, dum eius tentationibus consensum præbui. His verò falsas aliquas accusationes adijciet, ex meris suspicionibus profectas: tum quia non cognoscit hominis intentiones; tum quia ira, & malitia ipsum excæcant, faciuntque vt falsa pro veris reputet. Quapropter, anima mea, resiste viriliter omni tempore hosti huic tartareo; & noli quicquam, b *quod illius sit*, admittere: vt, quando ad iudiciū contra te venerit, nihil in te suum inueniat, quo te perterreat; nec vllum scelus verum, de quo te accuset.

I.  
a Apoc. 12.  
10.

b Ioan. 14.

SECUNDVS accusator, erit cuiusq; CONSCIENTIA, quæ etiam millenorum testium instar erit, cuius nos stimuli vehementer exagitabunt, quò nostra omnia prodantur: nam (vti S. Paulus ait) a *Testimonium reddet conscientia cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die quo iudicabit Deus occultæ hominum*. Et quemadmodum in confessione ego me sponte reū, accusatorē, & testem cōtra me ipsum constituo, vt à Sacerdote absolutio nem consequar; ita tunc idem facere cogar,

II.

a Rom. 2.16

vt à



vt à Deo iudicer, & condemner, propter ea, quæ in præfenti vita non fuerint dimiffa.

## III.

**DENIQUE, ANGELVS TVTELARIS** tertius erit meus testis, & quodammodò etiam accusator, ob meam in eius inspirationibus, & confilijs repellendis proteruiam, ex quo colligam, quanti mea interfit, horum duorum fideliffimorum contubernaliū meorū, Angeli tutelaris, & cōficientiæ inspirationibus, & cōfilijs omni tēpore acquiefcere; & cū in hac via me, aut accusant, aut reprehendunt, eis obtemperare: ne me in altera vehementius accufent: iuxta illud confilium Christi dicentis. b

b Matt. 5. 26

Luc. 12. 58.

*Cū vadis cum aduerfario tuo ad principem, munda operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. O princeps caelorum, ad cuius tribunal iudicandus proficifcor: concede mihi, vt laudabili confilio tuo acquiefcens, duobus etiam hifce bonis aduerfarijs meis consentiam; vt ab omni culpa liber, à tortore quoque, & fempiterno carcere fim immunis. Amen.*

## IV.

**SVPER** omnia verò, anima meo ponderabo, feueriffimum illud Iudicis **EXAMEN**, quod duo habebit in fe terribilia, **PRIMUM**, quòd fit vniuerfale futurum de omnibus, & fingulis geftis, & peccatis meis, operum, verborum, & cogitationum, etiam *cotiofarum*, negligentiarum præterea, & omiffionum cotius vitæ meæ, necnon ingratiitudinis, qua diuinis beneficijs, cū generalibus, tum fpecialibus

c Matt. 12. 36.

libus

libus (vt sunt Sacramenta, inspirationes diuine & alia huiusmodi) respondere neglexi; Et maliarum denique circumstantiarum, quæ bonis actionibus permixtæ fuerunt. Nam propterea dicit, *dùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo*, atque si distinctius diceret, de ijs etiam actionibus, quæ iustæ esse videntur, examen instituum.

d Psal. 74.3

## II.

SECUNDA examinis huius proprietates est, quod ipsi etiam reo examinato, clarissimum euidensq; sit futurum: quia omnium, & singulorum probatio, erit lux quædam clarissima, qua Deus animæ eius, vniuersa, & singula eius scelera, nullo prætermisso, deteget; etiam ea, quæ ex memoria effluerunt, aut peccata non esse, ipsa reputabat. Nam propterea per Prophetam quendam ait. *a Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis*, non modo se dicit iudicaturum impios in Babylonia degentes; sed iustos etiam, Ierosolymæ incolas, tantamque lucem ad animas eorum scrutandas accensurum, vt ipsimet omnes conscientiarum suarum angulos intueantur. O quantis miseris premetur pauper, & misera anima mea, in adeo stricto, & seuerò examine! Quantus eam tenebit stupor, ex euidencia tam certæ, & claræ probationis! O Deus æternæ, *a non intres in iudiciũ cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*. Time, anima mea, etiamsi enormia in te flagitia non inuenias: quia ille, qui te examinaturus est, & *b iudicaturus, Dominus est*, qui multò clariùs acutiùsq;

a Sophon. 1. 12.

S. Bern. ser. 55. in Cant.

a Psal. 142. 2.

b 1. Cor. 4. 4

Pars I.

G

videt,

c 1. Cor. II.  
31.

videt, quàm tu; ideoque facilè ea reperiet. Ex-  
anima te ipsam, quàm potes exactissimè, & in  
scelera, quæ repereris, seuerissimum exerce  
iudicium; quia, si te ipsam *c dijudicaueris* cum  
dolore, non ampliùs, ad tuã damnationem, iu-  
dicaberis. *Hæc sunt principalia proposita, quæ  
mibi ex hac consideratione sunt elicienda, quæ  
sub vesperam vniuscuiusque diei, dum ex ament  
conscientiæ instituo, vel, dum per exomologe-  
sim peccata mea expiare contendo, in opus con-  
ferre enitar, quemadmodum latiùs explicabi-  
tur, meditat. 28. & 31. huius primæ partis.*

V.

d Apoc. 14.  
13.

AD extremum, illud expendam, quòd in  
hoc examine Deus animæ iustæ, omnia quoque  
bona opera, verba, & cogitata patefacturus sit,  
etiam ea, quorum ipsa memoriam deposue-  
rat; & de quibus bona an mala essent ambige-  
bat. Tunc obedientias, & poenitentias; oratio-  
nes, & mortificationes suas, summa cum volu-  
prate videbit. nam præter hæc vox cælestis pro-  
nuntiauit, d *beatos eos, qui in domino moriuntur*:  
*opera enim illorum, inquit, sequuntur illos.*  
Hac consideratione, comparando inter se pro-  
borum, ac improborum examen, excitabo me-  
metipsum ad talem vitam hic traducendam,  
quæ in nouissimo examine à Deo approbetur.

PUNCTVM IV.

QVARTÒ, expendam mecum, quomodo  
Christus in mortis instanti, iustâ sen-  
tentiã suã, priuaturus, & despoliaturus  
sit

fit miseram peccatoris animam, gratijs, & donis supernaturalibus, quæ adhuc in illo post peccatum remanebant: vt sine illis æternos gehennæ ignes ingrediatur. **H**IVS sententiæ, & pœnæ, quam damnatus illo tempore perpessus est, immanitatem coniectura assequemur ex his, quæ accidunt sacerdoti, adeò enormis delicti reo, vt viuus flammis absumi mereatur. Hunc enim, ne dignitati Sacerdotali, infami hoc supplicio, aliqua irrogetur ignominia, primum degradat Episcopus, eumque indumentis sacerdotalibus indutum, singularim spoliat, dicens: quandoquidem honore sacerdotali indignum te reddidisti, nos quoque indumentis sacerdotalibus expoliatum, honore, quæ habuisti, te priuamus: sicque degradatum sæculari potestati tradit, quæ meritam ignis pœnam illi inferet. Eodem modo Christus a Episcopus & pastor animarum nostrarum, de-  
 gradabit animam peccatoris, cui in sacro Ba-  
 prismatico contulit dignitatem sacerdotij spiri-  
 tualis, & sacerdotalibus vestibus eam decora-  
 uit: quam, quod ipsa peccando, hoc honore indignam se reddidit, seque ipsam præcipuo gratiæ, & charitatis indumento nudauit, his ipse vestibus spoliabit. *Primo* namque auferet illi  
**D**EVS in hoc instanti *lumen Fidei*, quod erat  
*Spirituale Cingulum lumborum eius, & Cincto-  
 rium renum eius*, b Dicetque ei: Quandoqui-  
 dem hoc ciugulo indignam te reddidisti, nec  
 te ita cinxisti, vt vitæ tuæ actiones, ijs, quæ  
 credebas, conformares; illud à te tollo, vt

a 1. Pet. 2.

25.

b Isai. 11. 5.

II.

in perpetuis tenebris ligatis manibus, ac pedibus, permanes. Deinde auferet illi virtutem Spei, dicens: quoniam hac virtute indignam te fecisti, & ea malè vsus fuisti, idcirco tollo à te spem omnis auxiliij, quod tibi ad ferendum suaue iugum legis meæ promptè obtuleram; adimo tibi stolam, quæ pignus est immortalitatis ac æternæ vitæ, quod tibi impertitus fueram; auello abs te manipulum planctus, & poenitentiae, vt nunquam speres à me peccatorum veniam; denudo te *amicu protectionis* meæ, ne vllò vnquam tempore ampliùs ea gaudeas.

III.

c Matt. 7.  
22. 23.

Despoliabit eam prætereà omnibus gratijs gratis datis, vt sunt gratiæ c *Prophetia*, & *miraculorum*, dicitque: Quandoquidem his gratijs omninò indignam te reddidisti, aucupando ex eis vanum honorem, & gloriam hominum; Sanctissimasque leges meas spernendo atque conculcando, omnibus his donis, quæ a gratia prouenerunt te priuo; vt nihil deinceps, nisi rigor iustitiæ, tibi supersit. Hoc pacto infelix anima ingenti cum contumelia, & infamia denudabitur, atque in ea illud Ezechielis complebitur. d *Denudabunt te vestimētū tuū, & tollent vasa gloriae tuæ, & dimittent te nudam, & ignominia plenam*. O quantam confusionem sustinebit infelix anima, quando se illis omnibus, quibus antea mirum in modū decorabatur, denudari videbit! O Redemptor mundi, f *Princeps Pastorū, & Episcopi animarum nostrarum*, noli degradare aut despoliare

d Ezech. 23.  
16. 29.

f 1. Pet. 2.  
25.

ani-

animam meam vestimentis, quibus in sacro Baptismatis lauacro eam adornasti; sed, inducēto gratiæ tuæ, quam culpā meā perdidisti, denuò me vesti: ut ab hac nuditate, & cōfusione sempiterna liber existam. Amen.

Perpendam in super mecum, vnum ex his vestimentis, animæ remansurum, characterem videlicet, siue signum Christianismi, quod accepit partem in Sacramento Baptismatis, partem in Sacramento Confirmationis, & Ordinis; si his Sacramentis initiata est: verum id in maiorem ipsius confusionem cruciatumq; cedit. Mauri etenim ac Pagani in gehennæ incendijs cum Christiano existentes, signum que hoc, *g capti & non absoluti adificij*, intuentes, mirandū in modū *illudent ei*, dicentes: O stulte & mentis inops, qui tantum bonum in manibus habens, eius tuā culpā iacturam feceris. *Cur capisti adificare, & non consumasti*, cū plurima tibi pro eo absoluendo auxilia suppetere? si nos Christiana fide imbuti fuissetis, omnē certè operā dedissetis, ne in hanc miseriam deuolueremur: at te quis circumuenit, nobisque in iisdem cruciatibus sociavit?

AD extremum, despoliabitur anima virtutibus moralibus, & politicis, quas in præsentivita acquisiuit: nulla enim tunc remanebit ei prudentia, nulla iustitia, nulla fortitudo, nec vlla cæterarum virtutum. Et, si fortè nonnullæ ei scientiæ remanserint, quas industriâ & labore suo conquisiuit; illæ ad maiorem ipsius cruciatum cedent: eò quòd illis scientiam,

## IV.

D. Tho. 3. p.  
q. 63. ar. 5.  
ad 3.

g Luc. 14. 30

D. Tho. n. in  
addit. q. 98.  
ar. 1. ad 3.  
& art. 7.

d Job, 20. 14

qua ab hisce miserijs liberari potuisset, sibi comparare non studuerit. Hoc autem pacto complebitur in ea tremenda illa S. Iob sententia. *d Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum, intrinsecus: diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.* caue, anima mea, sponte nunc diuitias gratia, & charitatis, quas accepisti, euomere: ne violenter postea Fidem, ceterasque virtutes euomere cogaris; & scientia, quas modò cum voluptate acquiris, conuertantur tibi in fel aspidum, teque vehementer crucient.

i Matth 25.  
21. &c.

HI præcipui sunt fructus, ex hisce considerationibus mihi colligendi: vt hac ratione discam *i negociari talentis*, quæ Deus mihi tradidit; ne in die reddendæ rationis, ea mihi, velut seruo negligenti, & desidioso, auferat; illis duntaxat relictis, quæ aspidum instar, ac draconum, cor meum crudelissimè dilaniabunt, propterea quòd malè ijs vsus fuerim.

## PUNCTVM V.

k Matth. 25.  
41.

QVINIÒ, eam perpendam sententiam, quam eodem mortis instanti Christus contra peccatorem pronūciabit: quamque interna, horrendaque voce ijsdem verbis intimabit, quibus in vniuersali iudicio in sceleratos omnes damnationis sententiam feret, dicens: *k Discede à me maledicte in ignē æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.*

Quod perinde est atque si diceret: Aufer te

hinc

hinc, peccator detestabilis, qui nec in conspectum meum venire, nec in gloriam meam introire dignus es: Abi in ignem illum æternū, quem scelera tua iustè merentur; & sociare Diabolo, cuius potestati te totum trado, vt te secum abripiat.

LATA hac sententia, eodem instanti Deus animam protectione sua destituet; & tutelarum Angelus deseret, dicens: *1 Hier. 51. 9.* *Cur auimus Babilonem, & non est sanata, derelinquamus eam.* Quod idem est, ac si diceret: Multa adhibui remedia, vt curareris, & salutē æternam consequeris, sed ea admittere noluisti: Quapropter potestati eius te relinquo, qui vltionē, quā rebellio, & proteruia tua meretur, de te sumet. Eodem momento, ingenti cum exultatione Diabolus infelicem animam abripiet: nec vllas admittet preces & supplicationes, sed eam secum gaudens in infernum asportabit. Quare peccator è lecto, in quo, multis vtens commodis, & numerosa consanguineorum, & amicorum caterua circumdatus, iacebat, morte in specie quidem felici, & placida, sed re ipsa infelicissima, nam (vt S. Iob ait) *m in puncto ad inferna descendet: & de vno extremo bonorum temporalium, ad aliud suppliciorum æternorum in ictu oculi transibit.* O quid infortunata illa anima sentiet in primo ad inferos ingressu, aduertens, quid reliquerit, & quid inuenerit; aspiciens inq̄, & sentiens lectū illum, in quo collocabitur, igneū, n *operimentum vermiū, societatem demonū, & quicquid*

*1 Hier. 51. 9.*

*m Iob. 21. 13*

*n Isai. 14. 11*



reliquum est tormentorum, sine vlla spe ex illis emergēdi. O iudex iustissime, miserere mei, & cum veneris iudicare, noli me condemnare. pertimesce, anima mea, hanc dānationis æternæ sententiam, & eo modo vitam tuam hic institue, vt eandem euadere merearis.

## PUNCTVM VI.

**S**EXTO, considerabo sententiam, quæ pro iusto feretur, cui Christus Redēptor noster voce dulci, & dilectionis plena inuisibiliter dicet: *a Veni, benedicte patris mei, & percipe regnum, quod tibi paratum est ab origine mundi. b Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Eodem momento Diabolus fugam capeffet: Angelus verò tutelarum animam suscipiet, alijs quam plurimis angelis accedentibus, vt eam sicut Pauperis Lazari animam, ingēti cum tripudio in cælum deducant; vbi sempiternis bonis, sine vllō amissionis metu fruatur, si nihil in ea purgatorijs pœnis expiandum restet. O quam ineffabile gaudium occupabit animam in primo hoc & desideratissimo cœlestis Paradisi introitu! Cū, quæ prius doloribus plena, despectibus humiliata, timoribus perturbata erat, in ictu oculi viderit se longē aliam effectam esse; pœna omni in gloriam commutata, & planctu in gaudiū; Angelis sociatam, in loco quietis constitutam, & diuinæ visioni penitus immerfam.

a Matt. 25.

34.

b 21.

His omnibus bene perpensis, comparationem inter bonos & malos instituens, videbo *mortem peccatorum* (vbi Regius Propheta inquit) esse *peſſimam*, & deestabilē: omnis quietis finem, & intolerabilium tormentorum principium; Contra vero *c mortem: sanctorum esse pretiosam in conspectu Dei*, finem laborum ac molestiarum, ac sempiternæ tranquillitatis initium: Hac consideratione me ipsum animabo, ad bonam mortem procurandam, quò bonam accipiam sententiam: ideoq; pœnitentiæ opera, & virtutum exercitia strenuè amplectar, hac de Iudicis benignitate concepta fiducia, quod clementem in me sententiam sit pronunciaturus; si eius misericordiæ in vita mea locum dederò.

FINIAM hanc meditationem colloquio ad beatissimam Virginem Mariam, quæ huic iudicio non se ingeret; quod statim, atq; anima è corpore egreditur, ianua omnino intercessionis ac veniæ claudatur, aperiatur verò severæ iustitiæ: Quapropter obtestabor eam, vt modò pro me intercedat, & actiones bonæ sententiæ dignas mihi impetret. Ad quod plurimum proderit magna pietate, & Spiritu proferre vltima Salutationis Angelicæ verba: *Sancta Maria mater Dei: ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ, Amen:* vel ea, quæ hymnus alius habet. *Maria mater gratiæ mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* O Virgo excellentissima, peccatorum fidelis aduocata, promo-

II.

b Psal. 33. 22.

c Psal. 115. 14

III.

ue causam meam apud unigenitum filium tuū; mitiga iram illius tua potenti intercessione, & impetra mihi locum veræ pœnitentiæ, priusquam tempus eam faciendi elabatur. Et quoniam sententia, quæ in morte feretur, est irrevocabilis, effice, Mater clementissima, ve pro me illa pronuncietur, quo benedictum fructum ventris tui IESVM Christum videre, eoque tecum in omnem seculorum æternitatem perfrui valeam, Amen.

*Ad huius meditationis scopum respiciunt ea, quæ in tertia parte dicuntur, in Meditatione de morte diuitis Epulonis, & mendici Lazari; quæ historia viuum quoddam Exemplar est eorum, quæ in hac Meditatione sunt posita.*

## MEDITATIO X.

**DE IIS QUÆ COR-**  
*pori post mortem evenient,*  
*ac de sepultura.*

*Quid sit mortificatio.*



Præcipuis fructibus, quos ex mortis meditationibus nos referre oportet, non minus ille est, quod ex eis discamus nobile illud virtutis exercitium, quod ab affinitate, quam cum ipsa morte habet, mortificationem appellamus: quæ nihil est aliud, quam passionum, & inordinatarum affectionum nostrarum mors, qua vitam illis adimimus; easque reprimere ac

*seve-*

sepelire conamur, quoadusq; in puluerem, & nihilum redigantur eo modo, quo Dauid ait.

a Persequar inimicos meos, & comprehendam illos; & non conuertar, donec deficient; cōfringā illos nec poterūt stare, cadent subtus pedes meos. Propterea inquit S. Ambrosius

a Psal. 17. 38

Lib. de bono mortis c. 3.

vitam Iusti esse quandam mortis imitationem: eò quòd assiduum illius studium sit, carnalem vitam, quam intra se experitur, omnium rerū, quas caro, & voluntas propria inordinate appetunt, priuatione, & pullulantiam concupiscētiarum repressione, perimere, quoadusq; instar mortui se habeat ad omne peccatum: iuxta illud Apostoli:

Lib. de bono mortis c. 3.

b Existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem DEO in Christo Iesu. Et iterum c Si mortui estis cum

b Rom. 6. 11

Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo discernitis?

c Col. 2. 20.

ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis; quæ sunt omnia in interitum ipso vsu. d Sed mortificate membra vestra, quæ

d Col. 3. 5.

sunt supra terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, auaritiam, &c.

Huius mortificationis praxim ad mortis similitudinem ostendimus in hac meditatione, cuius finis erit, ipsius mortis imitatio. Procedemus autem in ea per affectus timoris, qui magis proprij sunt via Purgatine; quamuis illi, qui sunt amoris, efficaciores sint, iuxta illud:

e Fortis

e Cant. 3.6.

6. Parte Me-  
dita. 10. &  
11.

e Fortis est ut mors dilectio; dura sicut infer-  
nus æmulatio, quia nimirum interimit, sepe-  
lit, & euertit omnia, quæ amato sunt contra-  
ria, uti suo loco declarabimus. Obiter nihilomi-  
nus in hac meditatione trademus praxim modi  
cuiusdam meditando valde utilis; quo externa,  
& quæ sensibus percipiuntur, spiritualiter ex-  
plicamus, & applicamus internis: ex quo regu-  
las, & documenta perfectionis colligimus.

## PUNCTVM I.

- P**RIMO itaque considerandum, quale re-  
mansurum sit corpus meum post mortē,  
anima destitutum: ubi speciatim tres il-  
lius miseras mecum perpendam. **P R I M A**  
**I.** est, quod membrorum ac sensuum usu destitu-  
tum, non possit amplius videre, audire, loqui,  
ex vno in aliud latus se vertere, bonis vitæ præ-  
sentis gaudere, neque affici ex rebus pulchris,  
suavi Cantuum Musicorum Symphonia, odo-  
ribus fragantissimis, cibis sapidissimis, rebus  
ad tactum delicatissimis: hæc enim omnia non  
plus illud afficiunt, quàm si non essent: eò quod  
instrumenta perdiderit, per quæ istis gaudere,  
ac frui consueuerat: parumque illi profutu-  
rum sit, quod eis aliquando vltimum fuerit.
- II.** **S E C V N D A** miseria est, quod sit defor-  
me, pallidum, indecorum, ac foetidum, ma-  
gnoque impetu ad corruptionem festinet, adeò  
ut quod paulò ante pulchritudine sua oculos  
spectantium recreabat; idem nunc sua defor-  
mitate sit horri.

Ex

Ex quo *tertia* resultat *miseria*: nimirum quòd ab omnibus solum in cubiculo, & in eorum, qui illud sepulturæ tradituri sunt, potestate, relinquatur: imò amici, & domestici ipsi vehementer vrgeant, vt quamprimum domo eiiciatur; & pro magno pietatis genere habeant, si quàm citissimè id fieri curent.

Ex hac consideratione colligam, quàm prudenter, & securè facturus sim, si ea, quæ mihi post mortem violenter, & sine fructu euentura sunt, modò, dum viuo, præueniam; meq; velut mundo, & omnibus, quæ carnis, & sanguinis sunt, mortuum tractem; enitarq; mortem in tribus illis iam dictis proprietatibus aliquo modo imitari: mortificãdo sensus meos; & me cunctis eorum voluptatibus priuando, non illicitis tantùm, sed etiam licitis, verùm non necessariis: Ad eò vt, veluti mortuus, non habeam ultra pedes, manus, oculos, aures, gustatum, & linguam, ad omnia, quæ peccati speciem præferunt; & perfectioni, quam profiteor, aduersantur; neque pulchræ blandientesque præsentis vitæ res magis me afficiant, quàm si non essent: in quibus non considerabo, quid modò illæ; sed quid paulò post, futuræ sint. Nam vt S. Gregorius Papa inquit, quãtis libet auri, & argenti molibus circumdetur, quibuslibet pretiosis vestibus induatur caro, quid est aliud quam caro? Quid autem est a caro nisi fœnum; & quid gloria eius, nisi flos agrî, qui vnico flatu marefcit? Denique virtutè generoso ad eò animo sequar; vt, sicut moritu-

Hom. 13. in  
Euang.

a Isa. 40. 7.

ritur de illis, à quibus deseritur, & relinquitur; ita ego quoque nihili æstimem, quòd mundus me deserat, conuersationem meam fugiat; meque non aliter ac mortuum, & crucifixum abhorreat: sed fortiorem me reputem, si idem mihi accidat, quod Dauidi, de se dicenti; *b Psal. 30. 12* videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vas perditum; quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Utinam morerer mihi ipsi in corde meo: ut nec sentirem me ab hominibus velut mortuum tractari; Utinam ita mortuus, & *c Gal. 6. 14.* crucifixus essem omnibus rebus, quæ mundi sunt: ut mundus me quoque mortuum, & crucifixum existimaret. Concede mihi, dulcissime IESU, ut per legem gratiæ tuæ, moriar legi culpæ, Deo que soli viuam; ac delectabile mihi sit, in eadem Cruce tecum esse crucifixum, ut deinceps *d Gal. 2. 20.* non ego viuam, sed tu in me, per omnia secula seculorum, Amen.

## PUNCTVM II.

SECVNDO, perpendam *vestimenta, lectum, & habitaculum*, quæ corpori meo mortuo præparabuntur. *Indumentum* est ferè totius domûs vilissimû, & simplicissimum; quia non est aliud, quàm abiectum aliquod linteum, quo cadauer inuoluatur, sine vllis aureis vel fericeis ornamentis: quorum si nonnulla funeri meo, (cùm ad sepulchrum corpus deferendum est) condecorando superimposita fuerint, attamen, priusquam illud

sub

sub terram condatur, auferentur. *Lectus* est dura terra; &, (vbi *Isaias* Propheta inquit) *a* *Isa. 14. 11.*  
*subter illud sternetur tinea, & operimentum eius erunt vermes:* Cortinæ & puluinaria, arida reliquorum mortuorum ossa. Eiusdem quoque generis erit *habitaculum* siue cubile, quod aliud non erit, quàm fossa septem pedum longitudinis, quæ mediâ horâ construitur: nam cæteræ sepulchrorum splendidæ fabricæ, ad quid deseruiunt mortuo corpori, quòd iis frui, & gaudere nequit? Ex his omnibus vehementi pudore suffundar, de vanitate, & curiositate mea, qua desidero vestium splendorem, lecti mollitiem, habitationis amplitudinẽ; enitarque mortificare omnem in his rebus immoderantiam, & æquanimiter tolerare earum defectũ: eò quòd ea, quæ habeo, quantumuis modica sint, multa nimis sint, si comparentur cum his, quæ mihi post mortem remansura sunt.

SPECIATIM vero, si religiosis votis obstrictus sum, aut perfectionis desiderio flagro, acres hinc stimulos, & incitamenta colligere possum, vt talis sim per excellentiam, omnem videlicet studium eò conferendo, vt vita mea, sit assidua quædam mortis meditatio, ac imitatio in tribus huic statui propriis: PRIMVM in omnium rerum expoliatione, ad quòd PAVPERTAS me obligat; sicut mortuus, omnium opum suarum Dominiũ amittit, quæ ad hæredes ipsius, vel ad pauperes transeunt; nec sentit, quòd vilissimo vestimẽto cõtegatur aut loco abiectissimo sepeliatur: ita ego non cõtẽrus

ero

Vota Religio-  
nis sunt  
imitatio  
mortis.

I.



ero, quòd omnia, quæ possidebam abiecerim, & in pauperes erogauerim, vt nudum IESVM sequerer, verùm etiam rerum necessariarũ defectum placido animo feram; nec modò non conquerar, (sicut nec mortuus conqueritur) si vilissima quæque in vestimentis, lecto, & habitatione mihi attribuantur; sed lubenti etiam id animo amplectar. Etenim si *b nudus de utero matris meæ egressus sum, & nudus reuertar illuc*, parũ est, si nudus quoq; modo supradicto, viuam: vt sic mediũ vitæ meæ, cũ ingressu, & exitu correspondeat, & conforme sit.

b Job. 1. 21.

II.

SECUNDO etiam mortuum imitabor in omnium voluptatum sensuum abdicatione, & renuntiatione: ad quod me obligat perfecta CASTITAS. Vt quemadmodum in morte matrimonia dissoluuntur, cessant curæ, quoad vxorem, filios, vniuersamque familiam, vt sit diuortium quoddam vniuersale ab omnibus rebus terrenis, & carnis voluptatibus; ita ego quoq; per votum castitatis mortuus sim omnibus hisce rebus, & curis earum; meque non aliter ad illa habeam, quàm si vel ea in mundo non essent; vel ego illis non viuerem.

III.

TERTIO, mortuum imitabor in perfecta OBEDIENTIA: Vt quemadmodum corpus mortuum patitur se pro alterius libitu portari, & tractari, sine vlla resistantia, querela, aut repugnantia; nec habet voluntatem ad eligendum amictum, aut sepulchrum, vel aliud quidquam; sed ea tantùm, quæ ab aliis ei donantur,

acceptat:

acceptantia & ego in omnibus, ubi peccatum non sit, à Prælati, & Superioribus meis permittam me gubernari; illisque in cunctis, siue alta, siue humilia; siue dulcia, siue amara; siue facilia, siue difficilia fuerint, obtemperabo sine ulla excusatione, contradictione, aut repugnantia: nec propriam voluntatem habebō, qua hoc vel illud eligam; sed voluntati propriæ mortuus, alienæ me submittam; & ea tantam, quæ mihi data fuerint, humiliter acceptabo.

Hæc sunt proposita, quæ mihi ex hac mortis consideratione sunt elicienda: quæ in opus quoque conferre aduirtar. neq; magnum quid est quinquaginta annis (quamuis fortè non sint futuri quinquaginta dies) hoc pacto mortem anticipare, ut securus sim de vita æterna: in qua quinquagies millemis millionibus annorum possidebo cœlestis regni diuitias; illiusque gaudiis, & opulentia perfruar; perfectamque libertatem, ab omni miseria liberam, adipiscar. O felicem mortem, quam excipit tam scelix vita. O dulcissime IESU, cuius vita fuit continua quædam mors; ut nobis sanctissimæ, & perfectissimæ vitæ exemplum quoddam præferres; largire mihi hanc gratiã, ut ad tui imitationem viuam, & moriar; nudus à terrenis rebus omnibus, mortificatus cunctis sensuum deliciis, ac voluptatibus; & *subiectus omni humane creaturæ*, obtuum a c. 1. Pet. 2. 13. morem. Fac, ut omni tempore cunctis rebus visibilibus mortuum me reputem, ut d. vita d. Col. 3. 3.

Pars. I.

H

mea

*mea abscondita sit tecum in Deo, per omnia secula seculorum, Amen.*

PUNCTVM III.

- I. **T**ERTIO reuoluam mecum, iter corporis vsque ad sepulchrum, ponderando  
 PRIMVM: quomodo in feretro collocandum, & alienis humeris vsque in Ecclesiam deferendum sit: & quod paulo ante per vicus, & plateas obambulabat, omnem in partem oculos circumferens; & sacram ædem ingrediens, omnia & singula accuratè perlustrabat, nūc alienis pedibus ingredietur, profusus cæcum, surdum, & mutum; fletus aliorum tantummodo, propter misericordiam suam incitamentum. Quamobrem ad carnis meæ lasciuia comprimendam, quoties è lecto surgo, recordabor illius horæ, qua alii ab eodem me tollent, nunquam ad illum rediturum: Quoties donec meæ gradus descendo, memor ero diei illius, quo alii per eisdem me deferent, sine ulla spe illos iterum conscendendi: Quoties per vrbs plateas obambulo, paulò post per easdè plateas, ab aliis me esse deferendū; eandemq; Ecclesiam ita alienis pedibus ingressurū, vt nunquam deinceps eam sim egressurus.
- II. **S**ECUNDO considerabo, quali cum comitatu ad sepulchrum deferendus sim: aliis cantantibus, aliis plorantibus, quamplurimis vero sequentibus, vt me p. è honorent; vbi expèdam mecum, nihil corpori meo tunc profuturum,

rum, quòd modico aut amplo honore afficiatur; & multò minus animæ, si in inferno ardentissimis gehennæ ignibus torqueatur: imò honor hic, si cum illa noffet, acerbior em illi cruciatum adferret.

III.  
 TER TIO, intuebor, quomodo corpus meū in sepulchrum inferant, terra cooperiant, atque in summitate illius lapidem imponant: quod tamen ibi vermes depascentur, in pulverem, & cinerem redigetur, ac paulò post ita prorsus obliuioni tradetur, atque si nunquam in mundo extitisset. Et quanquam multa, & admodum honorifica illius post mortem haberetur memoria: attamen id animæ parum utilitatis adferet, nisi DEO fruatur: quemadmodum parum prodest Aristoteli, & Alexandro Magno, multis in hoc mundo præconiis celebrari, cum animæ ipsorum in inferno, atrocissimis tormentis excrucientur; iuxta illud, quod quidam S. Vir de illo dicere solebat. *Condoleo tibi Aristoteles: qui, vbi non es, laudaris; &, vbi reuera es, cruciaris.*

Ex his considerationibus quædam eliciam documenta: Primo namque discam, vanos huius mundi honores nihili æstimare: *Deinde* memetipsum profundè humiliare, & omnium pedibus velut a *Vermem* ac pulverem, qui ab *apsal. 21. 7.* omnibus conculcatur, & *abjicitur*, substernere: Tum etiam pauperes, & humiles non aspernari, quibus paulò post in morte sim futurus æqualis. Demum, animam meam alloquens, dicam: Intuere diligenter, quem finem

b Psal. 1. 4.

habitura sit caro, qua circumdata es: Vide quam foueas, quam molliter tractes, quam exornes, supra quam extruas turres inanes; cum omnia hæc nihil aliud sint, quam *b puluis, quem proicit ventus à facie terra*, & mox in eandem reuertitur. Pudeat te, tam vili & abiectæ carni esse subiectam; quin potius da operam, vt eam tibi velut ancillam subiicias; quo tibi adiumento sit, ad æternam vitam acquirendam. Domine Deus æterne, illumina oculos inopis animæ meæ, supernâ luce tuâ, vt videat tristem ac lamentabilem miseri corporis sui terminum; & præsentia omnia, spe futurorum bonorum, pro nihilo ducat, Amen.

c Hier. 22.

29.

d 4. Reg. 9.

35.

QV A R T O & vltimò considerabo, incertum esse, an tam honorificum mihi obuenturum sit funus, an verò Deus, ad scelerum meorum punitionem permissurus, vt in ventribus piscium, aut ferarum sepeliar; aut (quemadmodum S. Ieremias Propheta inquit) *c Sepultura asini sepeliar, vt putrefactus & proiectus extra portas*, canibus & porcis in escam cedam, quemadmodum infelici *d Iezabel* accidit. Quod ego iuste, ob innumera flagitia mea, sum promeritus; siquidem bestiali vitæ sepultura quoque bestialis conuenit. Ac proinde, ad me quod attinet, inanem mundanorum funerum, & sepulchrorum pompam detestabor, desiderans, mihi in vita, & morte, humillimum totius terræ locum obuenire.

P O S S V N T quoque illa, quæ in tribus hisce punctis dicta sunt, spiritualiter explicari, ani

mazque

maque per peccatum mortuæ applicari. Illa namque remanet foeda & abominabilis; ad actiones, æternæ vitæ meritorias, efficiendas inepta; sepelientibus eam passionibus suis inordinatis in profundo malorum; & contegētib; lapide obstinationis, quousque ad obscurum, & horrendum inferni sepulchrum deferatur. Quæ omnia ad insignem me promouere debēt compassionem: si enim corpus, quod ab anima derelictum est, desleo; cur non magis animam, quam Deus deseruit, deploram? Et quandoquidem mortuo corpori vitam, si possem, restituerem: rationi quoque consensaneum est, vt animam meam summa diligentia & solitudine viuificare satagam, mediis, quæ Deus mihi ad hoc contulit, adhibitis; priusquam cum corpore anima quoque, omnia iam remedii spe sublata, emoriatur. O Deus æternæ, noli permittere, vt in viuo corpore animam mortuam circumferam: viuifica tu illam gratiâ tuâ; vt quando corpus eam reddiderit, vitam æternam consequatur. Amen.

Ex D. Aug.

*Hæc consideratio fusius tractabitur in tertiâ parte in Meditatione de tribus defunctis à Christo resuscitatis.*

os 50

## MEDITATIO XI.

**DE MORTIS MEMORIA: & de puluere, in quem corpus, terra mandatum, conuertitur.**

Pro die Cinerum.  
Genes. 3. 19.

**M**EDITATIO hac verbis illis, tanquam fundamento, inhaeret, quibus Ecclesia in die CINERVM vtitur: Memento homo quod puluis es, & in puluerem reuerteris. Quibus nimirum DEVS Adamum, post eius inobedientiam affatus, mortis sententiam, quam prius fuerat comminatus, in illum protulit. Obiiter autem eisdem verbis nobis insinuat, quid simus, quid fuerimus; & quidq; futuri simus, nihil videlicet, nisi puluis.

## PUNCTVM I.

**P**RI MO, considerandum est, Deum omnipotentem. Adami, protoparentis nostri corpus de nihilo creare potuisse; quemadmodum animam condidit: noluisse tamen; sed ex materia quadam, tum vilissima atque crassissima, tum spectabili atque palpabili, ex puluere videlicet, & a limo terra illud formare: ut nimirum homo oculis corporeis limum hunc quotidie intuens, originis, & principii sui continuè admoneretur; idque duplicem in finem. **P R I M V M**, ut in summa

ma

ma semper animi dimissione se contineret; agnoscens ex se, & esse suo dignum esse, qui ab omnibus contemnatur, & pedibus, veluti lutum, conculcetur: Nec quicquam habere, vnde se inaniter erigat; etiamsi multis aliàs eximiis bonis locuples sit: siquidem illa omnia fundantur in puluere.

DEINDE, vt esset illi recordatio hæc incitamenti loco, ad diligendum conditorem suum, aded benignum, & potentem, qui ex tam vili puluere ipsum ad tantam altitudinem sublimauerit, vt esset homo imagine, & similitudine ipsiusmet DEI conditoris sui, insignitus.

QVAMOBREM puluis, & lutum, excitatoris vice esse debent, qua Originem; & materiã, è qua fui conditus, mihi redigant in memoriã: ideoq; imaginabor, quotiescunq; illa intueor, huiuscemodi me vocibus compellari: Recordare homo, quia puluis es; ac proinde instar pulueris humilia, & omnium pedibus te substernere: Creatorem quoque tuum, qui te ex puluere eduxit, dilige, ei serui, & obtempera. Quotiescunq; autem, ex donis à diuina bonitate mihi collatis, in superbiam erigar; fingam animo, idem lucum huiuscemodi vocibus elationem meam reprimere: *b Quid superbus terra, & cinis? Quid extolleris i testa de samsis terra?* Reddat te cautum obliuiosus Adamus; qui pulueris, è quo factus fuerat, oblitus, Dei similitudinem affectauit, & aduersum Conditorem suum se se erexit. O creator omnipotès, ne patiaris me in perniciosã ac detestabilẽ hæc

II.

b Eccl. 10. 9.  
c Esa. 45. 9.



oblutionem deuenire: ne in adeo graua da-  
 mna corruam. Illumina oculos meos, vt at-  
 tenta mente limum, de quo formatus sum, in-  
 tuear; & aures meas aperi, vt eius voces perci-  
 piam, animoque meo tam profundè infigam,  
 vt nullo vnquam tempore, earum obliuiscar:  
 Amen. *Punctum hoc fusius tractabitur in sexta  
 harum Meditationum parte.*

## PUNCTUM II.

I.

SECUNDO, perpendendum mihi est: De-  
 um, posteaquam Adami oblutionem, atque  
 superbiam conspexit, ad mortem eum, &  
 puluerem, de quo plasmatus fuerat, conde-  
 manisse: tres autem in eo sententia potissimum  
 fines, ad illius, & nostram vtilitatem, Deus  
 sibi propositos habuit.

QUORVM primus est, vt eam pœnâ pecca-  
 tum illius castigaret; nos verò instrueret, quâ  
 grande malum sit mortalis culpa; quæ sola  
 sufficiens est, destruere, & in puluerem con-  
 uertere opus adeo elegans, & nobile, qualis  
 est humani corporis fabrica: nisi enim Ada-  
 mus peccasset; haudquaquam mortuus fuisset;  
 sed corpore, & animâ cum omni integritate,  
 & perfectione suâ, in cœlum translatus fuisset;  
 propter peccatum autem, anima cogitur  
 corpus deserere, quod mox dissoluitur, & in  
 tenuissimum puluerem conuertitur. Nam vt  
 ait Apostolus: *a Per vnum hominem peccatum  
 in hunc mundum intrauit, & per peccatum  
 mors*

a Rom. 5.12.

SECUN-

SECUNDVS finis est, vt quibus ad humili-  
 ationem satis non fuit, ex puluere factos ef-  
 fe: memoria saltem mortis, nostræque in pul-  
 uerem conuersionis, superbix esset medica-  
 mentum efficacissimum. Quare puluis, & li-  
 mus terræ, quem intueor, manibusque con-  
 tacto efficax mihi stimulus est, non tantum  
 quod Originem, & materiam, è qua processit;  
 sed finem etiam, in quem rediturus sum, reuo-  
 cet in memoriam: atque adeo, quoties illum as-  
 picio, huiuscemodi me voces audire existima-  
 bo: Memento homo, te mox in terram, & pul-  
 uerem conuertendum; nec secus atque ego  
 nunc omnium pedibus proculcandum. *b Quid b Eccl. 10. 9.*  
*superbi? hodie es caro, pauld post puluis fu-*  
*turus: vnde igitur te ipsum extollis, & osten-*  
*tas? O pater misericordiarum, immensas tibi*  
*debeo, agoque gratias, quod ipsam sceleris mei*  
*pœnam, in superbix meæ remedium, & medi-*  
*cinam conuerteris. Concede mihi, vt voces,*  
*quibus puluis verè me compellat, surda aure*  
*non excipiam: ne clementissimi patris puni-*  
*tio, in seueri Iudicis flagellum mihi conuer-*  
*tatur.*

TERTIVS finis fuit, vt timore huius pœ-  
 næ atque pulueris, in quem caro conuertenda  
 est, torporem nostrum ad pœnitentiam pro  
 peccatis admissis agendam, appetitionesque sen-  
 suales, & passiones effrænes coercendas, exti-  
 mularet. Vt, si ad nos excitandos atque morti-  
 ficando memoria summi illius beneficij, quo  
 DEVS nos ex terræ limo, & puluere extraxit,

II.

III.

non sufficit; recordatio certè illa, quòd vbi minimè cogitauerimus, in eundem puluerem reddituri simus, id efficiat: extorqueatque timor, quod nõ potuit amor obtinere. Quapropter, anima mea, Prophetæ cõsilium illud amplectere: *c In domo pulueris puluere vos cõspersite*: Vt, quandoquidem in carne degis, quæ ex puluere formata est; paulo que pòst in pulueris domo, in sepulchro videlicet, habitabis, cinere & puluere te operias, penitentiam pro tuis sceleribus agendo, & pulueris huius recordatione dulcia quæque præsentis vitæ condendo, ne te sempiternæ morti reddât obnoxium.

## PUNCTVM III.

I. **I**NDE progrediar, ad considerandum Spiritum, qui in verbis hisce latet, & ponderabo mecum, non sine causa non esse dictum: *Recordare ô homo, quòd puluis fueris, sed, quòd puluis es*, Vt nimirum intelligam, me ex natura mea corrupta, etiam nunc terram, & puluerem esse: quia ad res terrenas, diuitias, honores & carnis voluptates procliuus sum: & *d tanquam puluis instabilis, & mutabilis, què proijcit ventus à facie terræ*; ita à vento cuiuscunq; tentationis, & nominatim, vanitatis, concuti me & commoueri patior: Ac proinde, nisi me ab inclinationibus hisce meis cõtinuero, in terram, & puluerem, hoc est, in hominem terrenum, ambitionum, sensualem, & vanum cõmutandum. Propter quod teneor, me profundissimè humiliare, submissè de me sentire, meamque

fragi-

fragilitatem, mutabilitatem, & periculum, in quo versor, extimescere.

II.

DEINDE, mecum expendam, qua ratione hæc mala ac pericula, diuinâ gratiâ opitulante, possim euadere : rememorando videlicet, tum me, tum omnia terrena, quæ diligo, in puluerem aliquando esse redigenda. Et hoc Spiritu, quotiescunque opulentum quempiam, ac potentem intueor, cuius diuitiæ, ac magnificentia oculos meos post se abripit; ne auaritia, ambitiove me occupet, & prosternat, cogitabo, neque illum, neque aurum, & argentum eius aliud esse, quàm terram, in quàm etiam omnia illa sint conuertenda. Quod si personam aliquam eximia vetustatis conspicer, ne fortè luxuria me tentet, deijciatque; in memoriam mihi redigam, ipsam, & ornamenta eius puluerem esse, in quem etiam aliquando conuertentur.

Eodem Spiritu verba hæc ad omnes res terrenas applicans, mihi ipsi dicam : Memento omni tempore, vniuersa, quæ intueris, & vehementer desideras, non aliud esse, quàm puluerem, & in eundem conuertenda; & si ea inordinate dilexeris, te quoque in similem puluerem, & terram conuertendum: Quapropter Deum solum, & cœlestia duntaxat dilige, vt virtute diuinæ gratiæ, de te dici possit: cœlum es, & in cœlum conuerteris, transformatus nimirum, per amorem in cœlum, quod diligis.

## PUNCTVM IV.

**Q**UARTO, expendam mecum, Deum per mortuos, perque caluarias, & ossa eorum, iisdem me verbis in dies alloqui: *Memento homo, quod puluis es, & in puluerem reuerteris.* Sed vt fortiùs, & efficacius animo meo illa imprimantur, & maiorem ex illis profectum hauriam, memorabilem etiam illam Ecclesiastici sententiam, horum verborum sensum, ac spiritum in se continentem accuratiùs expendam: a *Memor esto iudicij mei, sic enim erit, & tuum: mihi heri, & tibi hodie.* Et quoniam defunctus quilibet, duplex subit iudicium; Vnum corporis sui, propter quod condemnatus fuit, vt in puluerem conuerteretur, & vermium esca fieret: Alterum animæ, propter quam accipit sententiam meritis suis parem: Vtriusque nos vult hæc sententia memores esse. Quamobrem quotiescunque defunctum aliquem, vel ossa, & caluarias mortuorum in Cimiterijs intueor, fingam animo, quòd hisce me verbis compellent: *Memento homo, me idè aliquando fuisse, quod tu modo es; & quod ego modo sum, te mox futurum: ego heri vitæ meæ curriculum absolui; fieri potest, vt tu hodie tuæ finem imponas: Ego heri in puluerem conuersus sum; Et tibi hodie idem potest contingere: Heri Campani æris sonitus sepulturam meam ornauit; fieri potest, vt idem tuam hodie cohonestet: Ego heri*

a Eccl. 38.  
23.

de cunctis actionibus meis rationem Deo omnipotenti reddidi; accidere potest, ut eadem hodie à te exigatur: Ego heri sententiam meritis meis congruam excepi; fieri potest, ut similis hodie in te dicatur. aduerte diligenter, quòd hæc omnia hodie tibi euenient: quia uniuersum tempus vitæ tuæ b *Hodie cognominatur*, & instar est unius diei: fieri que potest, ut hæc hora tibi sit nouissima, & diem crastinum non videas. Audi, anima mea, voces, quibus te mortui alloquuntur: attende ad lectionem, quam tibi arida illorum ossa prælegunt; memor esto iudicij, quod illi subierunt; sic enim erit, & tuum. Vitam tuam ita institue, quemadmodum illi suam institutam fuisse cupiissent: eas quoque præparaciones adhibe, quas illi se adhibuisse vehementer desiderassent. Iter, quod illi iam emensi sunt, tu in vita sæpius emetire: ut, quando hora mortis aduenerit, tam expedito cursu illud decurras, ut vitam immortalem, ac sempiternam apprehendas. Amen.

b Hab. 3. 1.  
13.



## MEDITATIO XII.

**QVA RATIONE**  
deceptionibus, & grauissimis  
incommodis, qua ex mortis  
obliuione proficiscuntur,  
occurrendum sit.

Parabola  
diuitis a-  
uari.

a Luc. 12. 19.

**M**EDITATIO hac versatur circa Pa-  
rabolam Christi de DIVITE illo a-  
uaro, qui copiosis agrorum & possessionum sua-  
rum prouentibus collectis, intra semetipsum hor-  
rea sua dilatare, omnesq; fructus in eis recode-  
re, & multos in annos adseruare meditabatur,  
atque anima sua aiebat. a Anima, habes multa  
bona posita in annos plurimos, requiesce, co-  
mede, bibe, epulare: Dixit aut illi Deus; stulte  
hac nocte repetent animam tuam a te: qua au-  
tem paraasti, cuius erunt? Diues hic, mortis sua  
ad: ò immemor, & parū sollicitus, eos refert, qui  
in simili degunt obliuione, cum praesertim opu-  
lenti, sani, & iuuenes sunt: quam licet mihi ipsi  
applicare eo, qui sequitur, modo.

## PUNCTVM I.

**P**RIMUM considerabo mecum tres ma-  
ximas deceptiones, quas mortis obliuio  
secum adfert: propter quas Deus diui-  
tem hunc stultum appellauit

PRI.

PRIMA est, quod promittam mihi plurimos annos, vitamq; diuturnam; quidq; tota ea facturus sim, certò definiam; quasi hoc à meaduntaxat, & non à Dei voluntate dependeret, qui forsitan decreuit, eadem die vel nocte mihi vitam adimere, quam ego, longissimam adhuc futurá, cogito: qua ratione omnes machinas meas euertés, quam parum firmæ illæ sint, facillè ostendit: vt meritò prop: erea illis S. Iacobi Apostoli verbis me ipsum increpé: *Quomodo dicere audes: b Hodie aut crastino ibo in illam ciuitatem, & faciam ibi quidem annum; & mercabor, & lucrū faciam: qui ignoras, quid erit in crastino? Qua enim est vita tua? Vapor est admodicum parens, & deinceps exterminabitur. Nonne meliùs diceres. Si Dominus voluerit, & si vixero, faciam hoc, aut illud. Si enim aliter DEVS disposuit, facillè te deceptum deprehendes.* b Iacob 4. 13.

II. ALTERA deceptio est, quod pollicear mihi non modò vitam diuturnam, verùm etiam sanitatē, vires, & perfectam in bonis possessis voluptatē; quodque nunquam illa mihi defectura, sed vsque ad extremum spiritum mecum perduratura sint. Quare si non verbis, re ipsa tamen animæ meæ dicere videor. *Requiesce, comede, bibe, epulare*: nihil enim tibi earum rerum, quæ ad voluptatem pertinent, vnquam deerit: quæ deceptio grauissima, & periculosissima est, cum omnia hæc à Deo dependeant, qui bonis hisce terrenis, ante vltimum vitæ terminum me dispoliare valet: aut certè



c Eccl. 5. 16. certè, si ea relinquat, statuet (quod Ecclesiastes ait) vt c *cunctis diebus vita mea. comedam in tenebris, & in curis multis, & in arumna atque tristitia.*

## III.

TERTIA fallacia est, quòd hac ratione aded negligenter de his, quæ ad futuram vitam necessaria sunt, mihi prouideam, quasi alia præter hanc, vita nulla superesset. Atque hæc fuit maxima diuitis huius stultitia, quòd cum animæ suæ de omnibus bonis ad temporaneam hanc vitam, commodè transigendam necessarijs abundè prospexisset; eidem tamen de bonis ad sempiternam, & immortalem vitã pertinentibus haudquaquam prouiderit: propter quòd cogetur infœlix anima, quæ in miserabili hac vita comestationibus, potationibus, alijsque corporis voluptatibus se expleuit; perpetuam in altera famem & sitim, & nunquam finiendas miseras tolerare. Examinabo itaque, num anima mea ab his tribus fallacijs circumuenta sit: ideoque illam, contrã, quàm diues ille fecerit, exhortabor. Ne tibi, anima mea, plurimos annos pollicearis; cum nescias, an vel diem præsentem euades; d Prox. 27. 1 audi sapientem: b *Ne glories in crastinum, ignorans, quid superueniatur a pariat dies.* Ne te otio, quietique tradideris, sed labori; neque conuiujs, & comestationibus, sed ieiunijs, & lachrymis. Sit tibi curæ vita illa, quæ te expectat, æterna: quia e *nec opus nec ratio erit apud inferos: nec post mortem vllus amplius superest locus, quietem, & societatem illam om-*

ni auro duraturam promerendi. O Deus æter-  
ne, per infinitam bonitatem tuam supplico, me  
ab hisce fallacijs, & deceptionibus defende,  
priusquam mors me illis involuat. Exstimula  
tu animam meã, & ad opera tibi grata exhor-  
tare; vt deinceps magis ac magis euitet omnia,  
quæcunque tibi possunt displicere.

PUNCTVM II.

**S**ECVNDÒ, perpendam mecum ingentia  
detrimenta, quæ illos in morte cõsequen-  
tur, qui fallacijs huiuscemodi fuerint  
circumuenti; quæ ex verbis, quibus Deus Di-  
uitem illum allocutus est, eruam. *Stulte, in-  
quit, hac nocte animam tuam repetent à te, &  
quæ præparasti, cuius erant?* Quibus quatuor  
grauissima damna continentur, propter quæ  
meritò Regius propheta affirmat, a *pessimam*  
*esse mortem peccatorum.*

a Psal. 33.  
22.

Primum detrimentum est: quod in inscitia  
& stultitia sua moriantur: nec prius illam ag-  
noscant, quàm desperatum sit remedium: nam  
vel tempestiuè vel tardè, mali æquè ac boni.  
fallacias hasce aduertunt: modo tamen valde  
diuerso. mali enim in deceptione, & ignoran-  
tia sua ad mortè vsque permanentes, tunc pri-  
mùm tormentorum, & miseriarum, quas pa-  
tiuntur, experiètiã, eos errores atq; deceptio-  
nès aduertunt, in quibus vixerunt; ideo quæ,  
tanquã è profundo somno excitati, seipsos (vt  
ait Sapiens) *b insensatos*, id est mentis, & iudi-  
cij expertes pronunciant: Boni verò in præ-

I.  
STVLTE.

b Sap. 5. 4.

VI  
DE PONTE  
II

fenti vita ab hisce fallacijs, lumine fidei edocti, se expediunt; atque ad mortem, priusquam illa veniat, conuenientibus exercitijs disponunt. Quapropter, anima mea, vt ab hisce te deceptionibus expedias, lumen hoc diuinum, veluti magistrum sequere, quod fraudes istas tempestiuè tibi retegat: nisi malis, experientia æternarum miseriarum hanc tibi lucem præferre: Atque ex alienis periculis damnisque experientiam sume, priusquam in caput tuum illa recidant.

## II.

HAC NO-  
CTE.

c. *Matt.* 8. 32.

d. *Isai.* 38. 1.  
4. *Reg.* 20. 1

SECUNDVM damnus est, mori de nocte; morte videlicet subitanea, & festinanti, ac dum in flagranti, vt dicitur, delicto sunt: Quia sæpe numero Deus, dum illi integra vtuntur sanitate, nihilque sibi deesse (sicut infelix ille diues) existimant, mortis sententiam eis promulgat; quam è vestigio exequitur: vt miseri à nocte temporanea ad æternam, & ab interioribus animi tenebris ad *c. exteriores*, que sunt inferni miseri trãseant. Hoc timore plenus, ex intimis animi medullis Deum precabor, vt me ita præmoneat, vt sufficiens ad præparationem mihi tẽpus supersit: quemadmodũ fecit Ezechia Regi, quẽ per Isaiam Prophetam præmonens, d. *Dispone*, inquit, *domui tuae, quia morieris tu, & non viues*. Nec tamẽ ad id expectãdũ sunt mihi cęlestes reuelationes, sed Isaiæ mihi loco sufficet fidei, & rationis lumen; diuina inspiratio; experientia aliorum morientium; grauis infirmitas me opprimens & medici, periculum denunciantis, admonitio. Denique, cum nullũ

vita

vitæ diem certum habeam, sed in vnoquoque metuenda, & expectanda mihi sit mors, prudentiæ erit, animo fingere, Deum hodie mihi dicentem: Dispone hodie negotia animæ tuæ, quia fieri potest, vt crastina luce mortem obeas: Atque admonitioni huic statim parebo.

III.

REPETENT.

TERTIVM damnū est, mori coactos, quia ab inuitis, & repugnantibus per vim anima repetitur. In quo differentiam licebit discernere, inter iustos ab omni huiusmodi deceptioe liberos, & peccatores multis fraudibus, & fallacijs circumuentos; quia iusti lubentes, ac volentes ad mortem se offerunt, quamprimum Deus ad alteram vitam eos euocat; imò ei cum e Dauide dicunt: *Educa de custodia animam meam, ad consistendum nomini tuo DOMINE, &c. f In manus tuas commendo Spiritum meum, redemisti me Domine DEVS veritatis.* Et quamuis illorum natura mortem nonnihil refugiat; contra illam tamen adeò præualet gratia, vt Deo animas ab eis repetenti, è vestigio & magna cum resignatione illas tradant. Contrà verò mali mortem horrent, & magna animi impatentia illam tolerant: ideoque de illis dicitur, quòd diuinæ iustitiæ ministri Dæmones, illorum animas repetent, & contra voluntatem ab illis extrahent. O DEVS æterne, concede mihi ab omnibus præsentis vitæ rebus ita expeditum viuere, vt opus nō sit animam meam violenter ab eis auelli. Repete

*e Psal. 141. 8*  
*f Psal. 30. 6.*



illam quodcumq; tibi placebit, quia paratus sum lubenti, & gaudenti animo, quocumq; die illam postulaueris, tibi restituere.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO, diligenter expendam, quam sit terribilis, & metuenda illa Dei interrogatio, *ea que parasti, cuius erunt?* In qua detrimentum vltimum proponitur eorum, qui mortis suæ obliui, nullam de ea curam, & cogitationem suscipiunt: quod inopinatio nimirum, & repente, magnaque cum animi illorum molestia à bonis, quæ possidebant, auellendi sint, aded vt nec illis perfrui, neque de illis disponere, neq; ad quorum manus peruentura sint scire, valeant: hoc est enim dicere: *quis autem parasti, cuius erunt?* Cuius erit domicilium, in quo degis? Lectulus, in quo somnum capis? Vestimenta pretiosissima, quibus circumdaris? Cuius auri argentiq; thesauri, quos in arcis tuis inclusos adseruas? Cuius ministri, qui modo tibi famulantur? amici, qui te oblectant? officia, & dignitates, ob quas in omnium ore atque æstimatione versaris? O te miserum, & infelicem, qui a *thesaurizans, ignorans cui eas congreges*. Quandoquidem infelix anima tua, pro qua ista congregasti, illis deinceps vti non valebit.

a Psal 58. 7.

Eadem interrogazione me ipsum percontabor, & quælia bonorum genera in præsentia vita mihi thesaurizauerim, examinans, dicam. Bona, quæ in vita hac congregasti, cuius erunt

post

post mortem? Nunquid erunt illa anima tua?  
 an verò *b heredis, quem ignoras?* si temporalia **b Eccl. 2.19.**  
 sunt, certum est, ea tua non futura: nam dives  
 moriens nihil secum auferet, *c neq; descendet* **c Psal. 48.**  
*cum eo gloria eius*: si spiritualia, virtutum, & **18.**  
 sanctorum operum bona sunt, illa verò tuae-  
 runt, *d opera enim illorum iustorum*, cum mo- **d Apoc. 14.**  
 riuntur, *sequuntur illos*; nec deserent, quoad eos **13.**  
 in gloriae throno collocent. Quamobrem, ani-  
 ma mea, stude, vt talia tibi bona congreges,  
 quæ omni tempore in vita, & morte, sint tua,  
 & quibus te nemo spoliare valeat.

AD IN STAR interrogationis huius, simi-  
 lem quoque aliam mihi metipso proponam, &  
 dicam: Anima ipsa, quæ modo in corpore isto  
 degit, cuius erit post mortem? num Dei, an  
 dæmonis? num Christi, qui sanguine suo illam  
 redemit, an Sathanæ, cui illa se sponte subie-  
 cit? Si mortifero scelere me obstrinxi, & im-  
 pœnitens morior, nullum est dubiũ quin dia-  
 boli ea futura sit; qui eam in hora mortis à me  
 repetet, atque auellet: quia ipsius est propter  
 culpam; si autem in gratia Dei vivo, atque in  
 illa ad finem vsq; perseuero, erit Dei, qui tum  
 aderit, vt illam secum in Regnum, & gloriam  
 suam abducatur. Quapropter age modo pœni-  
 tentiam, pro sceleribus tuis, vt e *Princeps* **e Ioan. 14.**  
*nebrarum, & huius mundi hodie ad te veniens,* **30.**  
 nihil in anima tua, quod suum sit, inueniens, il-  
 lam deserat. O Rex cæli & terræ *ftuus sum ex* **f Psal. 118.**  
*go. saluum me fac:* tua est anima mea, quia illam **94.**  
 condidisti: tua, quoniam redemisti; sit, quæso,

etiam tua per gratiam sanctificata, & in sempiternum tua permaneat, æternæ gloriæ præmio coronata. Amen.

## PUNCTVM IV.

**P**RO conclusione, & confirmatione eorum, quæ in tribus hisce punctis dicta sūt, considerabo terribile quoddam exemplum prædictorū in Rege Balthasaro, qui conuiujs, & comessationibus cum Satrapis suis indulgens, vidit de repente manum quandam

a Dan. 5. 26.

verba hæc in pariete describentem. a *Mane thecel. Phares.* Quæ verba Daniel hoc pacto est interpretatus. *Mane: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. Thecel: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares: Diuisum est regnum tuum. & datum est Media, & Persis.* Quæ omnia eadē nocte, ipso miserabiliter interempto, completa fuerunt.

Hæc omnia mihi ipsi accommodare licet, si similis me occupat æternæ salutis obliuio: fingamque animo, venturam aliquando ex tempore diem, siue noctem quandam, in qua Deus omnipotentia suæ digitis in conscientia mea pariete sententiam horum trium verborū describat. Quorum PRIMVM erit: b *Numerauit Deus dies vitæ tuæ*, illos nimirum, quibus regno, substantiâ, diuitijs, honoribus, & officijs tuis fruiturus sis, qui completi iam sunt, nam hodierna dies erit vitæ tuæ nouissima.

I. p Tob. 14. 5.

II. c Apoc. 3. 2.

SECVDVM erit: *appensus es in statera*, examinatis diligenter vniuersis, & singulis

Operi,

*Operibus tuis; & non sunt inuenta plena, sed mutila valdè, & manca; eo quòd tuis obligationibus non satisfeceris.*

**TERTIUM** erit: *diuisum est regnum tuum:* quia abstulit à te **DEVS** regnum, substantiam, dignitates, & bona, quæ possidebas; atq; transtulit ea in hostes tuos, vel extraneos, & alios, qui illis perfruentur. Diuisit quoq; corpus, & animam tuam, & illud quidem vermibus in escam, hanc verò dæmonibus (qui eam excarnificabunt) in prædam tradidit.

Atque eâdem ipsa hora, qua sententia hæc pronuntiatur, nullo resistente, mandabitur executioni. O quales tunc angustia, & tremores me occupabunt: multò sanè acerbiores illis, quos Rex Balthasar sensit. O quales clamores, lamentationes, turbationes, & mortis angores affligent pauperem, & infelicem animam meam, tanto maiori tormento; quanto maior fuit illius ignauia, & obliuio. Recordare mei, Domine, propter immensam bonitatem, & misericordiam tuam; atque in anima mea, horum trium verborum sententiam ad eò fortiter imprime; vt memor sim supputationis dierum meorum; & finis, quo illi terminandi sunt: quò tanta solitudine vitam transigam, vt in die iudicij, quando me in statera tua appenderis, non inueniar mutilus, & mancus; sed plenus, & integer in cunctis actionibus meis; & quamuis me diuidas, & transferas regnum terræ, non tamen à coelesti regno tuo me excludas. Amen.

III.



## MEDITATIO XIII.

*DE VNIVERSALI  
Iudicio, Quoad signa & alia,  
qua diem illam præ-  
cedent.*

## PUNCTVM I.

*Pro Domi-  
nica 1. Ad-  
uentus.*



D argumenti huius funda-  
mentum, præmittenda est  
articuli illius FIDEI indu-  
bitata veritas, qua doce-  
mur; præter particulare il-  
lud iudicium, quod in cu-  
iusque mortis hora transi-  
gitur, superesse vniuersale omnium simul ho-  
minum, in nouissimo die futurum, & quidem  
visibile ac publicum: sic à diuina prouidentia  
varias ob causas decretum.

*Vniuersalis  
iudicij cau-  
sa. I.  
D. Thom 3.  
p 9. ar. 5.*

PRIMA EST, quò sententia, in particula-  
ri iudicio lata, confirmetur; eius iustitia mun-  
do innotescat; suppleatur que, quod illic de-  
fuit.

Nam in hora mortis de anima solùm iudi-  
cium fertur, non de corpore: contingit autem  
interdum, animam Dei iudicio damnari, cor-  
pus verò magno honore ad sepulchrum de-  
ferri; aut etiam contrà, animam in cœlum ma-

gna

gna gloria deduci, corpus ignominiosè ad sepulturam. Cum autem anima, & corpus, vel Dei obsequio, vel offensionì cooperati sint; par erat diem aliquem constitui, quo iudicium de utroque ferretur. Qua consideratione carnem meam, ut spiritui se subiiciat, instigabo, cum quo simul erit iudicanda.

SECVNDA causa est, quòd tum iustorum honori, qui in hac vita fuerant oppressi; tum multo magis, gubernationis suæ existimationi Deus confuleret; omnibus simul, sapientem se fuisse, ac sanctum in omnibus, quæ ordinavit, aut permisit, manifestando: ideoque nec a bonos de oppressa virtute conqueri: nec iniquos de vitiorum exaltatione, & victoria gloriari, meritò posse; sed *confundi, & erubescere* omnes debere, qui deus, quæ ignorabant, aucti sunt temere iudicare. Quare meritò Apostolus monet: *c Nolite ante tempus iudicare: quo ad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.*

TERCIA fuit causa, quòd IESV Christi gloria non solum bonis in cælo, sed in terra etiam, ubi eius ignominia fuit publica, impiis innotesceret: & qui viderunt humiliationem, eius viderent & præmium.

Atque propterea iudicii huius locus erit *d Vallis Josaphat* prope Ierusalem, & montem Oliivarum: ut quo loco ipse iudicatus, damnatus, crucique affixus fuit pro peccatis nostris; in eodem videant omnes, eum summo cum

## II.

a Hier. 12. 1.  
14.  
Abac. 1. 13.  
Iob. 21. 7.  
b & Iob. 82.  
16.

c 1. Cor. 4. 5.

## III.

d Joel. 3. 2.

c Actor. 10. honore e Iudicem esse viuorum & mortuorum:  
 24. & quem pauci tantum discipuli f in calum af-  
 f Actor. 1. 11. scendentem viderunt; descendentem eundem,  
 (vt dixerunt Angeli) ad vniuersos iudicandos,  
 videant vniuersi. Propter has causas talis iu-  
 dicii cogitatio potest in me gaudii, gratitudi-  
 nis, laudisque Dei affectus excitare, quibus  
 gloriam pro inenarrabili illa prouidentia,  
 qua ad tales illud fines direxit, illi reddam;  
 creaturas omnes, cum Dauide, ad idem inui-  
 tando: g *Latentur*, ait, *cali, & exultet terra:*  
 g Psal. 95. 11. *gaudebunt campi, & omnia, quae in eis sunt.*  
 12. *Tunc exultabunt omnia lingua siluarum à facie*  
*Domini: quoniam venit iudicare terram; iudi-*  
*cabit orbem terra in equitate, & populos in ver-*  
 h Psal. 97. *itate sua. h Iudicabit orbem terrarum in iusti-*  
 79. *tia, & populos in equitate: quia iniusticias om-*  
*nes, & grauamina absq; personarum discrim-*  
*ine discernet.*

## PUNCTVM II.

Matt. 24. 7.

29. &amp;c.

Mar. 13. 24.

&amp;c.

Luc. 21. 25.

&amp;c.

Erunt signa

in sole, &amp;c.

## I.

a Sap. 5. 18.

21.

SECUNDO loco perpendenda sunt signa,  
 IUDICIUM ipsum praecedentia: quae Chri-  
 stus in Euangelio enumerat; eorundem tam  
 multitudo, quam atrocitas; praesagia, effectus,  
 quos in hominum animis generabunt; modus,  
 quo illa succedet; causae denique, cur ita eueniet.  
 PRIMVM igitur multitudo perpendatur:  
 a *Omnem enim creaturam* (vt sapiens ait) *ar-*  
*mabit Deus ad ultionem inimicorum suorum: &*  
*pugnabit cum illo orbis terrarum contra infen-*  
*satos, & impios, & quoniam omnes creaturae*  
*instrumenta fuerunt beneficiorum, in eos an-*

te

te collatorum; omnes tunc instrumenta erunt iustitiæ eiusdem in eorundem pœnam, & ingentia damna: idque iure meritò; si quidem ipsi cum iniuria creatoris sunt eis abusi: & quamuis nunc eam iniuriam dissimulant; tunc tamen signis eam horrendis manifestabunt.

SECUNDO, eorundem signorum terribilitas consideranda, aliquibus illorum commemoratis. *b Sol enim obscurabitur, & luna non dabit lumē suum; sed c conuertetur in sanguinē.* *Stella siue cometæ instar fulminis cadent de celo, & virtutes calorū commouebuntur: stupendum edentes strepitum, sicut horologium, cum ad horam pulsandam soluitur: erūt terræ motus horreni: aperietur enim multis in locis, sicut Vulcani seu crateres alicubi nūc conspiciuntur: mare turbabitur fluctuum ingenti sonitu; venti alii in alios exurgētes, horrendas excitabunt tempestates; in aere tremēda erunt tonitrua, fulgura, fulmina; cōspiciētur visiones terrificæ: & d magis pauenda monstra, quàm quæ olim in Aegypto & Ierusalem apparuerunt: animalia, feræ, serpentes per varias partes vagantia discurrent; frementia, vlulantia, calamitosè sibilantia. Quæ cum per se ipsa horribilia sint, affligent tamen adhuc multò magis; tum propter ea, quæ prænuntiant, quæ multò sunt horribiliora; tum propter hominum apprehensionem. Omnia enim veluti ob oculos ponent tremēda, quæ imminēbunt mala: mundusque ipse veluti faciem præferret Inferni. SOLIS tene*

bræ,

## II.

b Matt. 24

7. 29.

c Joel. 2. 31

d 2. Mach.

2.

## III.

Hæc autem omnia initia sunt dolorum.

bræ, æternas ominabuntur tenebras: quibus animæ tenebræ, & peccata punientur. LVNÆ sanguis, Dei iram indicabit, qui de impiis vindictam sumet: eò quòd se illi peccatorum sanguine fædarunt; STELLARVM è celo casus infelicem portendet, eorundem è celo Ecclesiæ in abyssum inferni casum; quia ipsi se ex alto diuinæ gratiæ ad culpæ profundum præcipitarunt; ELEMENTORVM, & BELLYARVM furor, horribilitatem indicabit furiarum infernalium contra illos: quia bestiarum vitam vixerunt, nullo ordine, & moderatione passionum. Ex quo efficietur, vt homines præ timore, & terrore arescant; tam propter ea, quæ tunc cernent; quàm, quæ sibi imminere timebunt, inuadente eos e *spiritu tristi, qui exiccat ossa*. O quàm secus in ea occasione habebunt se illi, qui bona & securi sunt conscientia, quàm qui mala & turbati. Et si enim omnes timebunt, boni tamen, simul cum timore, fiduciam habebunt in misericordia diuina: ita enim eos Christus est consolatus. *Hic fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra* finisq; laborum vestrorum, quietis verò principium: iniquorum verò timor non fiduciam sed desperationem, & magnam impatientiam habebit adiunctam, *g semper enim (ait sapiens) præsumit sua perturbata conscientia, timore a* *fidi augens, & pœnam, & hinc (teste Dauide) timore trepidarunt, vbi non erat timor: quid ibi faciuri sunt, vbi tanta erit timor: occasio.*

*Arescentibus hominibus præ timore.*

*2. Pro. 17. 22.*

*Luc. 21. 28*

*3. Sap. 17. 11*

*2. Psal. 13. 5.*

occafio, incipiente statim tremore, & stridore dentium, qui æternum durabit in Inferno?

His omnibus & singulis perpensis, me ipsum ad salutarem Dei timorem, & peccatorum detestationem extimulabo, sic animam meam alloquens: cur Dei omnipotentis iram non metuis? qui quò nunc benignior est, te ferendo, ed tunc erit in puniendo seuerior. cur non cupidè & amanter sacramenta, & alia eius gratiæ signa nunc amplecteris? ante quàm horrenda iræ eius te signa opprimant? si etiam ipsius cœli tunc tremet columnæ: cur te priùs cœlesti vitâ non firmas; ne, etiam si timeas, deiiciaris? O Deus infinite: *i Confige timore tuo carnes meas, faciens me à iudicis tuis terribilibus timere. Prius arefcant sicut cremum effusa mea, quòd te offenderim: quàm inutili arefcam timore. Operiatur rubore vultus meus, ob mea peccata: vt caput meum eleuare tunc liceat cum lætitiâ; propter eam, quam de eis sperem, redemptionem, Amen.*

*i Psal. 118.*

*120.*

*k Psal. 101.*

*4.*

PVNCTVM III.

**T**ERTIO, considerandus est horrendus ille ignis, qui ex quatuor mundi partibus exurgens, ipsum vniuersum, & quæcunque in eo sunt, consumeret; renouabit verò, purificabitq; quod in eo est remansurum. Circa hunc ignem tria præcipue, quæ ad nostrum institutum faciunt, sunt perpendenda.

*De igne mû*

*dum consu-*

*maturò.*

*Psal. 49. 3.*

*Et 96. 3.*

PRIMUM, quod summa festinatione, absque rei vllius resistantia, a terra, & qua in ipsa

*2a. Pet. 3. 10*

*sunt*

sunt opera, palatia, viridaria; auri, & pretio-  
forum lapidum, thesauri; animantia, volucres,  
pisces, omnesq; homines, qui superstites tunc  
erunt, nemine profus euadente, *exurentur*. &  
hic totius huius spectabilis vniuersi pulchri-  
tudinis, & gloriæ (quam mundani homines  
tantopere diligunt, & æstimant) finis erit. iux-  
ta illud Ioelis b *Ante faciem eius ignis vorans,*  
& post eum flamma exurens; quasi hortus volu-  
ptatis terra coram eo, & post eum solutio deser-  
ti, nec est qui effugiat eum. Cur, ô anima mea,  
c huius mundi figuram non horrefeas, quæ ita  
præterit festinanter? cuius adeo erit si nis cala-  
mitosus? Treme ab hoc igne, qui omnes diui-  
tias eius exuret, nec tuæ concupiscentiæ ignem  
illis foueas.

Ioel. 2. 3.

1. Cor. 7.

Sap. 16.

Psal. 28. 7.

S. Basil.  
bi.

DEINDE, considera d ignem hunc (vt ait sa-  
piens) *factori suo deseruientem, crudelissimè*  
*exarsurum in tormentum aduersus iniustos:* le-  
uiorem verò futurum in eos, qui in Deo confi-  
dunt, & superstites erunt; quibus purgatorii  
vice erit, vt à culpis & earum reliquiis pur-  
gentur; merita verò & corona augeantur, quæ  
illi breui consequentur. Impios verò horren-  
dè torquebit, tanquam inferni initium; qui in  
perfidia pœnam illos manet. Ex quo efficitur,  
ignem hunc in mundo perduraturum vsque ad  
vniuersalis iudicii finem, e Deo (vt ait Dauid)  
*eius flammæ interdicante.* hoc est, vt S. Bas-  
ilius interpretatur: ita ignis ille Electorum  
corpora illustrabit, vt nullum inferat detri-  
mentum; Reproborum verò ita torquebit; vt  
statim.

statim, ac resurrexerint, horrendum illum experiantur, qui illis paratus est: ad quem mox atque sententia lata erit, tanquam furiosus fluuius eos rapiet, atque in infernum cum illis descendet. & tunc implebitur quod scriptum est; *Ecce dies veniet succensa quasi caminus. & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus ex cetero: quia non derelinquet eum radicem & germen. Et orietur vobis timens nomen meum Sol iustitia, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitur impios, cum fuerint cibus sub planta pedum vestrorum.* f Malach. 4.1.

CONFERR, o anima mea, clibanum illum ardentem cum hoc iusticiae Sole; flammam illam excocantes cum his splendoribus illustrantibus, cineres illos tormentorum, cum his leuaminum pennis, illam instar stipulae conflagrationem, cum laetissimis hisce vitulorum tripudiis: talemque nunc vitae rationem elige, quae à tot malis ereptam, tot bonis accumulat. O Deus aeternae, g à cuius facie fluuius igneus rapidusq; egreditur in vindictam impiorum, h alter vero fluuius aqua viua, tanquam crystallum splendidus in refrigerium electorum. Laua me, ac secundi huius fluuii aqua purifica: vt ab alterius igne sim liber. Amen.

## PUNCTUM IV.

QUARTO, consideranda, quae Christus de statuta illa iudicii die dixerit. Quod videlicet, a de die illa & hora nemo scit, a Mat. 24. 36. Marc. 13. 32.

neque



*eg, Angeli caelorum, neq, filius hominis, nisi solus  
 pater: & quod b repente, c & in ictu oculi sic ve-  
 urus: ad quod duas adfert similitudines, vel  
 exempla. Sicut, inquit, factum est in diebus  
 Noe, ita erit in diebus filij hominis: edebant, &  
 bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nu-  
 ptias vsq, in diem, qua mirauit Noe in arcã. &  
 venit diluuiũ, & perdidit omnes. Similiter sicut  
 factum est in diebus Loth: cum minimẽ Sodo-  
 mita cogitarent, d qua die exijt Loth a Sodomia  
 pluit ignem, & Sulphur e caelo: & omnes perdi-  
 dit: Secundum hæc erit, qua die filius hominis re-  
 uelabitur, ad iudicium veniens. Nam attenden-  
 tibus ad nuptias, animiq; relaxationibus suis  
 immerfis hominibus, incipiet tribulationum  
 diluuium, & exurget ignis, qui omnes deuora-  
 bit: eritq; damnatorum innumerabilis nume-  
 rus; saluandorũ exiguus, qui, vt Noe & Loth,  
 salui euadent. Et cũ idem euenire experiamur  
 in multis huius temporis tribulationibus, Pe-  
 stis, & aliorum flagellorum, quæ incogitantes  
 nos, & repente inuadant, curandũ mihi est, ita  
 paratum viuere, vt euadere merear: Christi  
 ipsius consiliũ sequens, quod post narrationẽ  
 illius diei intulit, dicens: *e qui quæserit ani-  
 mam suam saluam facere, perdet illam, hoc est  
 vitam carnalem mortificet: nam qui hac ra-  
 tione illam perdidit, spirituali vita viuificabit  
 eam, eritq; securus in huius iudicij die. Et  
 iterum idem Christus dixit. f Vigilate itaq;  
 omni tempore, vt digni habeamini fugere ista  
 omnia quæ futura sunt, & stare ante filium ho-  
 minis**

b Luc. 21.

34. &amp; 17. 20

c 1. Cor. 15.

52.

d Gen. 19. 24

e Luc. 17. 33.

f Luc. 21. 36.

mini. O Supreme Iudex, viuifica me gratiã tuã, vt sicut Noe ille in arca, ita ego in tua salueti Ecclesia. Extrahere me ab huius sæculi Sodomis, licet inuitum, & g *disſimulamem*, ac tergiuerſantem, sicut Loth, vt ab ignibus deuastantibus ereptus, in alto sanctæ gloriæ tuæ monte saluari merear, Amen.

g Gen. 19. 16.

MEDITATIO XIV.

DE RESVRRECTIONE

*mortuorum, iudicis aduentu, & iis, qua ille ante sententiam facturus est.*

PVNCTVM I.



**R**IMVM, consideranda est generalis mortuorum resurrectio, quò animo simul, & corpore in hoc iudicio compareant.

Ioan. 5. 28.

CIRCA hunc fidei articulum perpendendum est *Primum*, a *Archangelum*, quendam vocem illam tremendam instar *tuba* editurum: *surgite mortui, & venite ad iudicium*. Quæ vox vltique ad eum potens erit, Dei omnipotentis virtute, vt *in ictu oculi* mortui omnes resurgant, & *mare det mortuos, qui in ipso erant*, & *inors*, & *Inferny reddant mortuos suos* etiam si enim in puluerem sint conuersi, potentia tamen diuina in momento eos reformabit ita, vt omnem membrorum integritatem, re-

1. Thes. 4. 16.

1. Cor. 15. 92.

S. Hier. in

Reg Monachorū c. 30.

1. Cor. 15.

32.

c Apoc. 20.

13.

Part. 1.

K

cipiant,

cipiant. Eodemq; momento animæ, quæ in inferno fuerint ascendent; & quæ in cælo, descendet; & suo quæq; corpori, quod ante mortem habuerat, coniungetur. Huic itaq; Archangeli voci, & citationi ad Iudicium, omnes omnino absq; resistantia, aut tergiuersatione parebunt, etiamsi Reges, Pontifices, Monarchæ fuerint. Recordare frequenter, anima mea vocis huius tremendæ, & potentissimæ: sonet hæc tuba continuè in auribus tuis; time terribilem hanc citationem: & præpara te ad comparandum; obaudias nunc voci Dei, & aspectabilis Archangeli dicentis: *d surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus*, qui non mortem quærit peccatoris, sed ut conuertatur, resuscitetur, & viuat.

d Ephes. 5.  
14.

II.

Apo. 9. 6.

DEINDE, cõtemplabor corpus, quod anima, damnati, ex inferno ascendens accipiet: quidq; sentiet in illud se videns ingressam. Dabitur. n. illi corpus patibile quidem, sed immortale; vt semper patiens, nunquam tamen amplius moriatur; fœdissimum, fœtidum, horridũ; q; miserimæ animæ æternus sit carcer, nouusq; infernus in eo commorari. O quanta in se mutuo primo illo congressu coniciet maledicta! Sis maledictum, (dicet anima corpori) quod vt tibi indulgerẽ, & q; mihi rebelle fuisti, tot sustinui, ac æternũ tecum sustinebo tormenta: corpus verò eadem in animam refundens: maledicta, inquit, tu, quæ arbitrii tui libertate me tibi subicere, & mortificare potuisti; quod quia neglexisti, patienda en mihi

tecum

tecum horrenda, & æterna tormenta. Hac ratione miserimi illi duo coniuges, qui in mortali hac vita facillè conuenerunt, vt voluptates amplecterentur, innumeras cū eis culpas ebibentes, tunc e *sicut spina se inuicem complectētes*, pungētēsq; alter alterius carnifex effectus, horrendas mutuo pœnas sibi ipsis augebunt.

Nabum. 1.  
10.

III.

TERTIO, considerabo similiter, quale corpus accipiet anima beati, de cœlo descendens quamq; iucundus illi erit talis in eam ingressus. Erit enim corpus illud immortale, impatibile, splendens, & omninò perfectum, & gloriosum. O quantas sibi mutuo benedictiones precabuntur: Anima corpori congratulās dicet: Euge corpus, sis benedictum, quòd patienter mortificationes ferens, teq; hilariter mihi in omnibus, quæ Deus iussit, subiiciens, me ad gloriam, quam hætenus habui, & æternum habitura sum tecum, feliciter iuueris. Gaude, quia iam laboris, & tempestatis tempus transiit, accessit verò quietis, & tranquillitatis: *f. 1. Cor. 15. seminatum fuisti in ignominia, dum fuisti se-* 43.  
*pultum in terra; sed surrexisti in gloria: glorifica Deum mecum, siquidem mecum es regnaturum. Deniq; comparatione inter bonos, & malos instituta, corpus meum ad patiendū in mortali hac vita animabo, vt felix illa fors ei contingat, ad beatam vitam surgendi.*

PUNCTVM II.

CONSIDERANDVS deinde Iudicis ipsius aduentus ad iudicium; eius è cœlo exitus, Maiestas, vultus habitus, co-

Matt. 24. 30

mitatus, quem secum habebit; Regium ipsius vexillum; gloriosus in Iudicio thronus, & Iudicii denique ad latus eius assessores.

PRIMUM ergo perpendendum, Christum Dominum nostrum re ipsa, vereque è celo exiturum: & secundò in mundum, ad eum Indicandum, venturum; sed longe alio habitu, quàm venerit primùm. Veniet enim in corpore glorificato, splendidiſſimo, corona gloriæ, & immortalitate coronatus; tantoq; amictus splendore, vt Sol, Luna, & Stellæ in eius præſentia haud datura ſint lumen: tanta verò eius erit Maiestas, vt Angeli hominesque omnes iusti ac peccatores, & ipſimet Dæmones, quamuis inuitiſſimi, illi ſe ſubiiciant, eumque adorent, ac pro Deo & Domino ſuo agnoſcant: tunc enim Pater implebit, quod aliquando promi-

a Pſal. 8. 7.

b Pſal. 109. 1

1. Cor. 15. 26

c Phil. 2. 10.

ſit. a *Subiecturum ſe omnia ſub pedibus eius.* b *Et poſiturum inimico eius ſub illius pedibus.* Et c. in nomine eius omne genu flectendum, caeleſtium terreſtrium, & inferorum: & omnem linguam confeſſuram, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. O Saluator mi, iuſtum eſt, vt ſecundus tuus Aduentus patefaciat gloriam quam primus occultauerat. Concede mihi obſecro, te in prioris humilitate imitari, quò poſterioris gloriæ particeps ſiam.

## II.

d in Iude

Epiſt. verſu

14.

e Dan. 7. 10

millia milli-

um aſſiſte-

bant ei.

CONSIDERANDVS deinde comitatus, quem ſecum habiturus eſt. Nam Enoch Prophetavit: d *Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, caeleſti toro exercitu ſtipatus, c tribus ſuis Hierarchiis, & nouem earum choris, in-* dutis

dutis (vt piè credere licet) corpora aerea, solis  
instar splendentia, quæ Hierarchiæ, & chori  
sui pulchritudinem, & excellentiam in eis o-  
stendent.

Præferetur (vt ex Euangelio colligitur) *ffig-  
num filii hominis*, Regium videlicet sanctæ  
crucis vexillum, admirandò fulgens splendo-  
re: quod vnicum quidem erit, sed iustis, qui in  
hac vita illud amplexi, in eo gloriati sunt, car-  
nem suam cum vitiis, & concupiscentiis cru-  
cifigentes, iucundissimum erit spectaculum;  
impiis verò, qui aut non crediderunt, aut tan-  
quam hostes illud horruerunt, quòd *g ventrem  
suum vt Deum haberent*, horrendum atq; tre-  
mendum: ideoque statim atq; illud conspiciet,  
amarissimè flebunt: quia iustam in eo suæ da-  
mnationis causam videbunt. Sequere igitur, a-  
nima mea, crucis in hac vita vexillum: vt cum  
pace, & securitate illud intuearis in altera: de-  
fleas, quam hætenus ab eo auersionem habui-  
sti, vt læta tunc illud aspicias.

QUARTO, considera, quo pacto, cum primū  
in vallem Iosaphat Christus descenderit, se-  
debit in excellētissimo, & splēdidissimo thro-  
no, ex pulcherrima nube fabricato, cuius diui-  
nus vultus, etsi vnicus, idemque, bonis tamen  
erit placidissimus; sed terribilissimus malis,  
adeò, vt vel ipso eius aspectu tremore, & con-  
fusione repleantur. Ex eius autem sacratissi-  
mis, manuum, pedum, laterisque vulneribus,  
lucis radii procedent, versus bonos iucundis-  
simi, qui corpore eorundem vulnerum aspe-

e Mat. 16.  
27. & 25. 31.  
Omnes An-  
geli cum eo.

III.  
f Matt. 24.  
30.

g Phil. 3. 19.

IV.

ctu singulari ē capient voluptatē, agnoscētes ex  
 eis summi illius Regis in se amoris magnitudi-  
 nem, qui talia voluit ipsoꝝ gratiā subire: sed  
 ex eisdem vulneribus aduersus sceleratos ra-  
 dii prodibunt iræ, & ignis stupendi: qui (scri-  
 ptura teste) *h plangent amarissimè quasi super  
 vngentum & dolebunt, vt doleri solet in morte  
 primogeniti*: quia eorum fructu in suum com-  
 modum vti contempserunt; præcipuè verò  
 Iudæi, & Gentiles illi, qui eadem Christo cru-  
 delissimè infixerunt. O IE SV dulcissime, per  
 sacratissima tua vulnera supplico, vt *i pennas  
 mihi sicut columba* concedas, quibus ad ea vola-  
 re, & in eis quā diu vixero *requiescere* possim,  
 mea gemens peccata, ob quæ tu illa suscepisti:  
 vt in die Iudicii eadem cum iucunditate aspi-  
 cere, & ad gloriam tuā admitti merear, Amen.

V. POSTEA cōsiderabo, ad Christi iudicantis  
 latus, alium thronum collocandum insignis  
 glorię, pro sanctissima eius Matre Domina no-  
 stra: est enim consentaneum, eam in hoc Iudi-  
 cio, sicut alteram *k Bet sabee ad veri Salomonis  
 dextrū latus assessurā*: non iā vt peccatorum sic  
 aduocata, quia interueniendi pro eis tempus  
 effluxit: sed vt erubescant, quòd tantæ matris  
 certæque aduocatæ patrociniò in tempore vti  
 neglexerunt: & simul, vt iusti, eius præsentia  
 exultēt; ipsaq; corā vniuerso mūdo, debito af-  
 ficiatur honore, ob tot humiliationes, quas in  
 hac vita ab iis pertulit, qui eam agnoscere no-  
 luerunt; sed cōtumeliis in filii sui passione af-  
 fecerunt. O virgo excelsa, gaudeo de gloria il-

la,

la, quam illa die es habitura. Iuua me nunc in  
tercessione tua, ut tuo tunc gaudeam aspectu.

Deniq; circū ipsum Christi thronū alii etiā  
*Throni* cōstituētur, in quib<sup>9</sup> *Apostoli* (sicut pro-  
missū eis est) etiā *duodecim tribus Israel*, & vni-  
uersas Mūdi nationes *iudicaturi sedebunt*; &  
sanctissimæ vitæ suæ exēplo, scelestā ipsorum  
condēnabunt; sup̄ emiq; iudicis sententiā cō-  
probantes, eius iustitiā ipsius nomine manife-  
stabūt. Imō, iuxta multorū patrū sententiā et-  
iā in thronis gloriæ sedebūt Pauperes spiritu,  
qui Apostolorū vestigiis inhæcētes, omnia sua  
pro Christo reliquerūt. O quā stupefcent tyrā-  
ni, & Imperatores, qui Apostolos martyrio af-  
fecerūt, cū eos aded in gloria sublimes cōspi-  
cient. O quantus erit in *pauperū Religiosorū*,  
quibus Deus *iudiciū tribuet*, honor, qui in hoc  
sæculo tāquā à mūdo abiecti vixerūt. O sūme  
Iudex, si eos, qui spōte, & volūtate sunt paupe-  
res ita honoras; magna ego voluptate eā pau-  
peritatē amplector, nō tā propter meū honorē  
quā propter gloriā, quæ inde tibi redundabit.

PUNCTVM III.

**T**ERTIO considerandum, qua ratione, ad  
Iudicii executionem, Christi mandato,  
a exhibunt Angeli, & separabunt malos de  
medio iustorum. Et ipse b sicut Pastor separat o-  
ues ab hædis. statuet quidem oves à dextris, hæ-  
dos autem à sinistris.

CIRCA quod primū est perpendendum,  
& mundum, & Ecclesiam, quæ in eo est, in-  
star esse gregis ouium simul, & hædorum;

VI.

1 Matt. 19.  
28.  
Isa. 3. 14.

S. Tho. 9. 89  
in Additio.  
a. 1. & 2.

m Job. 36. 6.

Bonorum ab  
impis sepa-  
ratio.  
a Matt. 13.  
49.  
bc. 25. 33.

I.



bonorum scilicet ac iniquorum, ita inter le-  
commixtorum, ut quæ ouis sit Christi, quis  
Sathanæ hircus, discerni semper non possit: ex  
quo prouenit, ut sæpe scelestum tanquam iu-  
stum honoremus; iustum cōtrā, tanquam pec-  
catorem, contemnamus: ideoque neque iusti,  
neque peccatores locum sibi debitum occu-  
pent: sed hi dexteram, locumque altiorem; illi  
sinistram, & abiectissimum in terra teneant.

*c Eccl. 3. 16.* Quamobrem Solomon: *c Vidi, inquit, sub sole*  
*in loco Iudicij impietatem, & in loco iustitiæ im-*  
*quitatem: & dixi in corde meo: iustum & im-*  
*pium iudicabit Deus: & tempus omnia ei tunc*  
*d e. 10. 5.* erit. Et iterum: *d Est malum quod vidi sub sole,*  
*positum stultum in dignitate sublimi; & diuites*  
*sedere deorsum: vidi seruos in equis, & Princi-*  
*pes ambulantes super terram, quasi seruos.*

Appropinquante itaque hoc tempore, ut  
fraudes huiusmodi patefiant, iniuriæque re-  
farciantur, separabit Christus *e triticum à zi-*  
*f 3. 12.* *zania. granum f à palea. bonos à malis piscibus,*  
*g 25. 32.* *g agnosque ab hædis: & bonos ad dexteram*  
*h 1. Thef. 4.* *constituet, eleuatos (ut ait Apostolus h in aera,*  
*17.* *ut orbis vniuersus eos agnoscat, & ut sanctos*  
*veneretur; malos autem constituet ad sinistra,*  
*in terra hærentes; ut omnes eos, & agnoscant;*  
*&, ut peccatores, contemnant. O quanta ini-*  
*quorum erit confusio, qui in hoc mundo dex-*  
*teram habere, & dignitatem videbantur; cum*  
*ad sinistra se ibi esse, & in tanta cernent ab-*  
*iectione! quanta inuidiæ rabie in bonos com-*  
*moueantur, quos in tâto honore, se verò ad-*

eo con-

eo contemptos esse videbunt! Quid Princeps, quid Dominus dicet, cum subditū aut mancipium suū in altiori loco conspiciet, quam ipse sit? quid Præ latus, quid Magister; cū subditū, cum discipulum sibi præ ferri videbit? Omnes vñ illud Sapientie vsurpabunt. *i Sap. 5.4.*  
*ti vitam illorū estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est: Ergo errauimus à via veritatis, & iustitia lumen non luxit nobis, & Sol intelligentia non est ortus nobis. O iustitiæ Sol, cœlesti tuo lumine mentis meæ oculos clarifica: vt infeliciū horum miseram cæcitatē cognoscens, ex eorum erudiar miseria.*

CONTRA, boni iucundi erunt, videntes se ad Christi dexteram, qui & ipse lætissimo eos vultu conspiciet: tunc enim ad literam impleri incipiet: & ad oculū illud Dauidis: *k Astitit k Psal. 44.*  
*Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circum data varietate.* *10.* O quā illic erit gloriosa illa iustorum congregatio! sicut Regina, quæ breui in sponsi Regnum splendissimum deducenda, exultat, dum se ad dexteram dilecti sui tot virtutibus ornatam videt: in hoc sæculo contemptum, & ignominiam experta, nunc in momento se videt ad summos honores euectam. Felicem illum, qui infimum in hoc mundo sibi locum eligit: cui tunc dicet, Christus: *1 Amice 1 Luc. 14. 10*  
*ascende superius, ascende super terrę superbos; & mox mecum ad cælestes conscendes thronos. Elige ergo, anima mea, infimū in hac vita*

locum, vt in die iudicij locum à Chrifto inter Angelos recipias. Ne follicita fis, ad quã in hoc mundo manum colloceris, fed quamnam ad tribunal Chrifto fis habitatura; ita vitam tuam hic inftitue, vt ibi ad dexterã eius conftituaris.

**DENIQUE**, fi fcire aueo, quãnam mihi manus, aut fors in die illa contingeret; cogitandum eft mihi, ouisne fim, an hœdus? an videlicet Chrifto Paftoris vocem audiam; mitisne fim, & corde humilis; aduerfa, iniuriasque æquanimiter tolerem; bona mea alijs liberaliter imperiar: an contra superbus fim, vltor iniuriarum, tempo: alia mea commoda quãrens, cum proximi detrimento, aut fpiritalis boni aliqua iactura? ac reflexione circa hæc facta, fupremi huius Paftoris ouis offe contendam: confidens, quòd cum ingenti profperitate ad fuam me dexteram fit collocaturus.

PUNCTVM IV.

*Aperientur  
conscientia.*

*S Thom. in  
Additio. q.*

*87.*

*1. Cor. 4. 5.*

**I**

*b Dan. 7. 10.*

*Apo. 20. 12*

*libri aperti*

*sunt, & ali*

*liber, qui est*

*vii. a.*

**Q**UARTÒ, consideranda eft manifef-  
tatio, & promulgatio cõfscientiarum, tam  
bonorũ quam malorũ, quæ in iudicio, in  
totius vniuerfi, & Angelorum præfentia fiet:  
iuxta illud Apoftoli, *a qui illuminabit abfcon-  
dita tenebrarum, & manifeftebit confilia cor-  
dium*. Speciale enim quoddam lumen Deus ad-  
feret, quo illa omnia cerni poffint.

**PRIMUM** circa hoc eft perpendẽdum, qua  
ratione Deus in illa die *b aperiet*, (vt fcriptura  
loquitur) explicabitque libros cõfscientiarũ,  
qui huius vitæ tempore claufi fuerunt: oēs ita  
que legent quicquid in libro cõfscientiæ cuiusq;  
& quis.

& quisque quod in omnium conscientiarū libris scriptū erit. iudicium verò fiet, sententiaque iuxta ea, quæ in libris erūt scripta, feretur: vt omnibus constet de iustitiæ diuinæ rectitudine: id quod in bonorum laudē, impiorū verò cedit ignominiam. Ex quibus intelligā, quantum referat, attentissimē obseruare, quid in cōscientiæ meæ libro scribatur. Nūc. n. & scribere, & occultare possum, quod volo: sed illa die in despectū meum omnia prodibunt in lucem. Quod si conscientiæ meæ liber iuxta librum vitæ, qui est Christus IESVS, bene descriptus erit, liber meus (vt ait Iob) defensio mea erit, honor meus, & corona mea: (cupiebat enim ille *vt librum scriberet ipse, qui iudicat*, bene sibi conscius, consensurum illum cum cōscientia sua) Sin meus liber, Christi libro aduersetur, ipse etiam accusator meus, ignominia, & dānatio mea erit. O saluator piissime, cuius liber in die iudicij aperietur, quod vita tua lex sit, regulaq; viuens, ex qua iudiciū feratur de nostra: ne, quæso, patiaris, scribere me aliquid in conscientia mea, quod vitæ tuæ libro sit contrariū: quod si quādo, ex imbecillitate meā, acciderit, adiua me, vt poenitiæ lachrymis illud deleam: vt in die reddendæ rationis me tuæ vitæ conformem inuentum, facias etiam gloriæ participem. Amen.

c Iob. 31. 35.

SE D magis ad particularia promulgationis huius, discendendo, perpendam, etiā occulta cordis peccata ibi cōparitura; & sē ia illa, quæ fortè occultè, & in angulo sunt patrata, &

ob pu-

II.

ob pudorem in confessione celata, aut excusationibus, & dissimulationibus obducta; intentiones noxiæ, prodiones opertæ, hypocrifes, & quicquid specie tenus sanctum apparebat, cum reuera iniquum esset. Ibi famuli infideles, amici falsi, Christiani ficti, ingenti pudore afficientur: quia tales fuisse deprehendentur. si enim hic tam grauius fero, secretum aliquod peccatum meum, coram decem hominibus reuelari: quomodo feram omnia occulta simul, & coram omnibus hominibus, & Angelis manifestari: Quomodo, anima mea, audes vel in occulto peccare, si credis fore, ut id manifestetur, & cognoscatur à toto mundo? Qua ratione potes in confessione occultare, aut tacere præ pudore, si fidem habes confusionis huius, & pudoris, quo ob talem occultatem afficeris? Memor esto, Redemptorem tuum dixisse: *Nihil occultum, quod non reueletur, aut absconditum, quod non sciatur: & ab ea propterea abstine culpâ, quam nolis pro palari.*

¶ *Luc. 12.2.*

### III.

Mox perpeudam, Deum Dominum nostrum bona iustorum opera etiam occultissima, manifestaturû, bonas cogitationes, pios affectus, intentiones occultas; cum sinistra non sciuit, quid faceret dextera: externa quoque opera bonâ, quæ humilitate ipsi occultarunt; & quæ mûdus iniqua iudicans, eos propterea calumniatus est, & condemnauit: qua ratione boni maximo tunc honore afficiêtur, & exaltabuntur. O quanta ibi erit vitij turpitudine; quanta virtutis elegantia! O quam honorificum, &

glo-

gloriosum tūc iudicabitur obediuisse, sese humiliasse, illatas iniurias in silentio, excusationibus nō adhibitis, aut innocentia suā nō manifestatā, æquo animo pertulisse. Felices qui hæc virtutum exercitia amplectūtur, pro quibus tantam recipient gloriam. Occulta, anima mea, bona opera tua per humilitatē, suo enim tempore Deus illa ad magnam tuam gloriam manifestabit.

IV.  
 VLTIMO tandem perpendam, eundem Iustissimum iudicem illa die manifestaturū tam iniustorum bona, quæ fecerunt; quam piorum mala: sed alio fine, alioque euentu: iniquorum enim bona in maiorem eorum cedent ignominiam; vt qui non perseverauerunt in bono: & quod multa eis mala permiscuerunt, eorū premio iure priuabuntur: & memores bonorum consiliorum, & admonitionum, quas iustis interdū dederunt, vehementiūs pudebunt; quod easdem sibi non acceperint, nec eis vsi sint. Contrā cū iustorum peccata manifestabit, adiunget, poenitentiam propterea factam, & bona, quæ inde illi hauserunt: vt illa peccata admisisse non sit illis pudori futurum, sed occasione Deum laudandi, qui ea condonarit, & à tanta eos miseria, magna misericordia eruerit. Id quod etiam malos confundet amplius: cum videbunt in tanto eos apud Deum esse honore, qui similia, aut etiam grauiora fecerunt: sed illi poenitentiam habuerunt: quam ipsi neglexerunt.

## PUNCTVM V.

*Accusatio-  
nes & onera  
impiorū.*

I.

*a Apoc. 12.  
10.*

*Orat. 1. de  
amore erga  
Deum, &  
proximum.*

**Q**VINTO consideranda grauiſſimæ ac-  
cuſationes, & onera, quæ ex ea promul-  
gatione impijs, in bonorum fauorem  
emergent.

PRIMUM enim dæmon a *fratrū accusator*,  
& calumniator eo die, qui vltimus illi ad id  
muneris erit, vehementius vrgebit iniquorū  
peccata, ad maiorem ipſorum in totius mundi  
conſpectu confuſionem ea exaggerando. Con-  
uerſus enim (ait S. Baſilius) ad Iudicem dicet:  
Ego hos non creauī, non illis vitam dedi, non  
in ea ſuſtentaui, aut bona, quibus fruere-  
ntur, dedi; nihil ipſorum cauſa ſum paſſus, nō mor-  
tuus; nullum eis æternum præmium promiſi.  
& ipſi tamen, te neglecto, qui omnia hæc illis  
præſtitīſti, mihi ſeruierunt, & obediuerunt:  
quare iure ad me pertinet: quia illos proſtraui,  
& ſe mihi ſubiecerunt; pluris me facientes,  
quàm te. Hæc ſuperbus obijciat Sathanas, tan-  
quam volens de ipſo CHRISTO rabie ſua tri-  
umphare, vindictam de eo, in eius creaturis,  
ſumendo, O quàm ſe illuſos, & pudefactos, ſe-  
rò licet, peccatores experientur; quod tali ſe  
hoſti ſubiecerint. Fuge ergo, anima mea, ei te  
hic tradere, à quo intolerabilem ad eò ſeruitij  
tui mercedem expectes: Chriſti potiùs hono-  
rificationem ducito, qui te creauit, redemit,  
aliudquæ ſeruitij tui præmium promiſit. irri-  
deas tu potiùs hoſtem illum in hac vita, niſi  
velis in futura ab eodem irrideri.

DEIN-

DEINDE, expendam grauiſſima illa, quæ ipſe Chriſtus interiùs eiſdem obicit: reuocans in memoria, exprobanſque ſingula, quæ in eoſ contulit beneficia. Ego (dicens) te ad imaginem & ſimilitudinem meam creau: tu eam plurimis, grauiſſimiſque maculaſti ſce-  
 ribus; ſanguine meo pretioſo te redemi: quem iniquis tuiſ gressibus conculcaſti; Baptiſmi te ſacramẽto regeneraui, & Eccleſiæ ſponſæ meæ membrum feci: quam tu ſcandaloſâ vitâ profanaſti; poenitentiaſ ſacramẽtum, quo tua peccata delere, gratiaſque, & amicitiaſ meæ reſtitui poteras, obtuli: tu in peccatis tuiſ perſeuerare, quàm mihi reconciliari potiùs elegiſti; corporiſ, & ſanguiniſ mei pretioſum obrulicibum, & animaſ nutrimentum: tu Aegypti ollas prætulit; multis te inſpirationibus vocaui, & vt ad cor redireſ, admonui: illiſ tu ſemper te pertinacem præbuiſti; minatus ſum, ni reſpiſceres, poenas, animum tibi addidi magnorum præmiorum promiſſiſ: quæ tu omnia nihili feciſti. O infelix, quid vltra potui facere, quàm tibi fecerim! tu verò quid potuiſti contra me facere, quod non fecerim? honorem tuum meo honori vbique præferendo. Vos ergo Angeli miniſtriq; mei, vos iudicare, aſpicientes, *b quid vinea huic facere potui, quod non fecerim? an quòd, cum vuas merito expectare debui, illa attulerit labruſ. au?* Quæ ſi bene perpendero, magno animi ſenſu nunc, antequam illa hora veniat, cum Dauide ingemifcens dicā *c Domine ne in furore tuo arguas me,*

*b Iſai. 5. 4.*

*c Pſal. 6. 1.*

neque



neque irata tua corripias me, misericordia potius tua me corripere, quamdiu locus superest emendationi.

III. HANC Christi obiurgationem iuuabunt custodes nostri Angeli, adferentes contra impios, quicquid ad eos à peccatis auertēdos ipsi adhibuerint; eorumque peruicaciam, qua illi omnia illuserint. Ipsi quoque iusti, qui aderunt, eosdem improbos accusabunt: alij, quod ipsorum bona consilia reiecerint; alij quod iniurijs magnis ab eisdem affecti fuerint; alij ob pericula, quibus ob mala ipsorum exēpla expositi fuerint. Hæc omnia infelices illi intus in corde, & infelici cōscientia sua audient, & videbunt; quæ omnium vehementissimè eos accu-

d Rom. 2. 16

sabit, iuxta illud Apostoli; *de testimonio illi reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiā defendentium in die, cum iudicabit Deus occulta hominum.* Ipsa enim conscientia, peccatorum suorum conuicta, clarissimè videbit, se iure merito ab omnibus accusari; nec aliquid, quo se excuset, sed plurima, de quibus se ipsam etiam accuset, habere. O quam fuisset illis utilius, se ipsos sponte in hac vita, magno suo bono accusasse; quam inuitos ibi, & sine fructu, alijs accusantibus, non posse se excusare. O Iesu benignissime, cōcede mihi in hac vita, dignè me in tuo ac ministrum tui conspectu accusare, vt ab eo absoluar; ne me in die iudicij alij accusent, vt condemnent.

MEDI-

## MEDITATIO XV.

DE IVDICIS PRO  
iustis, & contra improbos  
sententijs, earumq; ex-  
ecutione.



SENTENTIARVM series, quas Christus Dominus noster in die IVDICII proferet (sensibili vt creditur voce) pro bonis, & cōtra iniquos, expressa est in Euāgelio, ab ea initio facto, qua erit pro bonis; vt vel ex hoc intelligatur, quā sit is propensior ad pramiam reddenda, quā supplicia.

Abulen. q.  
333. in Matt.  
Iansenius,  
Sorus, &  
alij.

## PUNCTVM I.

PRIMUM considerandum, qua ratione Dominus noster sedens in gloriæ suæ throno, iustos respiciens, blanda dulcique voce illos alloquens; a Venite, dicet, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnū a constitutione mundi: esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c. Huius sententiæ verba singula seorsim meditabimur, eorum perpendiculariter mysterium, iuxta eam orandi formam, quæ introductionis §. 9. posita est: sed quoniā hæc pramiam fufius postea meditationi subijcientur; eadem hic insinuabuntur solum.

a Matt. 25.  
34.

Pars I.

L

VENI-

## VENITE

IN hoc verbo causæ expendendæ sunt, cur dixerit VENITE; vnde illi, & quo sint venturi. VENITE nunc dicit, vt reuocent sibi in memoriam primam vocationem, qua, ad ipsum sequendum, eos vocauerat, cum dixit: b  
 c 16.24. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos: & illam: c Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Et quoniam vocem illam boni audiuerunt, simili nunc alia ad eos vtitur, atque si diceret: siquidem secuti me estis cruce vestra sublata; & vos ipsos mortificastis, vt vitam meam imitaremini: Venite nunc ad præmium, etiam me sequentes in gloria. d  
 c Apoc. 7.14. *Venite de monte libano Ecclesiæ meæ, in qua baptismo regenerati, & pœnitentiæ lachrymis abluti, cedrorum instar in virtute creuistis: Venite ex tribulatione magna, in qua estolæ vestras in sanguine meo abluentes, & dealbantes hactenus mansistis. Venite de cubilibus leonum, de montibus pardorum, in quorum societate viuentes, magnas sustinistis persecutiones: exite de medio eorum; venite, vt coronemini, dignoque vestris victorijs præmio afficiamini. Audi, ô anima mea, sine mora vocem, qua te Christus ad vitæ suæ imitationem vocat; quò alteram dulcissimam vocem audire sis digna, qua te vocet ad coronam.*

**BENEDICTI PATRIS MEI.**

**I.**  
**A**LTERVM est verbum dulcissimum, **BENEDICTI PATRIS MEI**, quo vtitur, vt omnibus constet de beneficiorum, quæ in eos contulit, confert, & conferre vult in æternum, immensitate: illud adimplens Psalmi: *f* **Psal. 33. 3.**  
*Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iuravit in dolo proximo suo: hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Nec benedictos Abraham, Isaac, aut Iacob, nec benedictos Moysi aut Patriarcharum, aut Prophetarum appellat: sed æterni PATRIS MEI g qui benedixit vos in g Ephe. 1. 3.*  
*omni benedictione Spirituali in cælestibus, gratia suæ dona hactenus, nunc etiam gloriæ suæ plenè comunicans. Nec dixit BENEDICTOS DEI, sed PATRIS, quod intelligerent, omnes benedictiones à Paterno illo amore, quo Deus illos filij sui intuitu est prosecutus, profluxisse. Et quoniam eius benedictio non inanis, sed effeacx est: (efficit enim statim quod dicit) suavisimo illo verbo, noua quadam, & extraordinaria eos læticia replebit.*

**II.****III.**

**POSSIDETE PARATVM**  
*vobis regnum à constitutione mundi.*

**TERTIVM** addit verbum: **POSSIDETE**, **I.**  
 vbi expendendum est, quodnam hoc sit  
 L 2 Regnum

Regnum, à quo tempore, & qua ratione Bonis sit præparatum, eiusque possessio eis tradatur. In quibus omnibus infinita elucet cælestis nostri Patris charitas. Nam in primis voluit, hæreditatem, & primogenituram filiorum suorum esse Regnum adeo excelsum, vt per excellentiam, Regni nomen mereatur: non enim est terrenum aliquod, sed cæleste; cuius sunt infinitæ diuitiæ, deliciae inæstimabiles, quæ beatos

II.

faciant possessores. Hoc regnum eis benignissimus Pater ab æterno præparauit, misericordia sua eos ad illud, vt secum regnaret prædestinans. Ad quod ab initio mundi cælum empyreum

III.

creauit, vt ciuitas esset Regia, in feliciū horum Regum habitationem destinata. Adiecitque maxima teneritudine verbum illud, VOBIS:

atque si distinctius diceret: non Angelis præcipuè, & eorum defectu vobis; quasi loco eorum, qui eius sedes perdiderunt, vos sitis illud ingressuri, & eas occupaturi; sed æquè vobis atque illis; omnibus videlicet iustis, Angelis & hominibus, animabus, & corporibus vestris præparatum est. Venite itaque, & pacifice

IV.

Regnum illud possidete nobilissimum, antiquissimum, à quo nunquam repellemini. Intrate in gaudia Patris mei, quæ nunquam vobis auferentur, h *sedete mecum ad correptandū*

h. Apoc. 3. 21.

*in throno, sicut ego cum Patre sedeo in throno eius.* O Pater dulcissime, gratias pro tam excelso Regno ago, quod tuis electis præparasti; vt gratiæ, & charitatis tuæ diuitias infinitas ostenderes. Concede mihi obsecro, animam

meam

meam ita preparare, ut in ea tu regnes, per gratiam, & postea eandem deducas ad hoc regnum possidendum in tua gloria. Amen.

**ESURIVI ENIM ET DEDISTIS mihi manducare.**

I.

**P**ROLATA sententiâ, mox eius ratione subiungit, merita commemorans, cur illis Regnû tribuat. *Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere; hospes eram, & collegistis me; nudus, & operuistis me; infirmus, & visitastis me; in carcere eram, & venistis ad me: ut me inde liberaretis.* Admirati verò iusti, quòd ob opera adeo exilia tantum illis regnum largiretur: quodque huiusmodi opera misericordie tanti faceret, atque si ipsi in persona fuissent exhibita, interrogabunt eum; non tam verbis, quàm sensu, & admirationis affectu: *Quando te Domine vidimus esurientem, & pauimus te? sitientem, & dedimus tibi potum? quando te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex, dicet illis. Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. ego enim in illis eram; quos licet paruulos, gloriol habere fratres. Felices pauperes, quos idem, qui eos iudicaturus est, habet ut fratres; & Rex ipse, non eos tantum affecturus est præmijs; sed illos etiam, qui eisdem benefecerint. O felicia*

misericiordiæ opera, quorum principale obiectum est Christus; & præmium, eiusdem Regnum! ò beati misericordes, qui in illa die tantam obtinebunt misericordiam!

## II.

ULTIMO, considerabo, etsi Christus in Evangelio, ad sententiæ suæ æquitatem, solum nominauerit opera misericordiæ proximis exhibita, declaraturum tamen tunc alia quoque eorundem iustorum bona opera; obedientiam, mortificationem, quæ ad ingressum in cælum est necessaria. Et quoniam Dei vox est infinitæ virtutis, ita illa opera, cuiusvis menti manifestabit, ut omnes intelligant specialia illa propter quæ Regnum cælorum eis impertiatur. Nam Martyri dicit: veni benedicte Patris mei, & posside Regnum paratum tibi, quia sanguinem tuum pro me fudisti; Virgini dicit: veni benedicte Patris mei, propter virginitatem animæ, & corporis, quam custodisti; Religioso: veni benedicte Patris mei: quia tua omnia, ut me sequereris, reliquisti. Et in hunc modum ratiocinari licet per reliquos iustorum status. O quantam adferet omnibus consolationem dulcis illa indulgentissimæ sententiæ vox, qua plenum Deus gaudium lætitiæque eorum auribus adferet, *in exultabunt ossa illorum humiliata*. Felices oves, quæ in hac vita, pastoris sui vocem audientes, eius vestigia sequuntur: nam illa die ad eius dexteram collocatæ, vocem illam audient, qua ad æterna eius pascua vocentur. O Pastor lupreme, copiosa tua gratiâ me adiuua, quò ita  
tibi

*in Psal. 50. 10*

tibi obediam: vt fauentem ad eò sententiam  
audire merear. Amen.

## PUNCTVM II.

**S**ECUNDO considerandum, quàm iracundum vultum in impios Iudex conuertet, & tremenda voce, **DISCEDITE**, dicit, *maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius: esuriui enim, & non disti mihi manducare, &c.* Cuius sententiæ verba, vt præcedentis, seorsim possunt considerari. in ea enim aperiuntur omnia pœnarum genera, quibus in inferno damnati cruciantur: de quibus prolixiorẽ postea meditationem instituemus.

**DISCEDITE A ME.**

**P**RIVM sententiæ huius verbum est, **DISCEDITE A ME**: quo illi ad æternam pœnam (quæ **DAMNI** dicitur) condemnantur; ad æternum videlicet è coelo exilium, & visionis Dei priuationem. & quo illos pungat magis, cum se illis ad eò glorificatum ostendit, **DISCEDITE**, inquit, & **ME**, Deo vestro, primo vestro principio, & ultimo fine, discedite à me Redemptore vestro, qui vestra causa homo factus, hæc vulnera accepi, vt bono vestro consulerem: & licet vos ad veniam inuitauerim, illam non acceptistis. Quare æternum à mea discedite amicitia, protectione mea, à Regno meo, & Paradiso; à visione clara mei, à copioso



fluio deliciarum mearum : & quoniam, qui à Christo discedit, ab ijs quoque discedat necesse est, qui Christo coniuncti sunt : cum eis dicit **DISCEDITE A ME**, simul dicit : discedite à meis omnibus, ab Hierarchijs & choris Angelorum meorum, ab Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Virginibus ; à iucunda Matris meę societate, quę cum etiam vestra esse voluerit ; eius patrocinio uti noluitis ; factis multum illa operę posuit, ut vos ad obsequium, & domum meam deduceret ; sed vestra vos prava voluntate, procul ab ea recessistis. In cuius pœnam, & supplicium mea ego vos iustissima voluntate, à me in perpetuum exilium pello ; & à me meisq; omnibus separo, sine vlla amplius spe partem aliquam in me, & rebus meis habendi. O Saluator mi, ne talis, quæso in me pœna deueniat, qua in æternum à te separer. aliã quacunq; me affice : modo semper sim apud te ; amoris vinculo tibi coniunctus, Amen.

### MALEDICTI.

**A**LTERVM verbum est MALEDICTI, quo, quia efficacissimum est, omnia in eos maledicta, & infelicitates æternas iacit, quas peccatis illi suis promeriti sunt. Erit eorum anima maledicta, & corpus maledictum, facultates, & sensus maledicti : descendet super eos maledictio, k *famie & sitis*, morborum & dolorum, infamiz, & dedecoris. *Maledicti in ciuitate, maledicti in agro ; maledicti in domo*

k Deut. 26.  
28. &c.

quam

quam incolent, in focus, quos habebunt, & in rebus omnibus, quæ illis euenient. Nec tamen, cum MALEDICTOS vocauit, adiecit Patris mei, sicut Iustos benedictos Patris mei dixit, vt intelligant, benedictionem à Deo Patre originem ducere, qui, quod in se est, voluisset, & hos esse benedictos: maledictionem autem ab ipsismet, & ipsorum culpis oriri, iuxta illud Davidis. *Dilexit maledictionem, & ueniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: & induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit, sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.* O quanta rabie desperationeque animi infelices agitabuntur, tremendum illud æternæ suæ damnationis verbum audientes, quàm rabida inuidia illorum viscera transfiget cum audient Christum Iustis benedicientem, nulla ipsis relicta benedictione. Esau, cum cogouit, Iacob fratrem suum minorem natu, benedictionem sibi præripuisse. *Irrugijt clamore magno, & consternatus euiatu magno flebat, patriq; dicebat: Nunquid non reseruasti, & mihi benedictionem? Num vnã tantum benedictionem habes Pater?* cum igitur reprobi, per Esau significati, videbunt electos, per Iacob notatos, cælestis Patris benedictionem ita occupasse, vt ne vnica ipsis sit reliqua: quos gemitus, quos edent euiatus, quàm lymphaticè & desperatè ipsimet maledictionem illam propriam confirmabunt: maledicentes diei, in quo nati sunt, & lacti quod ex maternis vberibus suxerunt, optantes,

1 Psal. 108.  
17.

m Gen. 27.  
34.

n Gal. 3. 13.

se natos non esse potius, quàm tremendam aded maledictionem audire. O I E S V dulcissime, qui crucem conscendens n *maledictum factus es, vt à maledicto nos, & culpæ & pœnæ æternæ redimeres, adiuua me tua misericordia, ne tanta mihi eueniat miseria, Amen.*

**I N I G N E M A E T E R N V M.**

- I. **T**ERTIVM verbum est: I N I G N E M A E T E R N V M; quo ad pœnam, quam S E N S V S vocant, ignis æterni nomine expressam, eos condemnat. atque si diceret, non vos à me repello, vt ad præteritæ vitæ libertatem, laxitatemque redeatis: neque, vt ad palati vestri gustum vitam ducatis super terram: sed, vt ad terribissimum inferni carcerem descendatis, vbi horrendis ignis ardoribus torqueamini: idque non ad decennium, aut decem mille annos; sed quamdiu ignis ipse, qui æternus est, durabit; exequeturque torquendi vim in omnem æternitatem. O quantâ adferet tremendum hoc verbum miserrimis illis peccatoribus afflictionem, cernentibus ad eundem se carcerem ignisque detrudi, vnde anima ascenderat: vt corpus ipsum in æternum simul cum ipsa ardeat in flammis, quas hæcenus sola fuisset experta.
- II.

**Q V I P A R A T V S E S T.**

**A**DDITVR hoc verbum, vt infelices intelligant: Iustitiam diuinam, vt Iustis Regnum in præmium, sic impiis ignem in supplicium præparasse: qui etsi corporis oculis esset

esset occultus, fuit tamen fidei illorum oculis reuelatum: quibus illum spectasse, & sic præcauisse potuerunt. Hisce oculis penetranda mihi terra est, & conspiciendus in eius centro ignis præparatus in poenam meorum scelerum, nisi poenitentiam habuero, memor sententiae Isaiæ: *o Præparata est ab heri Tophet à Rege præparata, profunda, & dilatata: nutrimenta eius ignis, & ligna multa. Flatus Domini sicut torrens sulphuris succedens eam.* Vocat autem locum TOPHET eo modo, quo Christus Dominus p. *Gehennam* nuncupauit. Erat enim locus tremendorum ignium, in quo *infantes* comburebantur, qui Idolo Moloch consecrabantur: vt per huiusmodi Vulcanos, & horrendas fornaces, ac tremenda ignis, fumi, & Sulphuris loca, quæ in aliquibus regionibus super terram visuntur, tanquam per vestigia quædam, intelligamus horrendum illum ignem, quem subtus terram Deus præparauit aduersus eos, qui animas suas Moloch, siue Dæmoni consecrarunt.

O Rex æterne, qui cælum & infernum præparasti, illud ad indulgendum bonis, leni charitatis tuæ aura: hunc ad torquendum impios, accenso iræ tuæ vento: visita, quæso, me diuinæ inspirationis tuæ afflatu, vt vtriusque huius loci sim memor; gratiaque tua me eâ vitæ ratione præparem, vt primum illum locum obtineam, & liberer à secundo, Amen.

DIABO-

o Isa. 30. 33.

p Mat. 5. 24.

32.

q 4. Reg. 23.

10.

NOTA.

E PONTI

DIABOLO ET ANGE-  
lis eius.

**Q**UOD verbum adiecit, vt intelligerent infelices, se ad perpetuam dæmonum societatem etiam damnari: illisque in pœna fore pares, quibus se in culpa coniunxerunt: & qui ad Luciferi, & Angelorum eius partes, Christo relicto, se transtulerunt: ferant cum eisdem, & per eosdem, quos sunt secuti, supplicium: & illi sint ipsorum carnifices, qui fuerunt têtatores. Non tamen hîc adiecit verbum illud: qui paratus est VO B I S, vt de Regno dixerat bonis: vt, obiectâ illis misericordiâ, quam exhibere paratus erat, nunc magis illos perstringat: quia non statuerat infernum pro hominibus fabricare: nisi enim se ipsi tali supplicio dignos, sceleribus suis constituisent; & in eis pertinaciter hærere, nec pænitentia, dæmonû instar, tangi voluissent: non fuissent ad æternû cum illis ignem condemnati. O Deus, vt misericordiarum, ita vltionum; siquidem potius misericordiam, peccatoribus condonando, exhibere cupis, quàm eosdem castigando, vindictam de eis sumere: locum mihi, quæso, veræ pænitiæ concede; ne cum impænitentibus Dæmonibus æternû castiger, Amen.

ESVRIVI ENIM, ET NON  
*dedistis mihi manducare.*

I. **M**OX adfert Iudex, æquissimæ suæ sententiæ rationem; quia **ESVRIVI**, inquit, &

NON

non dedisti mihi manducare, nec alia misericordiae opera mihi exhibuistis. Excusantibus autem se damnatis, quasi illis operibus erga Christum non defuissent: respondebit. *quod vni ex his meis minimis non fecistis, nec mihi fecistis*: quia in eis ego eram: ideoque quod illis non fecistis, nec mihi fecissetis. *Qui enim non diligit proximum suum, quem videt, Deum, quem non videt quomodo potest diligere?* & qui Dei imaginis, quam praesentem habet, obliuiscitur: quo modo recordabitur Dei, quem absentem esse iudicat? Illud quoque aduertam: in hac sententiae aequitate minores in specie culpas exprimi: vt intelligatur, quanto seuerius grauiores merito puniendae sint: quas tamen etiam commemorabit; in specie, & particulariter, cuique manifestando (omnibus audientibus) causam, cur damnetur. Luxuriosis, verbi gratia, dicens, discedite a me maledicti in ignem aeternum ob luxuriam, & vestros carnis lapsus; Periuris & blasphemis dicit: discedite a me, quia nomen meum profanastis; cum ego vestrum tam sollicitè honorare curauerim.

TERTIO, perpendam, damnatos illos tunc pro se allaturos bona aliqua etiam praestantia, quae aliquando praestiterunt, dicentque Christo: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo daemones eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* quomodo nunc a te reiiicis? Et tunc (ait) confitebor illis: *quia nunquam noui vos, discedite a me, qui operamini iniquitatem, atque si clarius eis di-*

ceret:

xi. Ioan. 4.  
20.

[Matt. 7. 21]

ceret: Fidem istam, & gratias, quas habuistis, non ignoro, quia ego vobis illas tribui: sed abusi eis fuistis, multis eas sceleribus deturpantes: fuisset verò cōsentaneum, qui aliis prophetabatis, vobis ipsis etiam prophetare: & qui de aliorum corporibus dæmonia eiiciebatis, ex vestris animabus eosdem propulsare; & miranda aliàs præstantes, etiam studiosa virtutum opera vos præstare: sed quia id facere neglexistis, ideo vos neque agnosco, neque approbo quæ fecistis: & licet vos me Dominum iam compelletis, non vos seruos agnosco, qui parère mihi nolulistis. Ex quibus intelligam: si tunc nec prophetiæ, nec potestatis miracula faciendi ratio habebitur, nisi pietas, obedientia aliæque virtutes adsint: multò minorem habendam rationem nobilitatis, diuitiarum, dignitatum, scientiarum, & similiù rerù inferiorum: licet magnæ illæ sint apud homines: quia omnib. vniuersim dicet Christus: *Nescio vos*, discedite à me operarii iniquitatis.

STATIM verò atq; tremendam hanc vocem audient damnati: cadet super eos lethalis rabidq; tristitia. Si enim vel ad ipsa imminētis iudicii signa, quæ *corruscationis* instar, fulmen istud præcedunt *commota est, & contremuit terra*, & ipsa eorum ossa præ timore exsiccabuntur: quantum tremorem ipsum tonitru, quantam fulmen turbationem, & quantum ignem, tormentum credemus allaturus? O supreme Iudex, mitte diuina inspirationum

*Psal. 76. 19*

*Psal. 96. 4.*

Fulgura super terram animæ meæ, vt, quæ in iudi-

iudicio tuo fient, cōsiderans, tremat; vitāq; in meliorem cōmutet: vt tu mutes sententiam. Muta, Deus cor meū dexterā tuā, nec in illa die me colloques ad sinistram. cū veneris iudicare v noli me condemnare. Ignoscat mihi nūc tua misericordia, ne tūc me tua condēnet iustitia.

v *Iob. 10. 2.*

## PUNCTVM III.

**C**ONSIDERANDA tertio loco est vtriusque sententiæ executio; de qua ita Christus vltimò: *a Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.*

a *Mat. 23. 46.*

PRIMUM itaq; sententiæ in damnatos læ executionem perpendam. In momento enim post eius prolationem absq; mora vlla, iustis intuentibus, dehiscet terra sub pedibus eorū, & simul cum dæmonibus, à quibus rapiuntur, ad inferna descendunt. terra verò mox ocludetur, damnatis æternū in ignea illa abyssō sepultis. Et tunc impleta censetur maledictio in psalmo expressa *b Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.* Et illa *c S. Ioan. sententiā c Diabolus & infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis, & qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnū ignis, & sulphuris, vbi die & nocte torquebuntur in secula seculorum, cum Antichristo, & eius falso Propheta. Et hac est mors secunda, amara & æterna; cōplectens animam, & corpus: quæ prima morte, hoc est culpæ; & corporis, quæ ex illa prouenit, interierunt. O quam furiosa rabie damnati ferent, quod tali sententiæ non possint resistere, aut eius executionē impedire!*

b *Psal. 54. 16.*c *Apos. 20. 14.*

O quàm



O quam acerba illorū viscera penetrabit inuidia, dum iustorum, à quibus separantur, gloriam intuebuntur! O quanta desperatione ac tristitiā afficientur secunda hac morte, & ipso primo in lacum illum fœtidissimum ingressu, quas animi anxietates ad eò rabidas sentient, videntes se tot terræ montibus oppressos; æternis clausuris oclusos; pedibus manibusq; æternæ damnationis catenis ligatos. Tūc sentient re ipsa: *d quia malum, & amarum eū fuerit, reliquisse Dominum Deum suum; & eius timorem apud ipsos non fuisse.* Time, anima mea, mortis huius secundæ atrocitatem, vt primæ turpitudinem euites. Ingredere spiritu e in *ragines illas terra à facie formidinis Domini,* abcondere in medio illarum; vt quæ illic aguntur quietiùs contemplans, & omnipotentis iram pertimescas, & furorem eius euadas.

*f Psal. 57. 11.* CONSIDERA etiam, quàm tunc flat *buntur iusti ( vt ait Dauid ) cum viderint vindictam,* quam iustitia diuina de peccatoribus sumet: & quamuis inter damnatos videant parentes, fratres, amicos, nulla tamen propterea pœna, sed magna afficientur lætitiā: quia agnoscant, quātum æquitatis eluceat in diuina sententia: ideoq; canticum illud concinent, quod Moyse cecinit, cum Aegyptii submersi sunt in mari. *g Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. Dexterā Domini magnificata est in fortitudine, dexterā sua Domine percussit inimicum.* Et illud canticū Agni apud S. Ioannem *h Magna & mirabilia sunt opera*

opera tua, Domine Deus omnipotens: iusta, & vera sunt via tua, Rex omnium seculorum: Quis non timebit te, Domine, & magnificabit nomen tuum? quoniam solus pius es, quoniam iudicia tua manifesta sunt.

III.  
 HIC ascendens ad considerandam executionis formam sententiæ iustorum, perpendā: qua ratione iusti omnes in aëra eleventur, Duce[m] suum IESUM CHRISTUM sequentes, mille cantica cum iubilo cantantes, & glorificantes Deum, qui è tot tantisque periculis eos eripuerit. Verba illa psalmistæ usurpantes. *Benedictus DOMINVS, qui non dedit nos in captiōem dentibus eorum: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium; laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit calum, & terram.* Et hac ratione in gaudio, & lætitia inenarrabili penetrabunt cælos vsque ad Empyreum, vbi eos Christus Dominus in gloriæ, quam habituri sunt, thronis collocabit: vt in pace summa, & gaudio per totam æternitatem cum ipso regnent. O felices studiosæ vitæ labores, qui copioso aded præmio in æterna vita afficiuntur; gaude, anima mea, spe tantorum præmiorum; & magno propterea feruore labores præsentis amplectere.

i Psal. 123. 6

## PRAEDICTORVM

## Conclusio.

Serm. 21. ex  
paruis

**A**D supra dictorum conclusionem super est, me ipsum (vt S. Bernardus ait) in hoc mundo, tanquam in medio inter calum, & infernum loco, considerare; eoque modo, quo solent tyrones religiosi in tyrociny sui habitatione, me habere: quem Deus, praeceptis quibusdam mihi impositis, & arumnis immisis probet: vt, eius gratia assistente, bene probatus euadam: si male in hac probatione me gessero, ad partes demonis accedendo, irreuocabili Dei sententia damnatus, è mundo in barathrum precipitabor: sin bene me Deo probauero, eius voluntatem exequendo: eiusdem sententia ex mundo hoc ad calum deducar. Summe propterea mihi incumbit, ad vitam meam rationem aspicere: vt ex ea bene probatus exeam.

kPsal. 138. 1.

O Deus aeternae, qui terram hanc tanquam nostra probationis domum fecisti, vt in ea, quos ad calum destinasti, exerceres; k proba, & exerce me Domine, qui nouisti sessionem meam, & resurrectionem meam, tuam praeueniens misericordia: vt ita me, tibi semper obediendo, probem; vt in die Iudicij me approbes, & in tuum Regnum admittas, Amen.

## MEDITATIO XVI.

## DE INFERNO QVO-

ad pœnarum aternitatem; & ipsius  
loci, in eo habitantium, tor-  
torumque atroci-  
tatem.

## PUNCTVM I.



PRIMUM est hîc considerandum, *quid sit In-  
fernum.* quid ipse sit INFERNVS, iuxta  
ea, quæ de eo Fides nos docet: quò  
eius Notione habita, vel ipsum  
nomen audientes horreamus. INFERNVS  
igitur est perpetuus quidam carcer, igne, &  
innumerabilibus, horrendisque suppliciis re-  
fertus, quibus afficiantur quicumque lethalis  
alicuius culpæ rei, diem suum obeunt. IN-  
FERNVS item est æternus quidam status, in  
quo peccatores tali pœna torquentur, vt bo-  
nis omnibus careant, quæcunque ad solatium  
suum optare; patiantur verò quæcunque ma-  
la, quæ timere, & horrere possent. In Inferno  
itaque hæc duo simul inueniuntur: priuatio  
bonorum omnium, quibus in hac vita homi-  
nes vtuntur, & Angeli fruuntur in futura; &  
calamitas malorum omnium, quibus in hac

vita homines, & in futura dæmones torquentur.

Hoc distinctiùs perpendere licet, si mala omnia, & misérias, quas vel ipse patior, vel alios pati video, mente percurram; illaque augeam consideratione mea, & æternùm duratura apprehendam. Quicquid enim in hac vita patimur, parum omninò est, breuique finitur: sed quod in inferno infligitur, & plurimum est, & duratione infinita perdurabit: quæ cum Dei duratione certans, æquè atque ipse durabit. Si hic fame aut siti premor: intelligam, me in Inferno alia fame & siti sine comparatione grauiori premendum, idque sine vilo fine. Si quo afficior dolore, ignominia, paupertate, tristitia, amicorumque penuria; hæc omnia tanto excessu in iuferno ferenda esse, vt veluti depicta hîc tantùm, & momento transeuntia iudicentur; quæ verò ibi, ea & horrenda & sine fine duratura sint. Nam, si quinquaginta mille anni transuerint, supersunt quinquaginta alia millia millionum transitura: iisque transactis, alia & alia supersunt innumerabilia. Et licet Cain ultra quinque millia iam annorum ibi manserit; idem illi est, atque si hodie primùm eò esset ingressus: & à bis mille ferè annis diues ille auarus & epulo ardet in inferno, & aquæ guttam petit: & semper arsurus est, & illam optaturus.

Quanta igitur insânia erit, anima mea, ne exiguos hîc breuesque labores feras, periculo

te ex-

te exponere, tantos tamque prolixos illic tollerandi? cur non potius in exiguis breuibusque huius vitæ patientiam habebis; quæ tot, adeoque æternos tuis es peccatis promerita? O D E V S æterne, superno tuo lumine me illustra, vt ex presentibus malis, æternorum terribilitatem agnoscens, ita vitam meam instituum, vt ea euadere merear. Amen.

## PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDÆ postea sunt, æternitatis huius causæ, & circumstantiæ, statuendo, quicquid in Inferno est, æternum esse.

**PRIMUM** enim DAMNATVS ipse est æternus, non quoad animam modò, sed etiam quoad corpus: erit enim immortalis; ideo nec quisquam seipsum, nec vllus alium occidere poterit; nec Deus volet quemquam in nihilum redigere: & si quærent homines mortem, non inuenient eam: & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis: nec Deus eorum desiderium implebit; & potius vehemens, rabidumque, vt in nihilum conuertantur, desiderium, horrendum illis adferet supplicium, scientibus, se non obtenturos, quod tantopere exoptant.

I.

a Apoc. 9. 6.

DEINDE locus ipse & CARCER æternus est, nec ruere potest: b terra enim, in cuius

II.

b Eccl. 1. 4.

medio Infernus est, *in aeternum stat.*

IGNIS etiam aeternus est, & inextinguibilis; ut enim Isaias ait; *c Flatus Domini sicut torrens sulphuris succedent eum*; etiamsi alia ligna defint: aut SVLPHVR ipsum, si lignorum supplebit vicem, etiam erit aeternum, quia idem flatus Domini illud fouens, aeternum conseruabit. Ignis enim, qui & comburendi, & consumendi vim habet; bi, quia omnipotens dicitur *vox intercidet flammam ignis*, ita quidem comburet, ut non consumat tamen: Ideoque etiam perseverat semper quod ille semper, exurit.

III. TERTIO, VERMIS, qui eorum rodit conscientiam, *non moritur*: ut ipse Christus dixit: ideoque etiam erit aeternus: putredo enim culpae, ex qua ille generatur, & nutritur, nullum finem habebit; & eius, poenaeque viua apprehensio nunquam cessat: quapropter nec crudelis illius morsus, quo ipsam vulnerat conscientiam, finietur unquam.

IV. QUARTO, DEI DECRETVM immutabile est, & aeternum: quia decreuit, nec definitiuam, quam semel tulit, sententiam reuocare; nec eum, qui semel in locum illum ingressus est, eripere. In *Inferno enim nulla est redemptio* captiuorum eius, aut vincitorum ex eo carcere liberatio; nec vllum est precium, ad id sufficiens: nam Christi sanguis eò vsque non penetrat: & si recens effusus in Caluario monte, nullum ex eo loco liberauit, nec nunc liberabit.

V. DENIQUE POENAE omnes in eo loco

aeter-

æternæ sunt, quia ipsa culpæ, propter quas infliguntur, æternæ sunt: nam ibi, vt vera pœnitentia esse non potest, ita neque satisfactio vlla acceptatur: nec sanguis Christi vilo modo illis applicatur: ideoq; nulla est culpæ remissio: Adde: quod qui impœnitens vult mori, virtute vult in peccato suo semper manere; ac proinde illud etiam esse æternum: ideoq; merito iustitia diuina supplicium ei statuit æternum. Quapropter, etiamsi peccator, mortis tempore, Fidem & Spem habeat: cùm primũ Infernum ingreditur, eisdem spoliatur; non solum, quod eas retinere sit indignus, vt supra est dictum; sed quod non remanet illi spei obiectum: nec, vt veniam peccatorum obtinere possit; neque, vt eius petitiones exaudiantur; neque vt ab illo miseriarum loco liberetur, aut beatitudinem suam aliquando possit obtinere. Cur ergo, anima mea, non times ream fieri pœnarum æternarum? cur te ignis ille non terret? flatus ille Dei? vermis? Decretum illud Dei immutabile, & æternum? attende, nunc mutaturum Deum sententiam, si tu vitæ mutes pœnitendo; ne expectes, donec tua culpa fiat æterna: quia tunc & pœna erit æterna.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO, consideranda ipsa pœnarum continuitas, & inuariatio, quæ æternitatem comitantur. nam pœnæ æternæ ita durabunt, vt sine interruptione continuentur; & ita inuariatæ persistent, vt nulla fiat di-

M 4 minutio.

NOTA.

S. Tho. 1.2.

q. 87. a. 3.

ad 1. ex SS.

August. &amp;

Gregor.

Meditat. 9.

panct. 4.

I  
E  
P  
O  
N  
T  
E  
I  
P  
S  
A



minutio. Etiamſi enim millionibus annorum durent, nulla datur in eis remiſſionis dies; nec poena vel ad horam vnam, aut momentum ceſſat: nec ipſius poenæ ſubſtantia detrimētum aliquod eſt factura, aut leuamen minimum habitura; vt in diuite illo epulone apparuit, cui adeo exiguum Abraham denegauit refrigerium, quale erat *a extremo digiti in aquam intincti refrigerare linguam, qua flamma cruciabatur*. Potius accidentales accedent nouæ poenæ, cum recentes accedunt damnati: & mutatio, quæ hinc leuamini eſſe ſolet, ſi in inferno ſit aliqua nouum adferet tormentum. Si enim Luxurioſi (vt ait Iob) *b ad nimium calorem tranſeunt ab aquis niuium*, id fiet, vt magis à calore vexentur, ob repugnantiam quam cum frigore habet: & vt frigus maiorem adferat tremorem & ſtroidorem dentium, cum ardore pugnando.

## II.

**DENIQUE**, etiamſi ſupplicia adeo ſint prolixa, & continuata, nullus tamen acquiritur in patiendo habitus, quo leuiora illa fiant: potius quotidie noua eſſe videntur, nouaque damnatorum impatientia reuiſceſcunt. Vt enim infelicium *cillorum*, qui Deum oderunt, *ſuperbia* (vt ait Dauid) *aſcendit ſemper*: ita ira creſcit, inuidia, impatientia, furor, & rabies. Quid itaque ad hæc ais, anima mea, ſi viuam harum poenarum fidem habes? Quomodo non deficit Spiritus, tantam conſideranti poenarum acerbicatem, tantam durationem, tantam continuationem, tantam immutabi-

litate

litate, & ipsam æternitatem? si molli cubans lecto, graue tibi est instar mortis prolixa tota nocte vigilare, & cum leni aliquo dolore iacere; magnaque anxietate matutinum expectas: quando obsecro grauius feres, esse in carcere, igneo lecto, perpetua vigilia, terribili pœna, nocte adeo prolixa, quæ nullum matutinum expectet leuamen, quia erit æterna? O Iustitia omnipotentis, quis non in tui præsentia tremat? *d Ab irata tua libera me, & ne in furore tuo arguas me.* protege me tue misericordia, ne incidam in stupendam adeo æternamque miseriam. Amen,

*d psal. 6. 3.*

## PUNCTUM IV.

**Q**UARTO ad particularia magis descendentes, consideremus loci, quem Infernum appellamus, atrocitatem.

**PRIMUM** enim est locus subterraneus, obscurus, densioribus tenebris repletus, quam illæ fuerint Aegyptiæ; in quem nulla vnquam lux solis, lunæ, aut stellarum ingreditur: Ignis verò qui ibi est, etsi comburit; non tamen illuminat; sed fumat, & oculos excæcat; quia Deus *a intercidit flammam ignis*, in pœnam malorum, dum bonum, quod ignis habet, illis auferit; & relinquit malum.

I.

*a psal. 28. 7.*

**DEINDE**, locus est angustissimus: nec campi ibi, pratæue sunt vlla, sicut in superficie terræ. Etsi enim Infernus (Isaia teste) valde sit, *b profundus & dilatatus, animamq, suam dilatet, c & os sine vllto termino aperiat*: sed tanta

II.

*b Isai. 30. 33.  
c cap 5. 14.*

M 5 tamen

tamen est hominum eo descendendum multitudi-  
tudo, ut vix cuique tantum loci super sit, quan-  
tus est strictissimæ sepulturæ: potius erunt om-  
nes instar laterum in fornace compressi, non  
valentes se mouere.

## III.

d Apoc. 19.  
20. & 20.  
10.

EST etiam locus calore intemperatissimus,  
in quo nulla sit, vel minima rimula, qua refri-  
gerans ventus penetrare possit. Ideoque S. Io-  
annes, *stagnum semper ignis, & sulphuris* illum  
appellat. Sicut enim in lacu pisces aquis, ita  
immergi sunt, ut exire non possint; ita damnati  
in stagno sunt ardentis ignis, & foetidissimi  
liquefacti sulphuris circumdati.

## IV.

e Iob. 10. 21.

EX quo provenit, ut idem locus sit etiam se-  
tidissimus: damnatorum enim corpora into-  
lerandum, & abominandum fetorem exhala-  
bunt. At denique locus ex omni parte ita erit  
æternis feris occlusus, ut neque vi, neque arte  
inde quisquam possit exire. Quod si Deus di-  
spensat interdum, ut exeat aliquis: secum de-  
fert miserrimus penam suam; moxque dispen-  
sationis causâ expeditâ, ad eundem, ex quo exi-  
uerat, locum detruditur. Post diem verò Iudi-  
cij nunquam talis dabitur dispensatio. O quam  
mollem iudicares quemcunque huius mundi  
carcerem, si loci illius bene perpenderes atro-  
citatem. O IESU bone, adiuua me amare defle-  
re peccata mea, e *antequam veniam ad tene-  
brosam illam terram, & opertam mortis  
caligine, & terram despera-  
torum.*

## PUNCTVM V.

**Q**UINTO, in eo loco habitantium victorum miseria, infelicitas, & confusio consideranda: nam nullus ibi est respectus bonitatis, discretionis, nobilitatis, consanguinitatis, amicitiae, fidelitatis, & similibus: potius contrariis sunt induti horrendae abominationis respectibus. Sunt enim in Inferno omnis generis damnati: alij enim fuerunt Angeli diuersarum Hierarchiarum, & Chororum, pulchri, potentes, & valde splendentes: alij fuerunt Imperatores, Reges, Principes, cum variis conditionis, & nobilitatis titulis; alij sapientes, Philosophi, eloquentes, Iurisperiti, & aliarum scientiarum; alij aulici, valde ciuiles, & affabiles, liberales, grati, & comes; alij consanguinei, affines, parentes, filij, fratres, cognati; alij amici, & valde noti, sodales, vicini: Sed statim atque intratur in Infernum, omnes hi respectus euanescent. ibi enim (vt ait Iob) *a nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*, omnes statim capitales inuicem hostes sunt, mutua se iracundia, odio, inuidia, impatientia, rabie onerantes; nemo alterum videre, aut ferre volens; aut bonum dicere verbum. Pater filium detestatur; filius patrem: Dominus subditum; & hic illum vicissim; inuicem maledicentes, & cum furore mordentes: nominatim verò qui in hac vita inordinatè se dilexerunt, & complices fuerunt delictorum, vehementius ibi inuicem oderunt: crescetque

cIob. 10. 22.

corum

eorum p̄na, ad rabiem, ex eo quòd se simul ibi videant. Vt enim carbones accensi simul positi, alter alterum magis accendit: ita carbones illi infernales, iracundiæ suæ igne accensi, sodalium augebunt ardores.

His accedit excrucians illa apprehensio, quòd etiam si inuiti, in despectum tamen cogantur æternùm simul esse, nulla fugiendi, aut ab inuicem separandi spe relicta. Si enim ab vno fugiunt, quem valde oderunt, incidunt in alium eo peiorem: vt perpetuâ crudeliq̄ue pugna vexentur, nullo se interponente, qui ad pacem eos reuocet, aut consoletur; nam ex hac vita nullus eò descendet, qui eos reconciliare possit; nec descendet de cœlo, qui velit: nullus enim qui bonus sit, ad infamem adeò locũ descendere dignabitur; neque Christus Dominus noster, etiam si ad inferos descenderit, locum illum ingressus est; aut leuamen eis aliquid attulit. Quid ergo Principes sentient, vel ex hoc, quòd plebeis æquiparabuntur; & ab eisdem impudenter, & odio magno tractabuntur? Quanta crux erit, inuitum habitare cum inimicis! qui continuo me odio prosequantur, & maledicant; nec possim tamen vel illorum ora, vel aures meas obturare? quàm intolerabile erit, neminem ibi vnquam videre, qui bene mihi velit, aut vicem meam doleat; sed potius illam adaugeat. O anima mea, iacias potius veram charitatem amicitiarum tuarum fundamentum: hæc enim sola est æterna, quæ nunquã *excidit*, sine qua omnia pereunt: *c ha-*

*Cassian. Col-  
la. 16. c. 2.*

*b 1. Cor. 13. 8.*

*c Rō. 12. 18.*

*beat,*

*beas, quod in te est, pacem cum omnibus hominibus, ne ad tot malorum deuenias contubernium.*

## PUNCTVM VI.

**S**EXTÒ, ipsorum TORTORVM, & infernalium carnificum atrocitas est perpendenda. Nam primùm quidem, vniuersim vnusquisque DAMNATVS est carnifex cæterorum, & omnes vniuscuiusque: dicentes ac facientes, quæ inuicem torquent, vt hæcenus diximus. Præter hos, DAEMONES sunt atrocissimi hominum tortores: in quibus cruciandis quasi de ipso Deo, & Christo IESV vlcisci volunt: ideoque horrendis eos aspectibus, & imaginationibus exagitant. TERTIVS præterea tortor, isque omnium crudelissimus a *Marc. 9.*  
VERMIS est CONSCIENTIÆ, qui & *44.*  
mordet, & æternum horrenda crudelitate mordebit; memor enim infelix dānatus peccatorum, quæ admittit, inspirationum quas habuit, vt se ab eis expediens, ad cor rediret, quò illa omnia tormenta euaderet, in quæ liberi tantum arbitrij sui culpā peruenerit: ipse sui ipse erit carnifex, qui seipsum mordens, incredibili animi amaritudine ac rabie discerpere conabitur. In quo illud, quod S. Augustinus dixit, re ipsa locum habebit: *Mandasti, Domine, & ita fit: quòd inordinatus animus sibi ipse* *Lib. 1. Confess.*  
*fit pœna: eius enim peccata, ipsius fiunt carnifices; & effrenes passiones, tortores. Ipsemet itaque sibi est grauissimus, ad eò, vt nec ferre se possit.*

possit.

b Matt. 5. 20

possit. Disce igitur, anima mea, conscientie  
 pulsum & agitationem persentire, & b esto  
*consentiens aduersario huic tuo bono, dum es  
 in via cum illo*, qui te peccantem extimulat.  
 Nam idem in Inferno latrabit, ac sicut rabidus  
 canis mordebit; vt illatam sibi iniuriam, quam  
 ipsum in hac vita conculcando, intulisti, vlcif  
 catur.

c Hebr. 10.  
31.

QVARTVS denique tortor erit DEI MA  
 NVS inuisibilis, quæ omnipotentia sua super  
 damnatos aggravatur: qui huius rei concij,  
 rabiem suam in Deum conuertentes, horren  
 das, frustra licet, effutient blasphemias; optan  
 tes, vt is esse desineret: sed omnia in eorum  
 doloris pœnæque augmentum conuertuntur.  
 O grauissima omnipotētis manus! quis te po  
 terit sustinere? O quàm *horrendum est in  
 cidere in manus Dei viuentiu*, & irascens.  
 Amoue quæso, Domine, procul à me animad  
 uersionis huius tuæ manum; altera illa mise  
 ricordia me protegens: quò ab his timo  
 ribus expeditus, tua in æternum  
 fruar præsentia,  
 Amen.



## MEDITATIO XVII.

**DE POENA SENSuum, & potentiarum internarum; ac damni, qua in Inferno infligitur.**



VELADMODVM peccator dicit illa mala grauisima admittit, quod à Deo fonte aqua viua recedat; quod perituris voluptatibus perfruat: ita in Inferno duplici poenarum genere affligitur. altera qua dicitur DAMNI, & priori malo respondet; altera SENSUS, & malo secundo irrogatur: à qua, quod facilius percipiatur, initium faciemus.

## PUNCTVM I.

**C**ONSIDERA primùm, qua poena externi damnatorum SENSUS afficiatur, cum iam animæ corpus cõiunctum est. Nam iuxta diuinæ iustitiæ leges: *a Per qua quis peccat, per hac & torquetur.* Cùm ergo peccatum per sensus ingrediatur; meritò illi puniuntur: quod, per singulos discurrendo, deprehendetur. a Sap. 11. 17.

OCVLI enim torquebuntur, inimicorum suorum aspectu, & horrendarum cominus visionum. Dæmones enim truces illas formas indu-



induentes, illorum eas cōspectibus obijcient,  
 in pœnam delictorum, quæ oculis admiserunt;  
 quos, ne illas conspiciant, claudere non poterunt.

**II.** **AUDITVS** audiet semper blasphemias in Deum, maledicta & iniuriosissima verba, strepitusq; alios asperrimos, in modū vllulatum, & Rugituum tremendorum; nec occludi auditus poterit, ne illos percipiat, in pœnam peccatorum, quæ hoc sensu admiserūt.

**III.** **ODORATVS** percipiet foetidissima quæquæ, vt sulphur, & super omnia horrendum illum, qui ex aliorum damnatorum corporibus, & suis ipsius procedet, foetorem. **GVSTATVS** in guttore, & in lingua, tum amarissima quæquæ supra *b fellis, & absinthij aquā*, cum incredibili stomachi nausea, & anxietate percipiet: tum canina fame, & siti rabida cruciabitur, cupiens, vt ille *c diues epulo, aqua guttulam*; quæ in pœnam peccatorum gulæ, illi denegabitur. **TACTVS** corpore toto patietur ingentiā tormenta, à planta pedis vsque ad verticem capitis. Ibi itaque simul erunt oculorum, aurium, dentium, lateris, cordis, podagræ, & ceteri dolores, qui corpus in hac vita cruciant. Si igitur vel vnus sensus dolor adeo cruciat in hac vita, quid in Inferno facient omnium sensuum dolores simul aduenientes. **O infelices sensuales voluptates, quorum finis tanta est, acerbitas.**

*b Hier. 9*

*15. & 23. 15.*

*c Luc. 16. 24*

His considerationibus animum resumam,  
 descendendi peccata, quæ quinque hisce sensibus  
 admisi; dolens quòd tantam eis dederim liber-  
 tatem;

tatem: & itatuens, eos mortificare, & frænare, ne d'mors, & Infernus per illos ingrediatur. d Hier. 9. 21

## PUNCTVM II.

**S**ECVNDO considerata est poena IGNIS, qui adeo est horrendus, vt noster hic materialis cum illo collatus, velut pictus ignis esse videatur: Est enim diuinæ iustitiæ, & omnipotentiae instrumentum, ad castigandum, & torquendum non corpora modò, sed animas ipsas etiam à corpore separatas, & spiritus puros.

De Igne Inferni.

Cuius IGNIS sunt tres proprietates. *Prima*, quòd ita intimè damnato adhærescat, & arcto vinculo adstringatur; vt, quocunque deum is eat, eo igne torqueatur; dicique possit, illum secum portare infernalem ignem: siquidem pœnâ, quam ab eo accipit, vbicunque fuerit, torquetur. *SECUNDA* quod vnus cùm sit, & idem; nò æquè tamen omnes vexat damnatos, sceleratioribus plus; minus sceleratos etiam minus: imò eundem damnatum plus cruciabit in vna parte corporis, quàm in alia; quando illa instrumentum fuit speciale illius peccati. Quosdam torquebit magis in lingua, quia murmuratores aut periuri fuerunt: alios in faucibus, quòd gulosi & ebriosi: & hæc omnia operatur omnipotentia, & iustitia Dei, quæ eo, vt instrumento vtitur, ad reddendum cuique pro meritis.

I.  
S. Thom. 1.  
p. q. 64. a. 4.  
ad 3.

## II.

*TERTIA*, quòd ignis ille id non habet, quod solatio esse solet, cùm tamen, quod merè

## III.

Pars I.

N

poenam

poenam adfert, retineat. Nam, vt supra diximus, comburit, sed non lucet; exurit, sed non consumit; semper ardet, nec tamen minuitur: quia Deus illū conseruat. Et licet miseri damnati a *Stipula* instar (vt ait Propheta) statim ac sine resistentia ignem concipiant: nunquam tamen stipula illa consumitur: flamma verò quę prodit ex ea, tantum facit fumum, vt exēcet quidem, sed non suffocet tamen; torqueat, sed non occidat. Quid igitur erit, damnatum aliquem cernere in puteum illum igneū submersum, & in immensis illis flammis clamantem, & eiulantem; nullam verò refrigerij aut solatij alicuius spem inuenientem. O quam atrox malum est peccatum! siquidem DEVS infinitè misericors, etsi creaturam suam, Christi filij sui redemptam sanguine, atrocibus ad eò tormentis cruciari cernat, nulla tamen eius compassione tangitur, nec ex igne illo eripit: potius ex cælesti suo throno spectaculum illud intuens, gaudet: quia ita eius exigit iustitia. Audi anima, quid iste Dominus dicat:

*b* *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis, cum ardoribus sempiternis?* Si leuissimum hunc nostrum ignem, manibus contingere non audes: quomodo non tremis ad horrendum illum vitę futurę? Cogita hunc ignem attentius, vt eius timor, cupiditatum tuarum ignem consumat. si ille amoris diuini (quę tua est tepiditas) ad id non suffecerit.

a *Malach.*  
4.1.

b *Isai. 33. 14*

## PUNCTVM III.

**T**ERTIÒ, considerandum, qua poena **IN-  
TERNAE** animæ **FACULTATES** af-  
ficiantur, per singulas figillatim discur-  
rendo.

**PRIMVM**, imaginandi facultas, horrendis  
imaginibus torquebitur, quas concipiet atro-  
ciores, quàm melancholici, dum somniant; &  
quã **AEgypti** sint passi, de quibus ait scriptura,  
*a quod personæ tristes illis apparentes, pauorem  
illis præstabant: & transitu animalium, & serpen-  
tium sibilatione commoti, tremebundi peribant.*

**EX** quo efficitur, vt ipsæ **appetendi facultates**, passionum suarû impetu torqueantur, quæ  
simul illas vehementer inuadent; timores vi-  
delicet, tristitiæ, agonix, iræ, tædia, despera-  
tiones, inuidiæ, rabies, adedò crudeli inter se  
pugnâ, vt aliæ alias inuicem lacerent.

**Intellectualis MEMORIA** cruciabitur con-  
tinua constantique præteritarum rerum, quas  
possedit, recordatione; & earum, quas tunc pa-  
tietur, & quæ adhuc in tota æternitate su-  
peruenturæ sunt: nec rem vllam cogitare, aut  
recordari poterit, quæ solatij aliquid illi ad-  
ferat; nec ipsam memoriam à miserijs suis aliò  
diuertere. Quod si voluptatum recordetur,  
quibus in mundo indulgebat; id verò illi ma-  
iorem dolorem adferet. Erit itaque memo-  
ria, turbatissimi instar maris, plurimis cogita-  
tionum fluctibus agitati, quæ felle erunt a-  
mariores: alijs accedentibus, & recedentibus

I.

S. Thom. in  
Addit q. 94a Sap. 17. 4.  
9.

II.

III.

ita frequentibus alijs; vt nec ad momentum patiatur aliquod illi leuamen accedere.

INTELLIGENTIA tota obtenebrata, nihil ratiocinando, aut intelligendo inuenire poterit, quod arrideat. etit enim erroribus, ac deceptionibus plena; malaque & poenas, quas patitur, exaggeras, & pertinacissimè iudicans, iniuriam sibi à Deo fieri: de eo, tanquam iniusto, grauissimè conqueretur.

V.

VOLUNTAS pertinax erit, & in peccatis suis indurata; præcipuè in Dei, & sanctorum eius, ac omnium hominum odio: nec poterit emolliri, aut de eo quod facit poenitere, aut mutari: cupiensq; propriam voluntatem facere, nunquam in re vlla eam implere poterit, quæ leuamen aliquod illi adferat. Iam enim

b Matth. 22.  
13.

b *ligatis pedibus, & manibus in ssus est in tenebras illas exteriores*, facultate omni priuatus, opus aliquod lucis, aut lætitiæ faciendi. Quæ obrem, dum propria voluntas non poterit exequi, quod cupit: ipsa sibi erit infernus, in poenam eius, quod sæpius in hac vita elegerit, quod erat contra diuinam.

DENIQVE imaginabor, damnati alicuius COR instar amarissimi esse maris, in quod decem horrendarum poenarum flumina ingrediuntur: quinque quidem per externos sensus, & quinque alia per internas animæ facultates, in poenam peccatorum, quæ contra decem Decalogi mandata admiserunt, aut contra eorum quodcunque: Siquidem S. Iacobus asseuerat;

c Iac. 2. 10.

c *Quicumque legem seruauerit, offendat autem*

in vno,

*in vno factus est omnium reus.* Quæ igitur maior infelicitas esse potest, quam eas facultates, quæ mihi à Deo sunt donatæ, vt eo frui possem, & anima mea eisdem ornaretur ac nobilitaretur: in seuerissimos conuerti carnifices, qui me crucient, & confundant. O Deus immense, adiuua me: vt quas nobilissimas mihi potentias dedisti, mortificare, & aptare ita possim: vt illarum potius ego in hac vita carnifex efficiar, quam illæ mihi sint carnifices in futura.

## PUNCTVM IV.

**Q**UARTO, pœna DAMNI est perpendenda: quæ, quòd infinito bono, qui Deus est, priuet, ipsa etiam censenda est infinita. Infelices enim illi, æternum à cælesti patria exulabunt; felicitate, & sine, in quem conditi fuerant, & clara Dei visione, amore beatifico, & a torrente voluptatis, qui ex his omnibus promanat, omnino priuati: quæ omnia ingenitè illis adferent pœnâ, & tristitiam: his præcipuè, qui eorum fidem in hac vita habuerunt. Nam, etsi illorû intelligentia sit obscurata ad alia intelligenda; non tamen ad hoc æstimandû, & ponderandû: ita id Iustitiæ diuinæ providente, ad maiorem ipsorum pœnam.

**H**VIVS pœnæ atrocitas duplici via expendi potest: VNA est, ex eo quod viri sancti, qui cælesti lumine illustrati, gloriæ illius magnitudinem, summumque bonum, quod in visione Dei consistit, agnoscunt, grauissimam iudicant sibi esse pœnam, ea visione carere, cuius

S. Tho. 1. 2.

q. 87. a. 4.

a Psal 35. 9.

I.

Medit. 6.  
punit. 3.

vel sola cogitatione, vt supra insinuauimus, contremiscunt.

SECUNDA via est, ex eo quòd grauissimè, ipsi damnati ferant, se tanto bono carere; non quidem quà honestum quiddam est, quia ipsi neque Deum amant, nec sancti quippiam, sed quatenus ea re se carere vident, quæ summam, & æternam ipsis requiem attulisset; & à tot horrendis tormentis liberasset.

HÆC aliquo modo assequi licet, ex aliquot rerum huius vitæ similitudinibus. Si enim tanto mœrore afficiuntur homines, dum iure primogenio spoliantur, quod se habere existimabant; quo quæso mœrore eos afficiendos existimabimus, qui æterno illo cœlesti iure primogenio, quod, nisi peccatis suis amississent, habere poterant, priuari se viderint. Et, si bonorum, & voluptatum, quæ finem, & terminum habent, priuatio, ad eò cor hominum premit, & cruciat: quanto premet vrgebit que magis, boni illius infiniti priuatio, in quo creata omnia bona, delitiæq; omnes eminenter continentur? & si mors terribilium omnium est terribilissimum, eò quòd animam separet à corpore, & ab hoc visibili mundo: quanto erit terribilior mors æterna, quæ hominem à Deo suo, à Regno suo, & mundo illo felicissimo inuisibili separat? & vt b oculi non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus in cœlo, qui diligunt illum; ita possibile non est, atrocitatem malorum illorum cogitatione assequi,

b 1. Cor. 2. 9.  
Isai. 64. 4.

quæ

quæ in tanti boni perpetua priuatione continentur. O Deus infinite, inueniant me pœnæ omnes sensuum, modò sine culpa mea veniant: ne illâ me Damni huius afficias pœnâ, qua incundissima tui fruitione priuer ob culpam meam.

CVM hac pœna illa quoque coniungitur, quòd careant porrò damnati visione Christi Domini nostri; & sanctissimæ eius matris, no- uem Chororum Angelicorum, omniumq; beatorum societate priuentur. Quod quidem infelicibus illis terribiliorem adhuc adferet pœnam, postquam in die Iudicij partem aliquam gloriæ huius beatissimæ societatis perceperint, se verò ab ea separari: cuius memoria simul, & inuidia rabiesque furiosa æternùm in illis durabit.

DENIQUE ex atrocissimis malis, quibus afficientur, intelligent excellentissima bona, quibus priuantur: eo vsque mente sua peruenientes, vt apud se statuunt; Deum tam esse liberalem in afficiendo bonos, & amicos suos præmijs: quàm terribilem eum ipsi experiuntur in pœna infligenda: eundemque tot in amoenissimo illo cœlesti loco voluptates, pro suis amicis habere; atque in infelicissimo Inferni loco tormenta suis hostibus constituerit: ideoque ex hoc etiam capite crescent ipsorum mala, quòd culpa omnino sua tantis se bonis priuatos vident.

HIS considerationibus altis contendam

II.

III.



iacere in timore Dei, & peccatorum detestatione radices; adiuncta tamen simul magna de misericordia Dei confidentia, quod sit me ab extrema illa miseria liberaturus. Id quod ab ipso DEO Domino nostro humiliter petam: Fateor, dicens, Deus meus, me infelicē illum esse, *c qui in terra sanctorum innumera iniqua gessi*; propter quā meritis sum, *non videre gloriantiam*, nec ad eorum societatem, quae fruuntur, admitti: Sed poenitet culpārū, quibus tot commertus sum poenas. condona mihi tu illas misericordiā tuā, ne opus tuum, Deus pereat, & sine illo, in quem illud fecisti, frustretur ne, quæso, augeam ego infernum, nec æterni illius ignis sim fomentum, & esca: nec in eum statum deueniam, in quo te, vt alij, oderim, & maledicam. *d In Inferno enim qui confitebitur tibi?* Non sit ita, Domine, non sit ita: sed semper volo te amare, & benedicere: & post hanc vitam, in alia me collocabis, in qua & amem, & laudem tecum sanctis tuis, per omnia secula. Amen.

c Isai. 26.  
10.

d Psal. 6. 6.



## MEDITATIONES

quedam & modi orandi, ad  
animæ puritatem, eiusq; vitio-  
rum & passionum perfectam  
mortificationem obtinen-  
dam, accommodati.



**A**D perfectam animæ purita-  
tem, qua via purgatiua præci-  
pue est finis, consequendam,  
statuimus quidam orandi mo-  
di, quos in huius libri Intro-  
ductione §. 9. insinuauimus.

Quorum primus pro meditationis argumento ha-  
bet septem vitia capitalia; (qua lethalia vulgo  
appellantur) decem item Decalogi præcepta;  
tres animæ facultates siue potentias & quinque  
sensus externos. Qui orandi modus, tum ad mal-  
titudinem, & gravitatem peccatorum agnosce-  
dam; tum ad conscientia examen (siue ante cõ-  
fessionem sacramentalem, siue quotidie vesperi  
fieri debeat) rectè instituendum, plurimum con-  
fert: imò ad nostri ipsorum cognitionem altius  
hauriendam, vitiorumq; radices detegendas;  
quò remedia illis oportuna possunt adhiberi, ma-  
gnam adfert utilitatem.

PRIMO autem loco trademus Meditatio-  
nes de septem vitii capitalibus, in quibus re-

S. Tho. 2. 2.

q. 84. a. 4.

a Apoc. 12.

13.

b Deut. 7. 1.

c Collat. 5.

c. 6.

Regula. 7.

fusio.

ipsa velut in septem fontibus siue radicibus reli-  
qua vitia virtute continentur: vt merito pro-  
pterea primum, & potissimum nostrum certamē  
aduersus illa sit instituendum. Nam quisquis illa  
perfectē sibi subiecerit; simul profligauerit a Dra-  
conem illum magnum rufum, habentem capita  
septem; qui perpetuum sanctis bellum mouet; se-  
ptēq; hostiles illas b Nationes, qua à terra Pro-  
missionis ingressu, non terrena, sed caelestis, nos ar-  
cent. quemadmodum latē Castianus prosequitur  
in libris de hoc argumento editis. Quare praci-  
pius harum Meditationum finis non esse debet,  
horum vitiorum, eorumq; deformitatis tantum  
cognitio, horror, & detestatio; sed manus praci-  
pue ad inordinatas animi perturbationes, atque  
affectiones mortificandas, earumq; radices pe-  
nitus ex nostris animis euellendas. serid ad moue-  
re. Non enim (ait S. Basilius) vitia superari, &  
virtutes acquiri solis considerationibus; sed vio-  
lentis mortificationum exercitiis; quibus tamen  
non paruum adiumentum adferunt Meditatio,  
& oratio; tum quod illa voluntatem ad talia  
exercitia amplectenda permoueant; tum quod  
auxilium à Deo impetrent, vt exequi possit.

EXPLORATVM quidem est, lethalia omnia  
peccata vno quasi actu simul, per contritionem,  
& confessionem deleri, in qua vnum sine altero  
non dimittitur: at consuetudines vitiosa, qua in  
animo remanent, passionesq; appetitus, in quo  
sedem suam illa fixerunt, non ita simul cum pec-  
catis extirpantur, sed paulatim, & per partes  
murtifi. anda sunt. Nam propterea Moyses ad

Israe-

Israelitas suos de predictis septē nationibus dicebat; c Ipse Deus consumet nationes has in c Deut. 7. 22  
 conspectu tuo paulatim, atque partes: non poteris eas delere pariter: ita diuina prouidentia ad humiliationem nostram statuent: quod bello cum eis diutius protracto, victoria utilior, securiorq; reddatur.

QVA M ob causam. speciales de singulis his vitii Meditationes ponemus, adiuncta etiam ratione, contrariis illa actibus debellandi, ac profligandi. Ac proinde tria hac in singulis erunt perpendenda.

PRIMUM: quibus in eiusmodis peccetur: non solum lethaliter, sed etiam leuiter: quod perfectionis adipiscenda studiosi, etiam minima, quae mortificare merito studere debent, agnoscant.

DEINDE in commoda, quae ex tali vitio proueniunt, penaeq; tum temporales, quibus in hac vita; tum aeternae, quibus in futura Deus in illa animaduertit, adiungentur. TERTIO ingentia illa premia fauoresque indicabuntur, quibus afficiendi illi sunt, qui strenue illud vitium mortificantes, ita extirpant, ut contrariam eius virtutem assequantur: cuius etiam virtutis nonnullos actus, & excellentias simul exponemus, ut timor pariter, & amor nos ad mortificationem animent.

## MEDITATIO XVIII.

DE SUPERBIA, ET  
inani gloria.

## PUNCTVM I.

S. Tho 2. 2.  
q. 162.



CONSIDERANDVM primum: Quid sit SUPERBIA, quibusq; modis in ea peccetur: perpendendo, quam illi omnes sint rationi contrarij, Deo iniurijs, proximo noxijs; quantum denique virtuti adferant detrimentum, quæ omnia singulis inesse, patebit ex his, quæ subiiciuntur.

Cassian. lib.  
12 c. 2.

Collat. 5.  
c. 12.

S. Greg. 34.  
Moral. c. 18.

& lib. 23.  
c. 7.

Primum, SUPERBIA est inordinata quædam excellentiæ appetitio. quæ duplex est, altera CARNALIS & huius mundi, quæ suam excellentiam in bonis corporis (quales sunt terrena facultates, genus, pulchritudo, honorata officia, & alia huiusmodi) collocat: SPIRITUALIS altera, quæ bonis spiritualibus nutritur, quales, scientiæ sunt & virtutes.

a Psal. 11. 5.

Quatuor sunt actus SUPERBIAE. Primus, cum a sibi quis attribuit, quod est Dei: atque si esset suum; naturæque suæ debitum, aut industriâ suâ comparatum: ideoque Deum non agnoscens autorem, ait: b quis noster Dominus est? Secundus actus est: quo agnoscens à Deo se habere aliquod bonum: id tamen suis meritis attribuit, quod ex merâ Dei gratiâ est ipsi dona-

b Isa. 10. 13.

tum. *Tertius* est, cum plura bona, quam re ipsa habet, habere se existimat: siue materia sit virtutis, siue eruditionis, siue rei alterius naturalis, siue acquisitæ: & sibi in illis complacet. *Quartus* actus est, cum in iis, quæ habet, singularem se esse, aliosque antecellere existimat: aut talem esse, inaniter desiderat: ut alij omnes ipsi cedant, & sese subiciant.

Ex SVPERBIA multa alia vitia, variique peccatorum actus oriuntur, quos ad septem velut infernalis Draconis capita reducere possumus. *Primum* vitium, & quasi primogenita eius filia est INANIS GLORIA, qua inordinatè quis appetit cognosci, æstimari, & laudari ab hominibus. Huius actus sunt: inaniter de eo, quod habet, atque si à Deo non accepisset, gloriari; & de eo, quod re ipsa non habet; aut de eo, quod laude sit indignum, eod quod malum sit, aut vilissimum; Optare etiam inaniter, hominibus placere, eod dicta & facta sua dirigendo; gaudere vanè, cum laudatur, etiam si falsè, & adulatoriè. Hæc inanis gloria detestabilior est in materia virtutum quia est dulce earum venenum, & occultus latro, qui eas corrumpit, ac deprædat.

*Secundum* vitium est IACTANTIA, cuius actus sunt: seipsum laudare; bona, quæ non habet *biactando*; aut exaggerando, quæ habet; aut, quæ occultare debuisset, absq; necessitate patefaciendo.

*Tertium* est AMBITIO, qua honores, & dignitates

S. Tho. 2.

2. q. 132.

I.

S. Basil. cõ

stit. mona.

c. 11. &amp; 0.

pas. 17.

II.

S. Tho. 2. 2.

q. 112

b. serem.

48. 14. 30.

III.

S. Tho. 2.

2. q. 131.

dignitates inordinate appetuntur, quæ inordinatio in eo consistit, ut quis appetat, quas non meretur; aut non legitimis mediis eas procuret; aut nimio affectu, finem suum in mundano ipso honore constituat.

IV. *Quartum* est **PRAESUMPTIO**, qua magna quis præsumit de se; aut maiora, quam possit: temerè sese ad illa, vanitatis intuitu proiciendo.

V. *Quintum* est **HYPOCRISIS**, qua virtus, rectaq; intentio, quæ re ipsa nõ adest, fingitur: quò is, qui fingit, sanctus habeatur; & dū bona opera, conficta bonitate, in eundē finē dirigit.

VI. *Sextum* est vitium **PERTINACIA** in proprio iudicio, cum aliorum illud iudicio, etiam superiorum præponimus in iis, quibus par fuisset, alieno subicere, ne deciperetur.

VII. *Septimum* vitium est, aliorum **CONTEMPTVS**, quo parui facimus primum inferiores, deinde æquales, ac demum superiores, usque ad ipsum Deum. c *Superbia* enim (ait Regius Propheta) *ascendit semper*: ideoque innumera gignit peccata, discordias, inobedientias, maledicta, blasphemias.

CUM circa hæc vitia cogitatione versor, attendam diligenter, quid in vnoquoque admitterim, & de inuentis humilem in Dei conspectu confessionem faciens, dicam. Accuso me, Deus meus, quòd superbia sim plen<sup>9</sup>: quicquid enim ago, id facio ob inanem gloriam: verba mea olent iactantiam; opera & desideria, ambitionis veneno sunt infecta. O utinam nun-

quam

quam in tales culpas incidissem. Ignosce mihi, Domine, & ab eis me eripe. Me ipsum quoque reprehensionibus illis obiurgabo, quas diuina scriptura adhibet in huiusmodi. Mihi ergo ipsi dicam: O vilis homuncio, d *quid habes, quod non acceperis? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? iam saturatus es, iam diues factus es, iam solus regnare vis?* atq; si aliis non indigeres. Si sic cogitas, caue ne arguat te Deus, sicut illum superbum. e *Nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cecus, & nudus?* Cæcus, quia te non agnoscis; pauper virtutum, nudus bonorum operum; grauius verò culpis miserabilis: f *Eccl. 10. 9.* Quid igitur superbis, terra & cinis? vnde euanescis vilissime vermicule? Fuge itaq; superbiam g *Eccl. 25. 4.* *pauperem enim superbum odit Deus.*

## PUNCTVM II.

CONSIDERANDA sunt deinde horrenda supplicia, quæ Deus etiã in hac vita superbis quibusdã intulit; & quæ inferret omnibus in futura. Hæc supplicia insinuantur in illa sæpe repetita sacra scriptura sententia: a *QUI SE EXALTAT HUMILIABITVR.* a *Matt. 23. 12.* In qua tres grauissimæ superborum poenæ continentur. Quod videlicet expolientur excellentia, quã habent; quodd, quam cupiunt, non affequantur; & quodd eius loco detur illis humiliatio, & confusio, quam maximè horrent. Id quod variis modis, diuersisq; exemplis ostenditur. Nam Angeli ob superbiam sunt expoliati excellentia gratiæ; nec ad sedes gloriæ, ad quã superbe adspirabant, peruenerunt, ac denique è coelo

Empy



b *Isa. 14. 15* Empyreo b *in profundum lacu* sunt præcipitati. Quo exemplo meritò mihi timorem incutiã, eo modo, quo Christus incussit Apostolis, dicentibus enim: c *Domine, etiam Dæmonia subiciuntur nobis: a t illis: videbam Sathanam, sicut fulgur de cælo cadentem.* Quasi illis insinuaret: ita vos cadetis, si superbi eritis. Superbia enim, vt Angelos fecit Dæmones, ita d Apostolos faciet diabolos. Similia supplicia subierunt e *Adamus, f Nabuchodonosor, g Cyrus, h Herodes, & alij, qui appetentes, esse sicut Deus, gloriam ei non dederunt, quam debebant.*

d *Ioan. 6.*

70.

e *Gen. 3. 23.*

f *Dan. 4. 30.*

g *Ezech. 28.*

h.

h *Ast. 12. 23*

S. Bern. ser.

54. in Cant.

S. Greg. 11.

Moral. c. 8.

Orat. 19. de

Humil &

vanaglor.

i. Act. 3. 5.

¶.

VLTERIUS perpendam: maximam pœnam, quam Deus in hac vita propter vñi peccatum infert, illam esse: quòd eius causa permittat peccatorem in multa alia peccata incidere, & specialem gratiæ suæ fauorem (qui ipsum aliàs ab eis præseruasset) subtrahat. Quæ etiam pœnã superbiam punit, quæ causa est ariditatis, desolationis, ac desertionis interioris, quas sæpe experimur. Eãdem etiam causa, graues alios permittit lapsus, etiam in luxuriam, & infidelitatẽ. Et de i *Anania, & Saphyra* ait S. Basilius, quòd inani gloria ducti, facultates suas tetrenas vendidissent, vt perfecti, haberentur, permisisse DEVM mediã pretij partẽ sibi retinere, propter quod repente virumque mortuum fuisse, simulque cum vita, honorem, quem affectabant, amisisse: vt factus sit timor magnus super omnes, qui audierunt: Quem, & ego meritò concipiam: nam paucorum pœna, multis esse debet ad cautelam. Quare si ego

fin

sim superbus, vobis forte ex illis paucis ero; ideoque ni resipiscam, simili afficiar pœnâ.

Mox perpendam, me saltem horrenda futuræ vitæ supplicia non effugiturum, in qua superbi omnes speciali confusione, & ingenti pudore afficientur; cùm se aded contemptos videbunt: vt, qui primum hîc locum ambiabant; postremû ibi, ad Luciferi pedes, qui Rex est superborum, occupent: quos ipsimet Dæmones iridentes, contemptûs causâ, illud obiicient Isaïæ: *k Et tu vulneratus es, sicut & nos, nostri similis effectus es; detracta est ad Inferos superbia tua.* Quæ igitur maior stultitia esse potest, quàm superbè eam excellentiam quærere, cuius siois sit æterna confusio? & quod maius delirium, quàm ob momentaneam gloriam, conicere se in ignominiam nunquam finem habituram. O superbia! *trabs* benè crassa *in oculo*, quem occupando, stultè excæcas, ne proprium damnum aduertat! O IESV humilime, aufer à me quæso molem hanc, ne ab ea excæcatus tanta faciam detrimenta.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO, ingentia illa bona considera bo, quæ consequar, si vctâ SVPERBIA, HUMILITATEM secter, in eum præcipuè finem, quem nunc quæro, animæ scilicet purificationem. Quæ bona, promissione illa Christi insinuantur, qua dixit: *a QVI SE HUMILIAVERIT, EXALTABITVR.* Tria autem bona illa sunt: Quòd à miseriis, in quas propter humilitatem inciderit, liberabitur; quòd

*k Isa. 14. 10*

*l Matt. 7. 3.*

*S. Ber. Apolog. ad Guil.*

*Abbatem.*

*a Matt 23.*

*12.*

*LUC. 14. 11.*

*& 18. 14.*

collatas sibi prius gratias & excellentias conferuabit; & ad maiores alias promouebitur. ideoque qui contrito corde, propterea quod peccauerit, se humiliat, in eo ipso, quo se demittit, à Christo Domino exaltabitur: condonat enim illi peccata; remouet pœnas, quas propter illa promerebatur; conferensq; suam gratiam & charitatem, ad filij Dei eum eleuat dignitatem; exaudit eius orationes, mirandisq; alijs donis replet. *b Deus enim superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.* Rex *c Achab*, quòd se *coram Deo humiliasset*, euasit pœnas, quas Deus fuerat illi minatus. *d Publicanus* etiam propter humilitatem, *descendit iustificatus in domum suam*: cum Phariseus ob superbiam fuerit reprobatus. Eodem ergo modo, cum se Iusti humiliant; in eadem à Deo iustitia exaltantur: augentur enim illis sanctitas, & dona gratiæ, honorque, & gloria, quam propterea promerentur. Ac propterea dixit sapiens; *e Quanto magnus es, humilia te in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam.* sicut inuenit beatissima *f Virgo*, quæ, propter suam humilitatem, ad Dei matris dignitatem fuit exaltata. & ipsemet filius Dei factus est homo, vt, superbiam destruens, exemplum nobis præberet humilitatis; & quoniam *g se præ omnibus hominibus humiliavit*, fuit super omnes cœlos *exaltatus*. Fuge ergo, anima mea, superbiam, vt vel tantum damnum effugias; & humilitate sectare, vel ob tantum proprium commodum.

Nam generalis omnino lex est, à qua non excipi-

b *Iac.* 4. 6.

c *3. Reg.* 21.  
29.

d *Luc.* 18. 14

e *Eccl.* 3. 20.

f *Luc.* 2. 30.  
48.

g *Phil.* 2. 8.

excipieris: quod, qui se exaltauerit, humiliabitur; & qui se humiliauerit, exaltabitur. Fac tu quod tuum est, te ob peccata tua humiliando: & faciet Deus, quod est ipsius, donis te suis exaltando.

DENIQUE examinabo: quisnam superbiæ gradus in corde meo emineat; & quodnam ex superiùs positis vitiis, illud sibi subiecerit, deprehensumque, mox viriliter, contrariorum actuum exercitiis, & occasionibus in illud labendi remouendis, mortificare, & extirpare contendam: Examine Particulari (de quo infra dicemus) ad id diligenter adhibito; & initio facto à mortificatione & humiliatione in rebus externis, quæ facilior est. Nihil enim (S. Bernardo teste) *facilius est volenti, quam humiliare seipsum*. Nā, si meipsum velim exaltare, multi sese mihi opponent, vt impediunt: humiliari verò, si me volo, nemo erit, qui contradicat: quod si fecero, euadam humilis: Humiliatio enim (eodem Bernardo teste) vnicū est, aptissimumque à superbia recedendi, & humilitatis virtutem acquirendi remedium.

Serm. 2. in  
quadrag.

Epist. 78.

os so

## DE VITIO GVLÆ,

*& virtute temperantia.*

## PUNCTVM I.

S. Tho. 2. 2.  
q. 148.S. Greg. 30.  
Mor. cap. 36.

VLA est inordinata quædam comedendi, & bibendi appetitio. In qua quinque modis peccare continget. PRIMVM, si prohibitis ab Ecclesia cibus vescens, Ieiunij leges, siue illud ab Ecclesia, siue à regulari disciplina, siue à proprio voto sit præscriptum, transgrediaris. DEINDE, si cibi potusue nimium sumas, aut cum graui sanitatis corporis vel animæ periculo: aut si eo vsque bibas, vt iudicij vsus aut turbetur, aut amittatur. TERTIO, si cibo aut potu nimis exquisito, aut pretiosiori, quam tuus requirat status, & conditio, ob solam sensuum indulgentiã vtaris. QUARTO, si comedas sapius, quàm expediat, aut ita extra tempus, & occasionem, vt nocere tibi facile possit; aut in loco non conuenienti, aut contra prohibitionem, vel Religionis tuæ Regulam. QUINTO, si nimio affectu, & ob solam voluptatem, comedas; aut modo indecenti, & ita festinanter, vt in eo, quod facis, totus immerfus esse videaris.

CIRCA hos quinque modos siue circumstantias examinare, & accusare me debeo coram Deo lapsusq; meos desiles dicere: Væ mihi! qui quo-

tias

ies comedo aut bibo, semper pecco; sensuum potius voluptati seruiens, quam necessitati; & carnis meæ appetitioni, quam vitæ conseruandę studens: ita vt corpori debitum soluens, reatū semper culpæ apud Dæmonē contrahā. Misere- rere, Domine, huius meę imbecillitatis gratiāq; tuā ita succurre, ne prostratū me gula raptet.

HOC sensu affectus firma concipiam pro- posita, vitium hoc pro viribus mortificandi, ac temperantię regulis in quinque prædictis ex- cessibus vtendi: In præcepto videlicet, quanti- tate, qualitate, tempore, & modo cibum su- mendi. Ita vt in QUANTITATE vtrunq; fu- giam extremum; ne tanta illa sit, quæ obruat; nec ad eodē modica, quæ non sufficiat, vt susten- tet. In QUALITATE, vt communibus, & ordi- nariis cibus sim contentus; imō crassiores præ- delicatis eligam: omnem fugiens singularita- tem, nisi quam expressa necessitas exigat. In MODO danda est opera, vt iuxta Spiritus san- cti cōsiliū, a non sū nimius: nec patiar, ita me abripi ab appetitu; vt comedente corpore, spiritus à cibo ipso absorbeat: sed imperio quodam cordis ingenuo, cibum etiam aliquem spiritui simul proponam, qui carnis concupi- scentiam moderetur.

*Ad hac præstanda multum conferent, qua in subiectis punctis indicantur.*

## PUNCTVM II.

SECUNDO, considerandę sunt pœnæ hu- ic vitio cōstitutę; quæ ad tres ordines, siue capita reducuntur. Quædam enim ab ipsa

S. Basl. de  
vera Virg.  
S. Bern. ser.  
30. in Cant.  
ad Frat.  
de Monte  
Dei.

Eccl. 31. 20

met Gula, tanquam ex mala arbore mali fructus, proueniunt; aliàs adicit Deus etiam in hac vita: quò suam ab hoc vitio auersionem ostendat; alias denique in futura vità infligendas reseruat.

## I.

PRIMUM ergo, GULA sui ipsius est supplicium. statim enim, & numerata (vt dicitur) pecunia, voluptatis suæ culpam luit. *a Eccl. 31. 25.* *Vigilia*, inquit Sapiens, & cholera; & tortura viro infirmo: dum corpus onerando, sanitatem lædit, vitam abbreviat, & accelerat mortem: *b Prou. 23. 29.* Cui va, ait Sapiens, cui rixa? cui sine causa vulnera? *c Luc. 25. 34.* *ne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? & Christus. c Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & superueniat in vos repentina dies illa.* Affligit item spiritum, hebetat intellectum, eumq; ad orationem, & familiaritatem cum Deo ineptum, atque spiritualium consolationum incapacem reddit: eo quòd se ille carnis illecebris repleti permiserit. Adfert denique cordis ignauiam, & inertiam ad res magnas obsequij diuini aggrediendas, aut perficiendas. Quid enim debiliori huic hosti se subiicit, animum despondere videtur, ad fortiores aggrediendos.

*Cassia lib. 5. c. 13 & 20. & Coll. 5.*

## II.

DEVS præterea ingentes ob GULAM poenas intulit. Quia enim d *Adamus & Eua*, contra diuinum præceptum, *pomum* degustarunt, Innocentiæ donum & statum amiserunt, & *Paradiso sunt expulsi*. Israelitæ, quòd in deserto carnes inordinatè appetierunt, *e cū adhuc esca*

*c Psal. 77. 31*

*eorum*

eorum essent in ore ipsorum, (ait David) ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum. *Vocatusq; est locus ille: Sepulchra concupiscentia: Et alias: g Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere: Idolū scilicet siue vitulū conflatilē colere: diuinā iustitiā permittente, vt, qui ventrem suum pro Deo habuerant, vitulū adorarent, quam tamen ob causam: h Occisa sunt in die illa quasi triginta tria millia hominum. & q; maiorem adfert admirationem: sanctus quidā Prophetā, quod in loco, i vbi Deus illi prohibuerat, comedisset, occisus est à Leone. nec eā euadere potuit pānam etiam si prius miracula patrasset, & obedientiam præsstitisset; ac necessitate comedendi, premeretur; & ab alio, eiusdem secum Instituti, deceptus esset.*

DENIQVE voraces in futura vita, peculiari linguæ supplicio afficientur, sicut ille *k diues qui epulabatur quotidie splendide, tanta in Inferno sitim premebatur, vt clamaret ad Abraham, vt mitteret Lazarum, qui intingeret extremum digiti sui in aquam, & refrigeraret linguam eius, quia cruciabatur Inferni flammis: nec tamen obtinuit. Quare quicumque illic erunt, canina fame, & siti rabida cum æterni fellis amaritudine torquebuntur, iuxta sententiam in Babylonem latam. l Quantū glorificauit se, & in deliciis fuit, tantū date illi tormentorū, & luctuum. Eia igitur, animā mea, quid hære? cur voracitates tuas non desles? cur ab eis non abstines? Attende, quod satura, & ebrietas temporanea, siti, & fame castigabitur æterna.*

f Num. 11. 33

g Exod. 33. 6

h 28.

i 3. Rog. 13.

24.

S. Basilus  
ser. de abdi-  
cat. rerum.

k Luc. 16. 24

l Apoc. 18.



m Gen. 25.  
33.  
Heb. 12. 16

Quod si vt alter *Esau* pro vili *esca*, tua cæli Primogenita vendideris: fortè non suppetet locus ea recuperandi. Considera, quot fuerint ob hoc vitium affecti supplicio; & cape in alieno capite experimentem, priùs quàm pœna incidat in tuum.

## PUNCTVM. III.

De Temperantia & ieiunio.

**T**ERTIO, ingentia illa bona & præmia consideranda sunt, quæ largietur mihi DEVS, si, Gulâ mortificatâ temperantiâ, & ieiuniû amplectar: quæ ad tres etiâ ordines, supplicius gulæ oppositos, possunt reuocari. Quædâ sunt ipsius TEMPERANTIAE propria, sicut bonæ arboris fructus boni: ALIA Deus & Dominus noster addit, vt, quæ sibi hæc virtus grata sit, ostēdat: ALIA deniq; præmia reddentur in cœlo, quibus hæc virtus afficietur.

I.

PRIMUM enim ABSTINENTIA paratâ (vt dicitur) pecuniâ difficultatem, quam initio vincit, recompensat, alleuiat enim corpus, præseruat à morbis, conseruat sanitatem, vitam producit, recreat animam, aptamq; reddit ad orationem, & cælestes consolationes suscipiendas; subtrahit hosti arma, ipsi scilicet carni, quam subiicit spiritui: vt gloriosa audeat diuini obsequij facinora aggredi.

II.

S. Ber. ad  
Frat. de  
Monte Dei.

EST præterea Deus aded liberalis, & ita nostri compassione tangitur, vt sine aliqua nos voluptate viuere non patiatur. Quare corporis cibos sibi subtrahētes, cibus animæ recreat, & pro sensuum consolationibus, spiritus solatia ita tribuit, vt non voluptatem amisisse;

sed

sed in meliorem, multoque præstantiorem, à carne scilicet ad spiritum eâ translatâ, cõmutasse experiãtur. His cęlestes communicat illustrationes, sicut a *Danieli*; præclaras tribuit contra hostes victorias, sicut tribus eis b *socijs* contra *Nabuchodonosorem*; & ad altissimam extollit contemplationem, sicut *Moysem*, & *Eliam*, quibus etiam gloriosæ & transfigurationis suæ mysterium, in præmium ieiunij & mortificationis gulæ communicavit.

a *Dan. 2. 28.*  
b *c. 3. 30.*  
c.

c *Matt. 17. 3.*

## III.

DENIQUE eisdem speciali quadam saturitate afficiat in coelo; eos mensæ suæ cū Christo adhibens: vt comedant, & bibant in Regno suo cibos, quibus vescitur ipse Deus. Quare anima mea, si ad magnam in terra sanctitatem peruenire, ingentiaque in cęlo præmia consequi desideras, à temperantia, & ieiunio incipe: quo Deus vitia reprimat, mentem eleuat, virtutes largitur & præmia. O I E S V dulcissime, siquidẽ omnes, qui tua castra sequuntur, d *car-* nem suam cum vitijs, & con- u- p- s- e- n- t- i- j- s crucifixerunt, concede mihi, meam vt ipse mortificem, sicut tu mortificasti tuâ. Per sitim illam, quam in cruce pertulisti; per fel & acetum, quæ ibidem tibi fuerunt oblata, supplico, aded mihi perfectam dones temperantiam, vt nulli in cibo & potu sumendo voluptati; sed soli necessitati seruiam: ieiuniumque aded seuerum, quo iram tuam, sicut *Niniuitæ*, placare, pro meis peccatis satisfacere, *Dæmones terre*, & *Angelos lætificare* possim: particeps effectus donorum tuorum in secula. Amen.

*Ecclesia in*  
*Præf. Quæ*  
*drag.*  
d *Gal. 5. 24.*

*Ionæ 3. 7.*

## MEDITATIO XX.

**CIRCA VITIUM***Luxuria, & virtutem castitatis.*

## PUNCTVM I.

S. Thom. 2.  
2. q. 153.

**L**VXVRIA est inordinata voluptatis venereæ appetitio, contra ordinem videlicet à Deo præscriptū: In hoc vitio peccatur, PRIMVM COGITATIONE, cum voluntas in illud conserat, aut in rebus inhonestis cogitandis delectatione, quam morosam appellant, ita recreatur, vt sponte in ipsa hæreat, aut repidè illam reijciat; aut occasionem, ex qua illa nascitur, non remoueat.

I.

II.

DEINDE VERBO peccatur, dum sceda proferuntur; AVDITV, cum eadem cum voluptate audiuntur, aut certè musica & cantiones inhonestæ; VISV, ea aspiciendo, quæ ad inhonestatem prouocant, aut Actiones siue comedias eius generis, aut leguntur huius argumenti libri. ODORATV & GVSTATV, si ea percipiamus, quæ ad luxuriam prouocant, si horum sensuum delectationem, tanquam finem habeamus.

III.

TERTIO peccatur OPERE cõsummato, idèq; varijs modis. Si quis secum solus, est Pollucio; si cum soluta aliqua, Fornicatio; si cum coniugata, adulteriũ; si cum cognata, incestus; si cum virgine, stuprum; si cum Religiosa, aut contra votum castitatis, sacrilegium; si cum complice

eiusdem

eiusdem sexus, Sodomia; si cum bestia, bestialitas. TACTVS secum vel cum alijs, si voluptatis causâ fiant, ad peccatû operis reducuntur.

IN hoc puncto non ita hærendum est tempore meditationis, vt particulares horû peccatorû circumstantias minutim examineimus, ne nouarum tentationum occasionem habeamus: sed flendum potiùs, quàm multùm de eis cogitandû, dicendo: Heu mihi, quàm bestialis, & putida hæc est vita! quàm vel aspicere erubescio, aut mouere: ne pessimo suo foetore me iterum inficiat. Aspice illam, Deus meus, oculis misericordiæ tuæ; & fac, vt ex meis fontes exeant lacrymarum, quibus à tot immunditijs purificer.

## PUNCTVM II.

SECUNDO consideranda tria genera peccatorum, quæ LVXVRIÆ respondent, sicut diximus de Gula: quæ eò maiores æstimandæ sunt, quò vitium hoc maius est.

PRIMA poena est innumera miseræ, quas I. vitium hoc secum adfert: Deo ita permittente, vt *angelus Sathanae*, qui carnis aculeo luxuriosos profernit, crudeliter etiam *colaphizet*; 2. Cor. 12. 8. corpora ipsorum mille incommodis, & morbis, non solum dolorem inferentibus, sed sordidis, & pudendis afficiens: imo & infamiâ, alijsq; mille calamitatibus, vsq; ad facultatum terrenarû, salutis, quietis, vitæq; ipsi<sup>o</sup> iacturâ: & sicut Apostolus Christianû quendâ, a quod a 1. Cor. 5. 1. *Incestum commississet, Sathanae tradidit*, vt in corpore torqueretur: ita qui seipsû huic vitio

tra-

tradit, corpus & spiritum suum crudeli huic  
 b Pro. 23. 32. carnifici tradit, b qui blandè quidem ingredi-  
 tur, sed in nouissimo mordebit, vt coluber; & sic-  
 ut Regulus, venenum d'ffundet.

## II.

PRAETER hæc, horrenda alia Deus intulit  
 supplicia: quò suum in hoc vitium odium ma-  
 nifestaret. Propter hoc enim præcipuè Dilu-  
 uium venit, quo mūdus submersus est; & ignis,  
 quo Sodoma cōflagrauit; & ingens illa, quam  
 c Num. 25. 9 in Israelitas suos Moyses edidit, strages, c vi-  
 ginti quatuor millia vno die occidendo: & cum  
 Phinees zelo magno israelitā quendā, publicè  
 fornicatē, publicè etiā confodisset, ita Deus  
 factum approbavit, vt mox à cedendis reliquis  
 desitum sit. Propter Pollutionem crimen d

d Gen. 38. 10 DEVS nepotem Patriarchæ Iacob percussit, eò  
 e 1. Reg. 2. quod rem detestabilem faceret. e Filij quoque  
 34. & c. 4 sacerdotis Heli, propter carnalia scelera simul  
 11. vno die miserrimè perierunt. Notum quoque  
 est, quàm carè constiterit Samsoni cum Dalila  
 peccauisse; Dauidi adulteriū cum Bethsabee;  
 & Salomoni deperuisse alienigenas mulieres.  
 Si tales igitur, tantiq̃ viri, quòd luxuriæ vi-  
 tio succubuerint, horrendas ad eò poenas sub-  
 ierunt: cur tu illud non fugis? Num fortior es  
 Samsonē, Salomonē sapientior, aut sanctior  
 Dauidē? vt ab illorum periculo, priuilegio a-  
 liquo sis exemptus, vt vel labi non possis, sicut  
 ipsi: aut non, sicut illi, puniri?

S. Hier in  
 Reg. Mo-  
 nach e de  
 castitate.

## III

SED quæ in Inferno luxuriosi tormenta pa-  
 tiētur, erunt intolerabilia. Ignis enim ille  
 horrenda violentia partes illas corporis, qua  
 huius

huius peccati fuerunt instrumenta, depaſcet. Imaginandi facultas, quæ fœdis hic cogitan- dis delectabatur; horrendis ibi imaginibus af- ſiſgetur. Quinque ſenſus, qui quinque inſtar voluptatis fontes fuerunt, ibi erunt tanquam quinque lacus tormentorum. Denique à pedi- bus ad caput vſq; immerſi erunt in ſtagno illo igneo, & ſulphureo: eò quòd carnis ſuæ blan- ditijs, & odoribus ſubiecti vixerint. O anima mea, perpède accuratiſſimè ignis illius Infer- ni flammas, quòd carnis tuæ incendia pertimeſ- cas: nam vt clauus clauum pellit, ita illius ig- nis timor, huius extinguit amorem. Hinc adeò firmum deteſtabilis huius vitij fugiendi (non enim vincitur niſi fugâ) propoſitum concipi- am, vt vel eius nomen in ore acciper e hor- ream, iuxta illud Apoſtoli, cùm de immundi- tia, & fornicatione loqueretur: *Nec nomine-* *ſt. Cor. 6. 13.*  
*tur, inquit, in vobis, ne videlicet eo nomine, res* *Epheſ. 5. 3.*  
*ſignificata occurrat memoriæ veſtræ.*

*Et quoniam huius vitij vincendi duplex eſt ra-  
tio; altera cùm quis licita matrimo-ij volupta-  
te contentus eſt; altera altior & perfectior, qua  
etiam ab illa abſtinet: de hac ſecunda ſubſe-  
quens inſtituitur punctum.*

## PUNCTVM III.

**T**ERTIÒ, conſiderandi ſunt ſex actus, *S. Bonan. in*  
quos perfecta luxuriæ mortificatio, & *Dieta ſaluſ.*  
excelsa virtus caſtitalis, cum ad perfe- *tit. 4. c. 4.*  
ctionem debitam peruenit, complectitur; ac  
totidem fauores præmiaq; glorioſa, quæ Deus  
tribuit propter illos. Quorum cauſa CAſTI-

**T**A S in sacra scriptura Lilio cōparatur, propter sex eius candidissima, & mollissima folia, totidemq; virgulas cum extremitatibus ignis instar inflāmati: nam folijs, sex castitatis gradus; virgulis, sex illi fauores in auro & igne charitatis fundati significantur: quibus hæc virtus, amabilis; mortificatio verò, suavis omnino redditur: quare hac intentione sunt pendendi.

*ACTVS PERFECTÆ CASTITATIS.*

**I.** **P** R I M V S CASTITATIS actus est PVRITAS in VISV & AVDITV, qua horum sensuum portæ ita ocluduntur, vt nihil ingrediatur, quod vel a *cogitationem* vel imaginem turpem ingerat: Sed visus meus castus ipse sit, & castus auditus: adeoque arctè vterque frenetur, vt ipsi, castitatis fiant custodes.

**II.** **S** E C V N D V S actus est PVRITAS in vsu rerum, quæ ODORATVM, GVSTATVM, & TACTVM delectare possunt: quæ à rebus dulcibus & blandis, castitatis hostibus, seuerè eos coercet: conando efficere, vt castus sit cibus, potus, vestis, & lectus sit castus: Tactus deniq; omnes casti, & eos, qui tales non sunt, tanquam ipsum ignem auersentur.

**III.** **T** E R T I V S est PVRITAS in VERBIS, colloquijs, & *Conuersatione*; in *Risu*, vultu, & reliquis corporis gestibus; in vestibus, & ornamentis externis: omnibus, castitatis insignibus, ita decoratis, vt honestas, & decentiâ

Chri-

Christiana vbique resplendeat : quibuscunque contrarijs exclusis.

QUARTVS est PVIRITAS in amicitia, & iucunda cum creaturis familiaritate : omnem enim in ijs excessum reprimit, quæ castitatem offuscandi occasionem aliquam præbere possunt: nec dare permittit, nec accipere munuscula vlla, quæ ad aliquam eius maculam illecebæ sint, aut offensio.

IV.

QVINTVS est PVIRITAS in externis omnibus, & internis occasionibus remouendis, quæ castitatis splendorem obscurare, aut quicquam de eius perfectione detrahere posse videatur. Quare perfectè castus, vel occultâ superbiam fugit : ob quam nouit, Deum permittere lapsum in luxuriam; & ipsam iram euitat: quod ea sanguinem accendat, carnemq; commoueat ; & otium fugit, quod carnis motibus portam aperiat: ac deniq; loca omnia, & personas deuicit, ex quibus nitori eius obscuritas aliqua accedere possit: quia nouit à sapiente dictum: *Qui amat periculum, perit in illo.*

V.

S. Greg. 11.  
Moral. c. 8.

c Eccl. 3. 27.

SEXTVS, isque supremus CASTITATIS gradus est PVIRITAS in omnibus cordis cogitationibus, motibus, siue commotionibus carnis : quam ita rationi subiectam tenet, vt non solum in vigilia, sed, quâ tum in nobis est, in ipso etiam somno in officio contineatur. omni conatu adhibito, vt nulla omnino detur occasio, ob quam Deemon scædis aliquibus imaginibus, aut perturbationibus, vel in ipso somno nobis illudat.

VI.

Cass. Collat.  
12. c. 8.

H A E C



d. *Cons.* 2. 2.  
*Cast.* c. 11.

S. *Tho.* 2. 2.  
 q. 155.

HÆC sex illa sunt cœlestis huius d. *lib.*  
 candidissima folia, quamvis inter multarum  
 tentationum, & tribulationum spinas, quas  
 Continēs patitur, ante quàm ad castitatis per-  
 fectæ possessionem perueniat: Sed, si de omni-  
 potentia, & misericordiâ Dei confidam, eam  
 potero obtinere. Ad quod multum conferet  
 intima, & accurata, sex eius fauorum & præ-  
 miorum consideratio, quæ iam subijcitur.

**FAVORES ET PERFECTA**  
*castitatis præmia.*

I. **PRIMVS FAVOR**, quo me Deus prole-  
 quetur, si animo generoso decreuero con-  
 tra carnis insultus decertare, perfectamq; af-  
 sequi castitatem, erit: mittere Angelos suos,  
 qui mihi adsistât, & in eo certamine iuuent ad  
 victoriam: quò enim quisque purior est, eò (S.  
 Ambrosio teste) magis est custoditus, & ab An-  
 gelis circumdatus, vt qui ob similitudinem,  
 quam virgines castique cum ipsis gerunt plu-  
 rimum delectentur, cum eisde conuersari. Et vt  
 ad tres illos castos pueros in fornace Babylo-  
 nica, descendit vnus Angelus, qui, cū eis manens,  
 e excussit flammâ ignis de fornace. & fecit me-  
 dium fornacis, quasi ventum roris flantem: sic ad  
 eos, qui in sensualium tentationum fornace  
 immerfi, decreuerunt, illis non consentire, ac-  
 currunt Angeli, vt protegant, ne flammâ il-  
 læ eos lædant, aut superiorem animæ partem  
 tangant: & vento quodam roreque, cœlesti, car-

Lib. 1. de  
 virg. ad So-  
 ro.

Quò Sancti  
 or quisque  
 eò manior.

e Dan. 3. 50.

nis ardorem extinguunt : atque ad glorificandum Deum, ob victoriam obtentam, prouocant. Quamobrem, si ab huiusmodi tentationibus premi me videro, eosdem meritò aduocabo, dicens: O gloriosi Angeli, virginum custodes, castorum protectores, purorum hominum amici, familiaresque socij, accedite, adiuuate ne, qui me circundat ignis, etiam comburat: excutite flammam, quæ ardet in carne mea, ne contingat spiritum, aut eidem inferat detrimentum: impetrate mihi suauem diuini spiritus ventum, qui carnis meæ ardores refrigeret.

SECUNDVS FAVOR est, quod ipsemet Deus particulari protectione, castorū assistit custodiæ, vt qui puritate non Angelis modò, sed ipsi etiam Angelorum Domino, omnis puritatis fonti, similes sint: qui propterea eorum familiaritate valde delectatur, & ad suam benignè admittit amicitiam. O DEVS æterne, *f. quæ pascis inter lilia:* & propterea arripet tibi animæ castæ: meam, quæso, effice ad eò puram, vt cum ea morari, & conuersari digneris.

Ex utroque hoc fauore, efficacissimum ad tentationes, quæ repenti & solum me inuadunt, vincendas remedium addiscam: eleuare scilicet mentis oculos ad Angelum, qui præsens mihi adest, multo que magis ad ipsius Dei præsentiam: vehementer erubescendo id in eorum conspectu facere, quod coram hominibus non auderem. Respondebo igitur tentationi, quod castissima Susanna impudicis illis senibus, à

## II.

*S. Basil. lib.  
de vera  
Virg.*

*f. Cant. 2. 16.  
S. Greg. ibid.  
S. Hieron. e-  
pist. ad De-  
metr.*

*Cassi Coll.  
12. c. 8. &  
1. 6. c. 9.*

g Dan. 13. 23. quibus prouocabatur ad flagitium: g *Melius est mihi absq; opere mori; quam peccare in conspectu Domini.*

## III.

TERTIVS FAVOR est, quòd loco carnalium nuptiarum, quibus amore castitatis renuntio; ad spirituales Deus me admittat. spiritaliter sese animæ meæ copulans, h *Desponsatione fidei, misericordiæ, & charitatis; & altissimas spiritus voluptates ita ei communicans, vt carnalium penitus obliuiscatur: & hac ratione suum implet promissum, quòd qui ipsius amore i vxorem reliquerit, renunciando facultati, quam ad ducendam habebat, centuplum in hac vita esset recepturus.* Id enim est dicere, tantam eum voluptatem percepturum, quæ centies eam excedat, quam habuisset cum vxore. Castitatis enim iucunditas ita illam superat, vt impossibile sit eam agnoscere, qui non sit expertus. O castarum animarum Sponse, talem mihi virtutem concede; vt mea inter illas connumeretur, & esse tua mereatur. O anima mea, siquidem adeo es voluptatibus addicta, renuncia liberaliter abiectissimis illis, quas caro concupiscit, vt altissimis simul que iucundissimis SPIRITVS proprijs frui possis.

## IV.

QUARTVS FAVOR est, pro carnalibus filijs, quos habere potuiffem; spiritualium copiam ab ipso Deo recipere, sine cõparatione meliorum, dum bonis operibus, meritisq; ditissimis, & animabus multis exemplo meo, & adhortatione Christo lucrifacis me replet;

quarum

quarum & pater, & mater sim in spiritu: implet enim fidelissimus ipse, quod promiserat per Prophetam suum: *k Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridū, & infructuosum: Quia hac dicit Dominus Eunuchis, &c. Dabo eis in domo mea, & in muris meis Ecclesia mea, locum, & nomen meum a filiis, & filiabus; nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* O felicem castum! cui Deus excelsam filij, & patris tribuit dignitatem: filij, ob singularem adoptionis gratiam; patris in spiritu, ob copiosos benedictionis fructus.

k Isai 56.3.

QVINTVS FAVOR plurimas gratias, & singularissima complectitur privilegia, quæ DEVS in signum amoris, quo castimoniam prosequitur, castis largitur: Quia enim ipsi in carne viuentes, supra ordinarias naturæ leges se eleuantes ita viuunt, atque si carnem non haberent: ideo vult DEVS, eosdem aliquando etiam supra ordinarias gratiæ leges eleuare, castimoniam eorum extollendo & honorando. Beatissima enim Virgo, ob rarum, & singulare Virginitatis votum, quo se DEI amore obstrinxerat, exaltata ab ipso DEO fuit, ad eiusdem matris dignitatem: & S. Ioannes Euangelista ob insignem suam puritatem, CHRISTO Domino fuit valde dilectus: à quo tum in vltima Cœna; tum, dum in cruce penderet, extraordinarios accepit fauores, & insignes postea revelationes: in quibus eodem nomine clarissimi fuerunt Helias, & Helisæus, Daniel &

V.

alij filij Prophetarum; & Babylonicæ fornacis ignis tres illos pueros non tetigit, quod Luxuriæ ignem prius deuicissent.

## VI.

*l Apoc. 14. 4.  
S. Basil. de  
vera Virg.  
c. 27.*

*S. Hiero. de  
laud. Virg.*

SEXTVS FAVOR est singulare illud, *l Agnum in gloria sequendi, quocunque ille inerat,* prouilegium. Ut, qui illū in hac vita, castimoniam, & puritatem amplexus, imitatus est; dignus sit, qui eundem in gloria semper comitetur, iucundissimæ eius societati singulari gaudio coniunctus. O Agne dulcissime, concede mihi tuam in corpore, & spiritu sequi puritatem, ut ex angusto mūdi huius carcere exiens, per latissimos istos cœlorum campos merear tecum expatiari. Amen.

*in Gen. 39. 9*

SEX horum FAVORVM consideratione, ita me aduersus occurrentes contra castitatem tentationes munire curabo, ut nihil illæ me lædant; sed cum castissimo Iosepho, sollicitanti illum mulieri, dicam: cum tot Deus in me contulerit beneficia, torque gratias & fauores, si fuero castus, promiserit: *in Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* O Domine cæli & terræ, non pallium solum, sicut Ioseph, sed honorem, facultates, & ipsam vitam perdere, quàm te offendere statui. Nam illum propter castimoniam, & fidelitatem eleuasti, ut Vice-Rex esset Aegypti; sed me ob meam Regem facies in cœlo.

## MEDITATIO XXI.

## DE AVARITIA.

## PUNCTVM I.



AVARITIA est inordinata diuitiarum, & temporalium bonorum appetitio: in qua multis modis peccare contingit.

PRIMUM, cùm quis, cõtra decimum Decalogi præceptum, aliena concupiscit: aut contra septimum, re ipsa accipit, aut, inuito Domino, retinet.

DEINDE, si proprijs malè vtatur, parcè videlicet; aut ea in egenos, quando Iustitiæ aut charitatis, & misericordiæ lex ad id obligat, non distribuit, ob viscerum suorum erga illos duritiam.

TERTIÒ, si bona huiusmodi anxietate nimia ita querit, vt totum cor suum ad id applicet, cuius causâ Dei, & Ecclesiæ, statusque sui leges conculcet. Ex quo multa peccata, tanquã Auaritiæ proles oriuntur: mendacia, fraudes, periuria, violentiæ, tyrannides, crudelitates, lites, discordiæ, & innumera alia. Quare merito Apostolus dixit: *a Radix malorum omnium est cupiditas.*

QUARTO, qui paupertatis voto est obstrictus, peccat in illud, si quid sibi absque superioris sui facultate vsurpet: siue ab alijs ipsi do-

I.

II.

III.

a 1. Tim. 6.  
10.

IV.

netur, siue quouis modo ab alio acceptum alienet, occultet superiori, aut eo in re sibi prohibita, aut modo proprietatis utatur: affectu nimirum adeo inordinato, atque si res ipsius esset propria: aut denique si, dum eo priuatur, quamuis iure fieret, contristetur, aut conquerratur.

V.

QVINTÒ, etiam peccat, qui bona opera principali temporalis emolumenti intentione præstat; aut eodem intuitu ea negligit, ad quæ status officijve sui legibus tenetur.

HOC examine præmissò, attendam: num quid habeam, quod mea ut Idolum adoret. Avaritia: siquidem Apostolus ait; *b Avaritia est Idolorum seruitus, & adoratio.* Quòd si quid tale apud me inuenero, aut in corde affectum, ac desiderium eius, culpam in primis meam in Dei conspectu magno meo pudore confitebor, quod tale quid contra ipsius legem habere, aut concupiscere sim ausus: cum statuum affectum illum omninò à corde meo auellere: imò si possim etiam rem, quæ eius est causa, ad quod inuenit sequentia puncta exactè perpendere.

*b Ephes. 5. 5.  
Col. 3. 5.*

## PUNCTVM II.

DEINDE perpendenda sunt AVARITIAE damna, quæ ad tria illa prædicta capita reuocantur. PRIMVM AVARITIA, teste Apostolo, est a radice duplicis generis malorum, ad quæ vniuersa hu-

*a1 Tim. 6.  
10.*

ius vitæ mala reuocantur: Culpæ scilicet ac  
 Poenæ; peccatorum, & dolorum: quæ simul  
 conueniunt ad poenas de matre, quæ illa gi-  
 gnit ac nutrit, fumendas: quare ipsamet sui  
 ipsius carnifex censenda est, quæ in magnas  
 auarum ipsum angustias, & calamitates con-  
 iijcit, vt miserrima quadam seruitute, tan-  
 quam mancipij diuitias congregare, aut con-  
 seruare possit: Est item Sathanæ laqueus, qui  
 tribulos, & tentationum spinas, per nebu-  
 las in fide, conscientiæ remorsus, & cu-  
 ras, quibus vehementer pungatur, pro-  
 libitu raptat: ac denique instar Iudæ inter  
 cœlum, & terram suspendit, nec bonis  
 terræ frui permittens, neque obtinere cœ-  
 lestia.

Hi s supplicijs alia Deus addit interdum,  
 quibus suum versus hoc vitium, eosque qui a-  
 liquo ex prædictis modis ipsum offendunt,  
 horrorem ostendit. Adhibeamus vniuscuius-  
 que exemplum vnum. ACHAN, quod qua-  
 dam contra præceptum Iosue ex Hiericho  
 accepisset, Dei mandato iussus fuit lapidari,  
 eiusque facultates omnes igni tradi: quod  
 dum fieret, dixit illi Iosue: *b Quia turbasti*  
*nos, exturbet te Dominus in die hac.* c NABAL  
 auaritiâ suâ victus, petenti eleemosynam Da-  
 uidi denegauit: qui mortuus est, corde lapidis  
 instar indurato, in poenam duritiei viscerū eius  
 erga indigentem. d IEZABEL effreni vi-  
 cæ Nabothi obtinendæ appetitione cum, vt  
 voti sui compos euaderet, lapidari curauit

## II.

b Ios. 7. 25.

c 1. Reg. 25.

10.

d 3 Reg. 21.

4.

E  
P  
O  
N  
T  
E



e 4. Reg. 9.

33.

f 187 5. 5. 10

S. Aug. ser.

27. de verb.

Apost.

Bellarm. to.

1. lib. 2. de

Monach. cap.

20.

g 4. Reg. 5.

23.

h Ioan 12 6

i Matth. 26.

15.

k 27. 5.

ipſa verò e proiecta poſtea per feneltram, & a canibus deuorata eſt. f ANANIAS & ZAPHIRA, quòd, cùm paupertatis voto ſe obſtrinxiffent, partem pretij, pro quo agrum venderant, reuiffent, miſerrimè expirarunt. g GIEZI cupiditate victus, munera petijt à NAAMAN, ob ſanitatē ab Helifæo Prophe- ta ipſi impertitam; quam ob rem ipſe Giezi le- profus eſt factus. h IVDAS auaritiā ſuā rapta- tus, locum dedit Sathanæ; vt non ijs conten- tus, quæ furabatur à Magiſtro ſuo, eundem tandem iraderet; ſeipſum verò mox k ſuſpen- deret. O anima mea, cur atrox ad eò vitium nò horres, quod & Reges, & plebeos; diuites, & pauperes; ſeculares, & Religioſos; famulos Prophetarum, & primeuæ Eccleſiæ Chriſti- nos, imò & vnum ex Apoſtolis, inuadere præ- ſumpſit.

PRAETER hæc ſupplicia ſuperſunt alia in Inferno æterna, quibus auari grauiffimè cru- ciabūtur, ingentis, ſuæ neceſſitatis apprehen- ſione; videntes ſibi deeſſe quicquid inordinate appetiuerunt; &, quòd hîc ditiores fuerunt & auariores, eò ampliùs ſe torqueri; ſicut diues ille epulo, cuius abundantia in horrendam de- uenit miſeriam. O Deus omnipotens, diues in miſericordia, libera me ab hac cupiditate, ex qua tot oriuntur miſeriæ. malo ſine ea neceſſitates ferre temporales, quàm cum illa incidere in æternas.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO, ingenti bona sunt perpendenda, quæ in perfecta avaritiæ mortificatione continentur. Duplex est autem eâ mortificandi ratio: Altera si retentis meis rebus, inordinatam tantum ad eas affectionem deponam; qui primus est gradus Paupertatis spiritus: cum quo est coniuncta virtus liberalitatis, quæ bona ipsa, quâdo, & ubi oportet, largitur; & misericordiæ, quæ huiusmodi rebus, pauperum necessitatibus subuenit. Altera ratio est; si quæcunque habeo, habereq; possem, à me abiiciam; quò omnem ad ea affectionem ex corde meo radicitus euellam: & in hac consistit voluntaria Religiosa paupertas. Vtraque ratio magna in se bona complectitur: nam Christus Dominus omnibus vniuersim. a Pauperibus spiritu caelorum Regnum promisit: siue illud de altera via accipiatur, siue in hac ipsa, quod est, *b Iustitia pax, & gaudium in spiritu sancto*. Si itaque superem cupiditatem, tria hæc insignia bona obtinebo: **IUSTITIAM** cum bonorum operum abundantia; **PACEM** absque turbationum strepitu; & **GAVDIVM** spirituale, tristitiâ, & anxietate vacuum: eò quòd malorum omnium radicem, quæ huiusmodi bona impediabat, abstulerim.

*Paupertas  
spiritus, &  
liberalitas.*

I.

a Matt. 5. 3.

b Rom. 14. 17

II.

**PRAETEREA**, si victâ cupiditate, liberalis erga Deum fuero, distribuendo quæ habeo eius amore, erit & ipse in me liberalissimus, sua mihi dona communicando, tam tempora-

c LUC. 6. 36.

lia, quatenus mihi ita expediet; quàm spiritualia in praesenti & in futura vita. Dixit enim ipse: *c Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagulatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum;* ubi in quotutissimè amantissimeq; seruabitur. Dicit autem, *dabunt*, vt significet, nostra dona in causa esse, cur eam Deus mensuram donet cum quatuor illis circumstantiis, quas, cum illa valde copiosa est, habere potest. Addit verò; *Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis:* Nam, crescente nostra liberalitate erga proximos, Dei liberalitas crescet erga nos: sicut qui multum seminat, multum colligit. Esto itaque, anima mea, in DEVM liberalis, & eius amore etiam in proximos: & ipse per se, & per alios erit erga te liberalissimus: Ita enim Sapiens: *Alij diuidunt propria, & ditiores sunt: Alij rapiunt non sua; & semper in egestate sunt. Anima enim, qua benedicit, impinguabitur: & qui donauerit, ditescet, & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur,* multum recipiens, quia multum donat.

d PROV. 11.  
24.

## III.

Mat. 19 29

HINC licet conscendere ad maxima illa bona perpendenda, quæ recipiam, si secundam Auaritiæ mortificandæ rationem amplectar: omnia scilicet mea propter Christum reliquendo, & pauperibus illa erogando. Sicut enim hæc ratio maiorem erga DEVM liberalitatem continet, ita erit ipse in me liberalior, adimplens quod daturum se promisit: *e In hac vita centuplum, quàm nos dederimus, & postea vi-*

tatu

*tam aeternam*, cum singulari illo honoris præmio, ut in die Iudicij in magnæ gloriæ thronis sedeamus ad iudicandum Israël, & mundi Nationes. O felix Paupertas, quæ tantas habet in præmium diuitias! O beata liberalitas, cuius merces aded est copiosa mensura! O utinam terrenarum diuitiarum amoré perfectè mortificarem; & omnia in Deo possidendo, diuinas consequer. O IESU dulcissime, qui è cælo in terram descendens, paupertatis exemplum præbisti, qua è terra leuaremur ad cælum; & nudus in cruce mori uoluisti, ut ex mundo exeuntem, nihil de eo te habere ostenderes: temporalium diuitiarum odium mihi, quæso, concede, ut perfectè tibi seruiens, obtineam aeternas.

Ex his considerationibus firmum hauriam propositum, cupiditatem in illis omnibus mortificandi, quorum in primo puncto est facta mentio: eo paupertatis gradu seruato, qui statui meo sit conformis. *Primum*, ut iis, quæ habuero, quamuis paucis, contentus sim; nec alia desiderem, aut superflua. *Deinde*, ut eisdem bene uitar, & erga egenos me præbeam liberalem. *Tertio*, ut immoderatum eorum amorem ita temperem, ut licèt possideam, *si sim tamen quasi non possiderem*. *Quarto*, f. 1. Cor. 7. 31. ut etiam gaudeam, si re aliqua interdum indigeam: quo Redemptoris mei paupertatem aliquo modo induam. Studens denique Deo perfectè, seruire, non quò temporalia bona mihi

E  
P  
O  
N  
T  
E

mihī largitur; sed quod dignissimus ipse sit, cui ex toto corde seruiam: & ea spe, quod aliquando sit daturus æterna.

## MEDITATIO XXII.

*DE IRA, ET IMPATIENTIA.*

## PUNCTVM I.

S. Tho. 2 2  
q 158. & 1.  
2. q. 48.



IRA est inordinata iniurias proprias vlciscendi appetitio, vel est accensio quædam cordis inordinata, propter ea, quæ contra nostrum

I. palatum eueniunt. Ex quo tria peccatorum genera promanant. Quædam sunt **COGITATIONIS**, quale est odium proximi, vindictæ propositum, desiderium, vt mali aliquid illi eueniat; gaudium verò, si iam accidit; & tristitia de eius bono; & iucunditas ac voluptas quædam, in vindicta sumenda.

II. **ALIA** sunt peccata **LINGVÆ**, verba scilicet vindictæ, aut iniuriæ coram; aut murmuraciones in absentia; imprecationes clamosa, & perturbata verba cum coleræ iudicii, contentiones & pertinaciæ in disputationibus, vt quod prætendit, euincat: & similia.

ALIA

III.  
 ALIA sunt peccata OPERIS, aduersus  
 quintum Decalogi præceptum: qualia sunt  
 occidere, vulnerare, aut proximum contra  
 ius & æquum tractare; & aliquid facere, so-  
 lius iniuriæ vlciscendæ causâ; aut eam vlcio-  
 nem à iudicibus, non iustitiæ, sed rancoris,  
 aut odii intuitu petere; non condonare ei,  
 qui iniuriam intulit, cum veniam petit; sed ex-  
 teriora potiùs inimicitæ signa contra eum o-  
 stendere. Discordiæ item, lites, dissensiones,  
 schismata, & capita siue factiones sequi dissi-  
 dentium; denique bella ex Ira nascuntur, & a-  
 lia multa peccata, quæ cû illis coniuncta sunt.

IV.  
 DENIQUE iræ comes est impatientia ob ad-  
 uersa, quæ nobis eueniunt, contra valetudinè,  
 honorem, aut facultates, nimium tristitiæ Jo-  
 cum dando, ob inordinatum, & vehemens de-  
 siderium, quo tenemur, vt ab eis liberemur: ex  
 quo multa peccata oriuntur contra Deum,  
 proximum, & nos ipsos. Tales sunt querelæ  
 de Deo domino nostro, quod nos premat, affli-  
 gatque: quibus quædam accedunt blasphemæ  
 iniuria; exigua cum Dei voluntate conformi-  
 tas, dissidentia, tædium vitæ, desideria mor-  
 cis, impatientia, manus interdum rabie quadâ  
 sibi ipsi iniiciendo; morosum se erga alios, a-  
 sperum, & intractabilem exhibendo: indigna-  
 tionis occasionem illis dando, & exiguam cum  
 domesticis pacem habendo: contra ipsas etiam  
 bestias, aliaque insensibilia irascendo, sicut a  
*Ione 4. 9.*  
*Ionas iratus est contra hederam, quæ exaruit: ex  
 quo, cum ortus fuisset Sol, percussit caput Ione,*

*Et astua*

b *Psal.* 45.

H A E C peccata perpendens, & reum eorum me coram Deo agnoscens, b *iram* in me ipsum, propter illa *Conuertam*, à Deo auxilium ad id petens. O Deus infinite, cuius ira, etsi iusta, contra eos, qui impotenter irascuntur, terribilis est, clarifica oculos animæ meæ, vt horrenda cernens supplicia, quæ ex tua sancta ira proveniunt, impetus refrænem, qui ex mea proficiscuntur.

## PUNCTVM II.

C ONSIDERANDA secundò damna, & animaduersiones contra hoc vitium, tam quæ ipsum secum adfert, quam quæ à Deo ex iustitia adduntur in hac vita, & in futura.

## I.

D. Greg. 5.  
mor. c. 30.  
in illud Iob  
5 Stultum  
interficit  
iracundia.  
D. Basil.  
Hom. de Ira.

PRIMUM enim IRA destruit similitudinem, quam habemus cum Deo, cuius opera valde sunt tranquilla; TURBAT conscientiam; OBSTRUIT diuinæ misericordiæ fontem; SUFFOCAT Spiritum deuotionis, & Spiritus sancti consolationes, qui habitat & requiescit in humilibus, & quietis corde; fugit autem iratos, in quibus Spiritus malus habitat: Ira enim furiosa, est animæ Phrenesis, insania breuis & Dæmonium voluntarium; qui potestatem accipit in spiritum cum illis agitationibus & motibus, quos ipsum Dæmonium edit, quando alicuius corpus obsidet.

## II.

PRAETEREA, cum Deus Dominus nosset fit Deus ultionis, seuerissimè eam exercet in eos, qui irati vindictam sumunt, occidunt, aut iniuriam aliquam proximis inferunt: propter

quam

quam causam contra duos primos iracundos, & homicidas, qui in mundo fuerunt, Cain, & Lamech, & omnes illorum imitatores, sententia lata est, vt de Cain septuplū vltio daretur, de Lamech verò septuagies septies, hoc est, a Gen. 4. 24. vltio valde plena, vt omnia genera pœnarum, quæ in vita hac esse possunt, complectatur.

III.

SE D præ reliquis omnibus id considerandū est, q̄ Christus ipse dominus contra hoc vitiū dixit in Euangelio: b Ego autem dico vobis, quia b Matt. 5. 22. omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit cōsilio, qui autem dixerit fatue, reus erit Gehenna ignis. Statim itaq; ac ira cordi hominis incipit dominari; in sanctissima Trinitatis tribunali, & consilio incipit de vltione in eum, qui irascitur, agi, pœnæque seueritas iuxta peccati grauitatem statuitur. Si ira maneat tantū in corde, minori pœna mulctabitur; si aliquibus signis foras prodit, irrisione, aut aliis externis gestibus, crescit concilium, vt pœna augetur; quod si graue aliquod verbum, aut iniuria eruperit; & multo etiam magis, si ad vindictam opere aliquo peruenerit, lata iam est Gehennæ, hoc est ignis æterni sententia, contra illam; cui in ipso inferno coniunctus est ira ipsius ignis, qui carnifex sit animæ crudelissimus. Quod enim ibi maximè torquet, ipsa est ira, impatientia, & rabies. Nam cum purgatorij & inferni ignis idem sit, ille tamē propterea tolerabilis est, quia fertur patienter; hic verò est intolerabilis, propter irā & impatientiam,

E  
P  
ONTE  
E.



tientiam, ideoque iracundi & impatientes duplicem ferunt infernum: alterum in hac vita, propter exiguam in temporalibus malis tolerantiam; alterum in futura, propter rabiem in æternis. O patientissime Iesu, libera me ab ira, & impatientia: nullus siquidem grauior est infernus, quam iræ subiectum viuere.

S. Aug. in  
Psal. 149.

Ex his considerationibus duo firma proposita concipiam, quæ plurimum referant, ad perfectam huius vitii mortificationem. *Primum* est, omnem iræ motum fugiendi, quamuis iustitiæ & zeli velo operiatur: timere enim possum, ne zelo corrigendi, aut aliena vitia puniendi, affectus aliquis propriæ vindictæ miscetur.

S. Dorothæ.  
Serm. 8.

## II.

SECUNDVM erit, firmum animi decretum, quemuis iræ impetum, quam citissimè, antequam adolescat, reprimendi: Nam (vt Spiritus sanctus dicit) *c a scintilla vna augetur ignis magnus*; quam in initio facile est extinguere, si à d *verbis & aliis externis iræ signis me continero*; reddente mihi Deo victoriam motus interioris, in præmium externæ mortificationis.

c Eccl. 11. 34.

d Psal. 38. 2.  
10.

## PUNCTVM III.

TERTIO, consideranda sunt ingenita bona, quæ perfecta iræ mortificatio seculum adfert, vt quæ duas virtutes iræ ipsi aduersantes, mansuetudinem & patientiam in se complectatur. Prima enim reprimit iram, ne cui noceat; secunda tolerat illatas iniurias.

Prima

Prima facit nos affabiles omnibus; Secunda, ab omnibus ferre, si quid nobis inferant molestiæ. Ex quo tria proficiscuntur magna bona, quæ nos in omnibus reddunt perfectos, siue nos concernant, siue proximos, siue Deum.

PRIMUM, Mansuetudo & patientia faciunt, quietè, & pacificè nos ipsos, & passiones nostras possidere. a *Mansueti enim possident terram cordis sui*: Et b *in patientia nostra possidemus animas nostras*: ex quo conscientia pacem, & Spirituale cordis gaudium consequimur.

I.

a Mat. 5. 4.  
b Luc. 21. 19.

MANSVETUDO item amabiles nos reddit, PATIENTIA admirandos. c *qui enim in mansuetudine opera sua perficit*, (ait Sapiens) *super hominum gloriam diligitur*: Et qui tantum habet roboris, vt iram suam reprimat, & iniuriam toleret, magnam sui apud omnes acquirit opinionem, vt proximos ædificet: nam (vt idem Sapiens ait) d *Melior est patiens viro forti*; & *qui dominatur animo suo, expugnat ore Urbium*, & maius est quodammodo miraculum, iniurias æquò animo ferre, quàm mortuos ad vitam reuocare,

II.

c Eccl. 3. 19.

d Proa. 16. 32.

e Casti. Coll. 12. c. 13.

MANSVETUDO quoque & patientia amabiles nos Deo reddunt: nobisque per eas ad familiaritatem, cum ipso patet accessus; qui sine illis occluditur. Moyses, ob insignem suam mansuetudinem, arctam cum Deo familiaritatem habuit: cui, (vt S. Dionysius ait) quòd tantillum in ea defecerit, imminutus est Spiritus quem prius acceperat. Quare e *si in*

III.

f Epist. 8. ad Demophil. c1 ad Tim. 2. 3.

Par. 1.

Q

omni

E  
P  
ONTE  
E.

omni loco Deum orare, purasq; manus ad cœlum tollere volo, necesse est, sine ira, & disceptatione id facere: mansuetudinis, & patientiæ alis me ipsum eleuando.

## IV.

TANDEM, si mansuetus, & patiens sim, particeps etiam ero eminenter Spiritûs Iesu Christi Domini nostri, qui in vtraque virtute hac magnopere excelluit: veraque earum exempla in vita & passione sua, tanquam mansuetissimus, & patientissimus agnus nobis reliquit, quo nos traheret post se. Et duobus Apostolis, qui spiritu iræ, & vltionis, zeli quodam velo cupiebant, ignem de cœlo in Samaritanos descendere: *f. Nescitis*, inquit, *cuius spiritus estis*: quasi diceret: Spiritus discipulorû meorum non iræ, sed mansuetudinis; nõ vindictæ, sed tolerantæ, & patientiæ esse debet. O mansuete, & patiens Iesu, qui, *g. cum maledicereris, non maledicebas: cum patereris, non comminabaris*; & cum contemptum grauem audires, aut diuina mansuetudine respondebas; aut stupendo tacebas silentio. Aduua me, quaeso, vt ad tui imitationem, iram meam vincam; impatientiam reprimam, amplectar verò mansuetudinem: vt patientiã benè armatus, aduersã libenter feram; & ad æternam tecum habendam requiem, perueniam,  
Amen.

*f. Luc. 9. 55.*

*g. 1. Pet. 2. 23.*

os so

MEDI

MEDITATIO XXIII.  
**DE INVIDIA.**

PUNCTVM I.



**I**VIDIA, est inordinata de bono *S. Tho. 2. 2. q. 36.*  
 proximi, quatenus nostrum exce-  
 dit, & obscurat, tristitia. Oritur il-  
 la ex superbia, habetque sociam  
 ipsam iram: ideoque utriusque huius vitij actus  
 eam comitantur. Vsitatiores eius actus sunt,  
 proximum odisse, quia res illius me contri-  
 stant; Gaudere, si video eum imminui; dolere,  
 cum viderem exaltari; grauitate audire eius lau-  
 des; libenter eius detractioes; murmurare de  
 eo, & rebus eius, procurando eas imminuere,  
 & omnino occultare; mediaque, quibus id ob-  
 tineam, adhibere: **FOVETVR INVIDIA** omni  
 genere bonorum, & malorum: ex quo qua-  
 tuor eius modos, aut gradus distinguere pos-  
 sumus.

**PRIMVS GRADVS** est crassioris inuidia,  
 cum alios videmus in temporalibus bonis for-  
 tunarum, honoris, dignitatum, familiaritatum  
 cum principibus, pulchritudinis corporis, &  
 similibus rerum excellere, nosque ab eis su-  
 perari; Hæc inuidia proprie pertinet ad mu-  
 danos homines; oriturque ex superbia, quam  
 supra Meditat. 18. mundanorum nuncupau-  
 mus.

I.

Q 2

ALIA

E  
 P  
 ONTE  
 P.

II.

ALIA INVIDIA est maior, quæ literis, scientiis, ingenio, industriâ, & aliis excellentiis, quæ ad intelligentiam spectant, fouetur. Hæc eos iuuadit, qui studia profitentur; admittitque contentiones & pertinacias, & alia illicita media, vt quisque honoratior euadat; alterius verò existimationem diminuat, aut splendorem offuscet.

III.

TERTIA INVIDIA, quæ multo maior est, virtutibus, & Spiritualibus bonis nutritur: Cùm quis contristatur, quòd altius in illis excellat, & propterea in honore habeatur, & tanquam sanctus laudetur. Hæc oritur ex superbja, quam spiritualem vocamus: aggrediturque eos, qui studiosis actionibus occupantur; estque familiaris tyronibus, & Hypocritis.

IV.

S. Th. 2. 2.

q. 36. art. 4.

ad 2. &amp; q.

14. 4. 2.

a Sap. 2. 24.

DENIQUE cùm hæc crescit, peruenit ad supremum gradum, qui dicitur Inuidiæ gratiæ, & charitatis fraternæ; estque vnum ex illis peccatis, quæ dicuntur in Spiritum sanctum: quia ex eo tristatur, quòd videat, proximum esse virtute ornatum, & habere gratias, & dona Spiritus sancti; optatque, ne illa haberet. Ex quo grauissimum illud oritur scandali peccatum, cum dicitur aut fit aliquid, quo proximus Dei gratiam, & charitatem amittat. Talis fuit Inuidia Diaboli aduersus hominem. Inuidia enim Diaboli (vt ait Sapiens) mors introiit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Et hoc sufficere deberet, ad detestandi huius vitij horrorem, quòd me Sa  
thana

thanae faciat imitorem. Quare erubescens de peccatis huius generis à me admissis, mihi ipsi dicam: Quandoquidem ad Christi imitationem es vocatus, ne eius inimicum imiteris, & sequaris in Invidia; nisi particeps etiam esse velis mortis, quam ille introduxit.

## PUNCTUM II.

**S**ECUNDO, considerata sunt innumera mala culpæ, & pœnæ, quæ oriuntur ex invidia iuste id statuente Deo, ut ipsamet carnifex sit crudelissimus eius, qui illâ laborat, tam in hac vita, quam in futura,

**PRIMUM** enim, Invidia est venenatus infernalis serpentis afflatus, quo totum suum venenum simul immittens, ad gravissima quæque scelera instigat, dum rationis lumen obscurat, animam exasperat, corpus alterat, & ipsa ossa putrefacit, multo quæ amplius validas cordis virtutes destruit. Est etiam ex altera parte morbus incurabilis, aut certè difficillimæ curationis. Quia enim est infame, & vilis animi vitium, erubescimus illud Spirituali medico aperire: & quocumque tandem euentu, siue prospero siue aduerso fouetur, & nutritur. Quod totum expendi potest, ex aliquibus Scripturæ sacræ exemplis, in omni genere hominum, iuxta propósitos invidiæ gradus.

**CAIN** actus invidiâ, quod Deus, fratri sui Abel sacrificium acceptasset, fraude eum, & crudeliter *b occidit*; volentique Deo peccatum suum

I.

a Prox. 14.  
30.

II.

b Gen. 4. 8.

Q 3

suum

ium occultare, de venia, & remedio desperavit. **F**RATRES **C**IOSEPH, inuidiâ moti, eum in *cisternam* coniecerunt, ex qua extractum in mancipium *vendiderunt*, nec voluerunt placari, quamuis se coram illis humiliaret. **C**ORE, **D**ATHAN & **A**BIRON, Inuidiâ, Aaronis, & Moyfis dignitatem sibi vsurpare voluerunt, & d *Num. 16.* **Q**uare *disrupta est terra sub pedibus eorum; & , aperiens os suum, deuorauit illos: & descenderunt viui in Infernum.* e **S**A **V**L Inuidiâ adedò obstinatè **D**AVIDEM est persecutus, vt instar obsessi à Dæmone, vixerit, & seipsum, tanquam desperans, occiderit. Deniq; **I**VDÆI inuidiâ, quæ Christum Dominum sunt persecuti, maxima scelera commiserunt; max; masq; omnium, quæ hactenus in mundo fuerint, pœnas dederunt.

## III.

**H**INC transitus fiet ad perpendenda supplicia, quæ in Inferno inuidi rabie incredibili ad se inuicem Conuertentes, carnesq; suas mordentes, patientur vbi crudelis ille vermis, illorum rodens conscientias, dentes suos acuet inuidiâ, vt magis excruciet memores eorum bonorum, quæ ipsi quidem amiserunt, alij verò sunt consecuti: id quod locum habebit, maximè, postquam in die iudicij, bonorum gloriam conspicient, quos hic despexerant. Denique Inuidia adedò praua est, & crudelis, vt in proprium eius, qui illa laborat, detrimentum omnia conuertat. Nam etiam ex bonis alienis, more suo g *tristitia spiritum* haurit, qui *exsiccat ossa*; ex malis verò alienis eo modo lætitiâ

g *Prou. 17.*  
 22.

capit.

capit, vt culpâ suâ illorum se participem red-  
das: ideoque in inferno, & bona, & mala alie-  
na in inuidorum tormenta conuertuntur. Quæ  
si ita sunt: quomodo non horream feram istam  
bestiam? quomodo audeam cum hoc Basilisco  
habitare, qui suo aspectu me torquet, & in-  
terficit? O quàm verè dictum illud Iuda Apo-  
stoli mihi conuenit. *h Va mihi, qui, vt malus in*  
*via Cain abierim*, dū fratres meos inuidiâ sum  
persecutus; & vt *vt Balaã errore*, iniquis meis  
consiliis eos deturbare curauerim; & in *con-*  
*tradictione Core* me ipsum exaltare, illos verò  
deprimere voluerim. Meritus sum, Deus meus  
vt terra os suum aperiens, me deuoret, sicut  
Gore; ac miserè, sicut Balaam, peream; & vt  
me à conspectu tuo in æternum repellas, sicut  
Cain: vt eos in pœna sequar, quos sum secu-  
tus in culpa. Sed in hoc gratiâ tuâ recedo à  
partibus Cain, quod confitear maiorem esse  
misericordiam tuam, quam sit iniquitas mea;  
vt propterea veniam me consecuturum spe-  
rem.

*h Iud. Apost  
in sua Can.  
vers. 11.*

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO, consideranda sunt ingentia bo-  
na, quæ in perfecta inuidiæ mortifica-  
tione, & in amplectenda Charitate fra-  
terna continentur: sed in primis huius charita-  
tis actus, quatenus inuidiæ aduersantur, per-  
pendendi.

PRIMVS actus est, statim resistere

I.

Q 4

prauis

E  
P  
ONTE



D. Bern ser  
49. in Cant.

pravis eius motibus, ita ut quamvis sentiam  
tristitiam de bono proximi, me aggredientem,  
illi tamen non consentiam: **ALTER** melior a-  
ctus est, si gaudeam de bonis proximi, illique  
ex animo ita congratuler, atque si mea essent  
propria: **TERTIVS** adhuc perfectior est, opar-  
e, multos esse, æque præstantes atque ego; imò  
etiam præstantiores, si Deo id placeat: ita hoc  
nomine, quòd ita Deo placeat exultando, atque  
si illos ego excellerem.

II.

Ut ad excellentes hos actus me excitem,  
perpendam, Christiani, & generosi animi esse,  
Dei potius beneplacitum velle, quàm proprii:  
eiusque gloriam multò magis amplificari cupe-  
re, tam ad hominum, quàm ad rerum multitudinē,  
quàm propriam meam; imò, si Deus id vult, &  
in hoc glorificetur, quod alij maiora dona na-  
turalia aut supernaturalia habeant, quàm ego,  
iustum est me hoc ipsum libenter habere. Nec  
esse debeo sicut Iosue Moysis famulus, qui  
rangebatur invidia, quòd alij prophetarent;  
sed potius sicut ipsemet Moyses, qui dixit. *i*  
*Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det*  
*eis Dominus spiritum suum; ut omnes, & Sa-*  
*pientes sint, & prudentes, ac sancti; & servi-*  
*ant ac glorificent Deum. Nec esse debeo sicut*  
*illi sancti Iohannis Baptistæ discipuli, qui in-*  
*uidebant Christo, quòd baptizaret, & omnes*  
*ad eum venirent, sed sicut ipse Ioannes, qui*  
*respondit: Qui habet sponsam sponsus est, amicus*  
*autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gau-*  
*det propter vocem sponsi, hoc ergo gaudium meum*

*i Num. 11. 28*  
*29.*

*k Ioan. 3. 26*

*impletum*

*impletum est: illum oportet crescere, me autem  
minui.* gaudeo, quòd meum proximum exal-  
tari videam, me autem humiliari: ita enim ex-  
pedi, siquidem Deus ita vult.

**PRAEIEREA**, fraterna charitas, contra  
quàm invidia, ex rebus omnibus bonum ali-  
quod pro se educit. Nam, si gaudeo de bonis  
proximi, facio illa quasi propria mea; si doleo  
de eius malis, liberabor ab eis: his enim acti-  
bus, ad id me dispono, vt Deus mihi det alia; &  
eo modo ab alijs liberet, quo mihi magis ex-  
pedi.

**DE NIQVE**, hac charitate, cuius *fructus  
est pax & gaudium in Spiritu sancto*, incipiam *Rom. 14.*  
ex nunc in terra delibare, quæ sunt in cælo: vbi *17.*  
omnes beati sunt contenti, vbi minores glo-  
riam participant maiorum: quia de illa gau-  
dent. Quare & ego particeps ero felicitatis, &  
gaudij omnium meorum proximorum, cum  
tot habeam lætitiæ causas, quot in illis bona  
esse cerno.

**INCIPE** itaque statim, anima mea, in ter-  
ra exercere vitam illam, qua speras te fruitu-  
ram in cælo. Si inuidere velis conijce ocure-  
los in Sanctos, meosque *in bono semper* (iuxta *Gal. 4. 18.*  
Apostolum) *amulare*; & omnes contende in  
bono superare: non vt magis honoreris;  
sed vt Deus magis in te glorifi-  
cetur, in secula.

Amen.

III.

IV.

Rom. 14.

17.

Gal. 4. 18.

## MEDITATIO XXIV.

DE ACEDIA  
SIVE PIGRITIA.

## PUNCTVM I.



ACEDIA siue, vt vulgò dicitur, Pigritia, est inordinata quædã tristitia, & importunum studiosorum exercitiorum tædium. Varijs modis in ea peccatur, propter plura vitia, quæ secū trahit. PRIMVS, est nimius TIMOR laborum & asperitatum virtutis, quam propterea fugit: ex quo prædicta oritur tristitia, & tædium exercitiorum eius: vt si quæ fiant, morositas & torpor adsit in agendo. SECVNDÀ, est pusillanimitas, & inertia in rebus arduis, & diuinis seruitijs agrediendis: occultando hac de causa talenta à Deo concessa; nec illis vtendo, quando iustitiæ, aut charitatis lex obligat. TERTIVS, est LANGVOR in lege Dei, consilij Euangelicis, constitutionibus, & legibus statutis, & officij mei obseruandis, & adimplendis: aut certè quod in speciem tantum, cum intermissione, dilatione, repugnantia, metu; aut quia aliter non possum, aut propter alios fines abiectos, & intentiones seruiles, & sæculares, ea præstem.

QVARTA, est INCONSTANTIA in

virtu-

S. Tho. 2. 2.  
q. 133.

virtutum actionibus prosequendis, & ad finem perducendis; iam unam, iam alteram, fastidij deuitandi causâ, delibando; à bene coepris desistendo; & ad vomitum, vt canis redeundo.

**QVINTA**, est **EXANIMATIO** quædam, & **DIFFIDENTIA**, quod, quas præteritis virtutes, assequi, & victoriam tentationū obtinere possis: ex quo descendendo, gradus fit vsque ad desperationis abyssum.

*S. Pho. 2. 2.*

*q. 20. a. 4.*

**SEXTVS**, est **RANCOR** & **INDIGNATIO** contra spirituales viros: vel quod ipsas eorum virtutes, & bona exēpla fastidiam; vel quod eorum admonitiones, & correctiones grauitur feram.

*S. Greg. l. 31.*

*Mor. c. 31.*

**SEPTIMA**, est **OCCIOSITAS**, qua pretiosum tempus à Deo mihi concessum, frustra amitto, nimius item somnus, & in bonis operibus, spiritualibus præcipue exercitijs, Orationis, lectionis, Missæ, Concionum, & sermonum de Deo, somnolentia: propterea quod exiguum in illis gustum inueniam.

**OCTAVA**, est **VAGATIO** ad diuersa illicita, & vana, vt in illis solatij quidpiam inueniam: quales sunt voluntariæ cogitationis, & imaginationis distractiones; garrulitas, & linguæ dissolutio ad verba ociosa, ludosque vanos; scenicarum Actionum conspectus, curiositas sensuum, corporis etiam ipsius ab vno loco in alterum vagatio: vt tempus ita fallendo, me recreem:

E  
P  
ONTE  
E.

tot mutationes, abique vlla stabilitate in re aliqua; quærendo, præterquam in hoc quod sim semper instabilis.

**DENIQUE**, cum hoc vitio coherent peccata omnia omissionis, & negligentie in diuini obsequij rebus, quæ vt sunt innumerabiles, ita vix opus aliquod bonum inuenias, cui aliquis horum defectus adiunctus non fit, aut in principio, aut in medio, aut in fine. Quamobrem grauter me coram Deo accusans, dicam: Confiteor, Deus meus, me vel in hoc solo vitio sine numero deliquisse: quare omnia simul peccata in multitudinem sine numero tuarum misericordiarum projicio, vt multitudini sine numero miseriarum mearum remedium adferas.

**PVNCTVM II.**

**SECUNDO**, consideranda sunt grauissima Accidia & pigritia: quorum quædam ab ipsamet proueniunt; alia iusto Dei iudicio accedunt, tam in hac quam in futura vita.

*S. Bern ser.  
3. & 5. de  
Ascens.*

*a Luc. 11 26*

**PRIMA** damna sunt grauissima, quia Accidia, & tepiditas grauis est, & periculosa; umbra mortis, inferno valde propinqua: cor à cælestibus consolationibus euacuat, implet vero tristitijs; aperit portam innumerabilibus Dæmonis tentationibus, qui ex instituto accedit, vt animam inhabitet, a quam inuenit ciosam & vacantem; & secum adducens septem alios spiritus nequiores se, hoc est multitudinem peccatorum, ingressi habitant ibi:

omnes

omnes enim ad aniam pigram, & ociosam  
 (quod b *multam malitiã doceat otiositas*) se re-  
 cipiunt: vt quæ incultæ vineæ, siue agro simili-  
 sit, de qua Salomon: c *Per agrum hominũ pigri  
 transiit: & ecce totum repleuerant vrtice; &  
 operuerunt superficiem eius spina; & maceria  
 lapidum destructa erat.* Quid enim aliud vrti-  
 cæ sunt, quàm peccata? & spinæ, quàm passio-  
 nes, & conscientiæ amaritudines? Illa ergo  
 anima à dæmonibus calcatur, & à varijs cogi-  
 tationibus, quæ iter agentium instar, liberè eam  
 ingrediuntur, & exeunt. Ex quo extrema spi-  
 ritualium bonorum inopia, & inutilis mendi-  
 citas prouenit. d *Qui enim propter frigus a-  
 rare noluit hyeme huius vitæ, mendicabit æsta-  
 te mortis: & non dabitur illi. Et e qui sectatur  
 otium, replebitur egestate: sicut f quinque illæ  
 fatuæ virgines, quæ ex pigritia dormierunt; &  
 cum excitatæ oleum à prudentibus peterent,  
 non fuit illis datum.*

I V S T I præterea ipsi maxima patiuntur  
 damna à tepiditate, quæ velut tinea est virtutũ,  
 & vermis bonorum operum, conscientiarum  
 aloë, diuinarum consolationũ exilium, meri-  
 torum diminutio, & laborũ augmentũ: tepidi  
 enim in virtute, pleni sunt timoribus & desi-  
 derijs. g *Pigrum enim deicit timor, desideria  
 occidunt pigrum: laborant multũ & proficiunt  
 parum.* h *Onus enim diuinæ legis, quod in se est  
 leue, fit illis graue: & ided quauis illud ferant,  
 parum proficiunt, propter repugnantiam, &  
 tædium. quo illud ferunt: ac propterea verlan-*

tur

b Eccl. 33. 29

c Prou. 24.  
30. 31.

d Prou. 20. 4

e 28. 19.

f Matt. 25. 9

II.

g Prou. 18. 8.

h 21. 25.

i Matt. 11. 30

E  
P  
O  
N  
T  
E

i Hier. 48.  
10.

k Apoc. 3.16.

III.  
l Matt. 25.  
28.30.

m Num. 4.  
3.23.30.

tur in periculo illud abijcendi, in illam inci-  
dentes Hieremiæ maledictionem: *i maledictus  
qui facit opus Domini fraudulenter, & negligē-  
ter. In altera verò vita terribilem sustinebunt  
pœnam. Christus enim Dominus cuidam Epi-  
scopo tepido minatus est: k Quia tepidus es, &  
nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex  
ore meo, & ex corpore mystico Ecclesiæ.*

DENIQUE, sicut *l Seruus piger, qui fodit ta-  
lentum Domini sui, ijs, quæ prius habebat, spo-  
liatus missus est in tenebras exteriores, vbi erit  
fletus, & fridor dentium;* ita piger cruciabi-  
tur in Inferno, pœnâ eius pigritiæ accommo-  
data: auferetur enim ei fidei & spei talentum,  
quod suffossum tenuit, & quoniam ociositate  
secutus, laborem horrebat, in perpetuis habi-  
tabit tenebris, nihil operando, sed patiēdo,  
tremēdo, dentelq; dētibus, p tormentorū ma-  
gnitudine concutiendo. O DEVS æterno, cu-  
ius sententiâ *m pusillanimes, & pigri in deserto  
periere, nec ingressi sunt, quam illis promise-  
ras, terram; Confiteor, meâ pigritia, me pro-  
meritum esse, eijci è domo tua; & è regno ex-  
clusum, manibus pedibusq; ligatis in abyssum  
præcipitari. Doleo de præterito torpore meo,  
à quo vt liberer, supplex peto: vt æternæ pro-  
missionis terram ingredi dignus inueniar. A-  
men.*

PUNCTVM II.

**T**ERTIO, consideranda ingentia illa bo-  
na, quæ cōsequentur, qui spiritualem in  
Dei obsequio lætitiā, & feruorē am-  
ple-

ple-

plectentes, Accediam vincunt, & pigrítiam.

PRIMUM enim, opera virtutis feruenter operanti reddetur facilia, & iucúda. Nam paruo labore, imo & breui tēpore multū proficiet: sicut illi operarij, qui tardè ad Patrisfamilias vineā venientes, tanto feruore laborarunt, vt *n vna hora laborantes*, tantū sint præmiū promeriti, quantum tepidi, qui multas horas, *portantes pondus diei & astus*, laborarant: q̄ vtrique pondus non sensissent, si cum feruore laborassent: hilaritas enim spiritus, o *Onus legis leue reddit, & iugum suauē*. Auget præterea merita; duplicat accepta talenta; magnam adfert animæ pacem: valdeque perseverantiam vsque ad obtinendam gloriam, reddit securiorem.

Licet etiam perpendere: quàm Deo Domino nostro sit gratum, quod ei feruenter lætoque animo seruiam. Cùm enim ipse sit essentialiter ipsa lætitia, p̄ *& in omnibus operibus suis*, quæ facit; ac donis, quæ nobis tribuit, *latetur*; complaceatque sibi, dum nobis benefacit; iustissimè iubet sibi q̄ *seruiri*; & quicquid petit, offerri, non cum tēdio tristitiâ; aut violenter, & repugnanter; sed cum feruore, & *læticia cordis*: r̄ *Hilarem enim datorē diligit* DE vs: & tali datori magna ipse confert beneficia: *Petitiones & desideria cordis eius exaudiet*: ac denique etiā dat, vt lætitiā, quæ in cælo cōmunicatur, hīc delibare incipiat; eò quod hilariter, diuinam voluntatē exequatur in terra. Ideoque serio omninò nobilissimum

hunc

I.

n Matt. 20.  
9. 10.

o Matt. 11.  
30.

II.

p Psal. 103.  
31.

q Psal. 99. 2

r 2. Cor. 9. 7.

s Psal. 36.

3. 4.

t Psal. 20. 3.

E  
P  
O  
N  
T  
E



v Psal. 50.

14.

x Psal. 18. 6.

hunc lætitiæ spiritum in eius obsequio ab ipso Christo Domino petam, dicens cum Dauid: *v Redde mihi lætitiã salutari tui; & spiritu principali confirma me.* O mundi Saluator, qui *x exultasti vt Gigas ad currẽdam viam*, etiam si asperam, & difficilem; impertire mihi spiritus salutem, & lætitiã, quam mihi promeruisti; quò cursum meum ita curram, vt æternam coronam consequi merear. Amen.

MEDITATIO XXV.

## CIRCA DECEM

DEI PRAECEPTA.

S. Tho. 1. 2.

q. 100. 4. 4.

et 5. et seq.

a Zach. 5. 3.



**A**D finem huius meditationis consequendum plurimum inuenit, imaginatione fingere figuram aliquam illi similem visioni, quam habuit a Zacharias Propheta, qui vidit volumen siue Pergamenam extensam volantem, longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum: in qua scripta erant peccata eius, qui furatur, & qui iurat in nomine Domini mendaciter, & maledictio, qua illis propterea aueniet. Quod volumẽ venit ad domũ furis, & ad domũ iurantis, & consumpsit eã, & ligna eius, & lapides eius. Hoc, inquit, modo imaginabor coram me magnũ aliquem librum, siue pergamenã latam valde & longam, & in altera eius parte scripta conspiciam iuramenta

menta mea furtiva, murmuraciones, ceteraque  
 peccata contra decem Dei praecepta à me com-  
 missa. Sicut enim illa ego in mea conscientia, ita  
 Deus eadem in iustitie suae libro describit: ut  
 tempore suo illa puniat. In altera vero parte  
 conscripta inspicit maledicta, & supplicia, qua  
 Deus minatur ijs, qui decem haec praecepta, aut  
 illorum aliquod transgrediuntur: conferamq;  
 peccata cum supplicijs, in numero, gravitate,  
 & duratione: Quare si peccata mea multa fue-  
 rint, & supplicia erunt multa: si peccata gra-  
 via erunt, & duratura: supplicia erunt gravis-  
 sima, & aeterna. Et quoniam supplicia, quan-  
 do procul, & quasi multum à nobis distantia,  
 conspiciunt, ut parum ingerunt timoris, imagi-  
 nabor, volumen illud divinae iustitiae summa ve-  
 locitate volare ad domum animae meae, quod iam  
 forte prope est; & sedebit hodie supra illam, mor-  
 te aut supplicio imparatum me aggrediente. Si  
 enim ego festivo, peccata peccatis iumulare,  
 Deus etiam accelerabit supplicia; & consumet  
 corpus animam, honorem, facultates, & quic-  
 quid habeo. salubri hac apprehensione, conce-  
 pta, supplicabo Deo Domino nostro, animam  
 meam ut clarificet, quò peccata, qua in libro  
 illo sunt scripta; & supplicia, qua illi sum pro-  
 meritus, ipsius me gratia adiuante cognoscam,  
 amare desiam, ut ego poenitentia mea pecca-  
 ta deleam; & ipse misericordia sua, qua scripse-  
 rat contra illa.

Hoc fundamento iacto, meditationem ingre-  
 diar, per decem Dei praecepta desurrendo, ad-

Pars 1.

R

uertens,

Coll. 14.

S. Bonau. o-

p. de di. a

sal. tit. 3.

Et serm. de

decem pra-

sept. tom. 2.

uertens, (vt ait Castianus) diuina praecepta du-  
 plicem habere sensum alterum literalem, alte-  
 rum spirituales. Primus pertinet ad vulgares  
 homines, qui non aliud querunt, quam vt salui  
 sint: Secundus ad eos spectat, qui non satis ha-  
 bent, vt fugiant lethale aut veniale peccatum;  
 sed, vt perfectionem consequantur, euitare et-  
 iam contendunt id, quod imperfectionem ali-  
 quam contra finem praecepti inuoluit. Et iuxta  
 secundum hunc sensum, modos contra singula  
 mandata peccandi annotabimus.

## PUNCTVM I.

Exod. 20. 3.

¶

**C**ONSIDERANDA primo sunt, quae  
 Deus sanctam suam legem praecipit, & quae  
 prohibet: varijque modi, quibus illa  
 violatur: per decem Decalogi praecepta, & ea  
 quae spiritualiter in eis continentur, discuti-  
 endo.

I.

**PRIMUM PRAECEPTUM** praecipua  
 opera praecipit, quae ad fidei, charitatis, Reli-  
 gionisque virtutes pertinent: Vnum videlicet  
 Deum solum adorare; si miter omnia crede-  
 re, quae ipse Ecclesiae suae reuelauit; sperare quae  
 promisit; ipsum denique praerebus omnibus  
 creatis amare. **CONTRA** hoc praecipuum  
 peccatur primum idololatriam & infidelitatem,  
 falsos scilicet Deos adorando; aut quod Deus  
 reuelauit, omnino negando; aut etiam de eo  
 dubitando: ad idem verum referuntur adorare (vt  
 scriptura loquitur) proprii iudicij & volun-  
 tatis

tatis idolum, a quasi peccatum enim (dixit Samuel) ariolandi repugnare, & quasi scellus idololatria nolle acquiescere: Rebellat enim, qui talis est, contra Deum: Aut ventrem pro Deo habere, dicente Apostolo: b quorum Deus venter est; aut c Avaritiam, de qua idem Apostolus, quod sit simulachrorum seruitus: aut denique, eundem: d qui confitentur, se nosse Deum, facti autem negant: dum debitam illi fidelitatem non seruant.

a 1. Reg. 15. 23.

b Phil. 3. 19. c Col. 3. 5.

d Tit. 1. 16.

SECUNDO, peccatur DIFFIDENTIA, gloriam aut peccatorum veniam obtinendis; aut Deum orationibus meis flectendis, vt eas, iuxta promissionem suam, exaudiat. è contra verò etiam peccatur PRAESUMPTIONE, eadem consequendi, non adhibitis medijs, quibus Deus ea obtinenda statuit. TERTIO, etiam odio peccatur, aut amoris defectu; cum creatura aliqua plus quam Deus amatur; aut Dei voluntas, quò voluntati creaturæ satis fiat, contemnitur; aut denique tepiditate, cum non ex toto corde, totâ animâ, mente & viribus diligimus: sed ipsius & beneficiorum eius obliuiscimur.

SECUNDVM præceptum prohibet quemcunque veritatis, iustitiæ, necessitatis & reuerentiæ defectum in IVRAMENTO: peccatur itaque, si iurem, dicens aliquid contra id, quod sentio; aut promittens, absque intentione implendi; aut, quod malum est: aut non impleam, quod est bonum; aut absque necessitate & utilitate; aut non satis aduertens,

II.

E  
P  
ONTE  
P.

quæ dico ; aut sine ea reuerentia , quæ summi Dei nomini debetur, quotiescunque illud ore profertur: peccatur in infringendo VOTVM; aut eius executionem sine causa differendo; aut si in eius custodia negligens fuero; degenerando videlicet ab ea perfectione , quam profiteor.

## III.

TERTIVM PRÆCEPTVM de FESTORVM SANCTIFICATIONE prohibet omne opus seruire; iubet verò sacro Missæ interesse. peccatur ergo contra illud, in primis, si quod seruire opus prohibutum fecero ; aut sacro Missæ non interfuero; aut sine debitâ reuerentiâ, & attentione; aut si eisdem dies in rebus, & a festo, & a fine, propter quem sunt instituti, alienis, orandi videlicet, & glorificandi Deum, consumpsero.

## IV.

QUARTVM PRÆCEPTVM iubet, carnales PARENTES nostros HONORARE; eisdem in suis necessitatibus adesse; & iustis illorum præceptis obtemperare : Idemque de Patribus Spiritualibus, Pædagogis, & superioribus, est intelligendum ; quorum iussis æquè est obtemperandum ; nihil contra illa faciendum; nec iudicij proteritiâ, nec voluntatis tergiversatione, aut executionis dilatione obstitendum. Et adhuc ad maiorem huius perfe-

*c Phil. 2. 3.*

*1. Pet. 13.*

*tionem omnes, humilitatis gratiâ, tanquam mihi superiores sunt obseruandi, omnes honorandi : s. omni humana creatura propter Creatorem deferendum.*

## V.

QUINTVM PRÆCEPTVM prohibet

Occi-

OC CIDE RE, quo totum illud prohibetur, quod meditatione 22. de Ira diximus.

SE D vt rem spiritualiter magis exponam.

Primus occidendi modus est, quo meā animam culpa occido: quia gratiæ vitam ei adimo. *Secundus* est, quo *g SPIRITVM extinguo*, hoc est Spiritus sancti inspirationes; bona illa desideria, quæ suggerit, nihili faciendo. *Tertius*, *h Christum intra me ipsum crucifigendo*, ipsius sanguinem ijs operibus conculcando, propter quæ secundo fuisset crucifigendus, nisi prima crucifixio suffecisset. *Quarto*, occido etiā proximorum animas, dum illos scandalizo; & malo meo exemplo ad malum pertraho; aut si correctione, consilio, aut eleemosyna spiritali illis non succurro, quādo me charitas, ad id obligat. Quemadmodum dicitur occidere pauperem, qui corporalibus misericordiae operibus illi non subuenit.

g 1. Thess. 5.  
19  
h Heb. 6. 6.

D. Ambr. d.  
16 C. pasce  
fame moriē  
rem: si non  
pauisti, occidisti.  
VI.

SEXTVM est, NON MECHARI: quod ea prohibet, quæ vigesima meditatione de luxuria diximus: sed sunt alij modi adulterij, & fornicationis spiritualis, dum Deus, qui verus est animarum sponsus, deseritur: vt inordinato amore alicui creaturæ coniungamur. Item, dum opera, aut i *verba Dei adulteramus*, si ea i 2. Cor. 2. 17  
fiant, aut dicantur, non ad placendum ipsi, aut ad spirituales filios gignendos, qui ipsi placeant; sed propter meam voluptatem, aut temporale commodum: aut denique, si Dei nimium oblitus, in rebus ociosis, & caducis occupatus, vitam ducam.

i 2. Cor. 2. 17  
Cassi. Coll.  
14. cap. 11.

E  
P  
ONTE

## VII.

S. Basil. ser.  
de Abdicat.  
rerum.

SEPTIMUM PRAECEPTUM est, NON FURARI: quo prohibetur quicquid in Medit. 21. de Avaritia diximus. Et praeterea spiritualiter furor, destruoq; multa aliena, invito eorū domino. Nam in primis Dei gloriā mihi vsurpo, donaque mihi attribuo; tēpus, q; in eius obsequio expendendū esset, frustra consumo; nō reddo illi, quā, vel ob peccata mea, vel ob collata in me beneficia, teneor; nec. n. pro illis poenitentia ago; nec pro his me gratū exhibeo. vsurpo etiā voluntatem, quam obedientiae voto prius illi tradideram; & eius autoritatē, cū proximorum meorū secreta, quae ad ipsius Tribunal spectant, dijudico: Destruo similiter charitatē, & spirituales proximorum diuitias, ad partes accedens Sathanā, Latronum Capitanei, quem in agendis de eis praedis adiuuo.

## VIII.

OCTAVUM est, NON DICERE FALSVM TESTIMONIUM, quo prohibetur peccata omnia linguae, q; contra honorē, & famā proximi tendūt, quorū aliq; supra fecimus mentionem, Med. 22. de Ira. Prohibetur itē temerē de rebus proximi iudicare; aut eas in peiorem partē, absque sufficenti causa, interpretari; aut quacūq; mendacij fictionisve specie decipere, qualis est hypocrisis, adulario, similiaque verba, quae in speciem tantū dicuntur; quemadmodū etiā officia, quae absque implendi animo offeruntur.

SPIRITUALITER verò hoc praecipuum interpretando, in ipsum Deum falsum dico testimonium; cū de eius bonitate, misericordia, Iustitia, aut prouidētia, abiectē sentio: & cum

prauis

prauis meis operibus, infamiae notam eis Inuro; & opinionis existimationem ipsius Legi & Doctrinae imminuo: Sic enim ego sum causa cur *Sanctum eius nomen inter gentes blasphemetur*, aut minoris fiat: & inter ipsos Fideles minor eidem reuerentia exhibeatur. Deo item mentior, quando non impleo, quod illi promisi; aut propositum, aliquid pro eius obsequio faciendi, muto.

k Isai. 52. 5.  
Rom. 2. 24.

NONVM DECIMUMQUE praecipuum in sexto & septimo factis sunt explicata.

POSTQUAM haec peccata perpendero, magno animi dolore & pudore, illorum me reum coram ipso Deo agnoscam, dolens quod illa admiserim: & quamuis vel *unicum praecipuum* transgressus fuisset, debeo (vt S. Iacob. ait) *me omnium reum agnoscere*: quia in vnoquoque inuenitur, quod in omnibus spiritualiter prohibetur: Nam vel solum vnu lethale peccatum, eo modo, quo diximus, est Idololatria, Infidelitas, odium, homicidium, adulterium, furtum, falsum testimonium. Quare infamibus huiusmodi verbis me ipsum arguere possum: O Idololatra, infidelis, adulter, latro, falsarie, homicida, cur ausus es, Deum tantae Maiestatis, tot modis iniuriam afficere? Quomodo non dolore dissiliat cor tuum, qui Domini tui mandata ad eum iusta perfrigeris. O DEVS anime meae, utinam cum Davide dicere possem: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.* Da mihi, 136.

1 Iacob. 2.  
10.

m Psal. 118.

DOMINE, copiosas has lachrymas, quibus

R 4 bus

E  
P  
ONTE  
E.



bus innumerabiles culpas meas eluere pos-  
sim.

PUNCTVM II.

**S**ECVNDÒ, consideranda sunt maledicta,  
quæ Deus in legis suæ transgressores con-  
gerit; & horrenda, quæ illis tam in hac,  
quàm in futura vita minatur supplicia.

I.

HOC potest in primis expendi ex terribili  
illo horum maledictorum catalogo, quem  
Moyfes in duobus Deuteronomij capitibus  
confecit, dicens populo illi: si Dei legem, quam  
ipse promulgauerat, transgredierentur, fore vt  
talia illis euenirent, & eos apprehenderent. a

a Deut. 27. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in a-  
15. & 28. 15. gro, maledictus fructus ventris tui, & fru-  
ctus terra tua; armenta bouum tuorum, & gre-  
ges ouium tuarum; maledictus eris ingrediens,  
& maledictus egrediens. mittet Dominus super  
te famem, & esuriam; & increpationem in  
omnia opera tua, donec conterat te, & per-  
dat velociter. Adiungat tibi Dominus pestilen-  
tiam, donec consumat te de terra; percussat te  
Dominus egestate, febre, frigore, ardore, &  
aestu, & aere corrupto, ac rubigine; & perse-  
quatur, donec pereas. Sit calum, quod supra te  
est, aneum; & terra, quam calcas, ferrea: Det  
Dominus imbrem terra tua puluerem, & de ca-  
elo descēdat super te cinis, donec conterat te; tra-  
dat te Dominus eorruentem ante hostes tuos;  
sitq; cadauer tuum in escam cunctis volatilibus  
caeli, & bestijs terra: & non sit, qui abigat. Et in  
hunc modum alia prosequitur horrenda ma-

ledicta:

ledicta: & quasi haec parua essent, addit: b *Att.* b *Deut.* 28.  
gebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis 59.  
tur, plagas magnas. & perseverantes; & con-  
uertet in te omnes afflictiones Aegypti, quas ti-  
misti: & adharebunt tibi, &c. Et quoniam  
maledictio Dei non est nudum verbum, sed  
ipsum opus cum illo: nullus, qui legem eius  
transgreditur, ea euadet maledicta, quae Deus  
in eum congesserit: ac denique vniuersim o-  
mnes vltima illa comprehendent, quae Chri-  
stus Dominus noster c in die IVDICII statuet  
in damnatos, quorum atrocitatem superius  
proposuimus.

c *Mat.* 25. 41  
*Medit.* 15.  
puncto. 2.

Horum maledictorum effectus expertus est  
miserabilis populus Hebraeus suo tempore:  
sed & nos ipsi eorundem multa nunc experi-  
mur: quae simul sunt monita, vt nos emende-  
mus: huius enim diu. ni legislatoris mens non  
est, illis nos irretire; sed timorem incutere: vt  
legem fideliter custodientes, ea euadamus. O  
legislator iustissime: aequissimum esse fateor,  
vt caelum mihi sit aeneum, & terra ferrea; ne  
mihi auxilium ex aliqua parte proueniat; &  
promeritum me esse, vt ad orationem meam  
aures tuas claudas; siquidem meas ego clausi  
d ne audierim legem tuam: e & bibi quasi aquam d *Isa.* 30. 9.  
iniquitatem: quare iustum est etiam, vt f *Male-* e *Iob.* 15. 16.  
dictio sicut aqua intret in interiora mea. Sed f *Psal.* 108.  
memor esto, Domine, g quod factus sis pro nobis 18.  
maledictum, ( quia scriptum est: maledictus o g *Gala.* 3. 13.  
mnis, qui pendet in ligno ) vt nos a maledicto legis  
redimeres: Applica ergo mihi mortis tuae fru-

R 5 etum,

E  
P  
ONTE  
P.

ctum, culpas meas omnes remittendo, quas contra legem tuam admisi, & à maledictis me eripiendo, quæ eisdem meis peccatis sum promeritus.

## II.

**L I C E T** etiam & alias pœnas expendere, quæ decem Aegypti plagis designantur: quibus legis Dei (quæ decem Decalogi præceptis continentur) transgressores puniuntur, ut qui Dei mandato, sicut Pharaon & eius serui, rebelles se exhibeant. Contra illos enim missæ sunt Rana, Muscæ, Ciniphes, Pestes, Locustæ, Fulgura, Fulmina, Grandines, densæque Tenebræ: & ipse Dei Angelus nudato gladio domos illorum ingressus h *Primogenita illorum occidit*; & quæ charissima illis erant, destruxit; donec eadem in mari submergerentur: Quibus plagis similia isti rebelles experiuntur flagella, donec vicinò tribulationum mare, quod liberum iustis transitum præbet, ipsos ob scelera, & rebellionem suam absorbet, atque suffocat: & sicut plumbum in profundum Inferni descendunt, ubi æterno illo igne liquefient, & cruciabuntur.

## III.

**N E** verò, eas plagas antiquos tantum, & ante Christi aduentum tetigisse, existimaremus, quando Dominus i *Deus ultionum appellabatur*: voluit earundem in Apocalypsi fieri mentionem. Diuina enim prouidentia, quæ in legis suæ obseruatores benigna est, etiã est in transgressores seuerata: habetque in promptu k *septem Angelos, cum septem tremendis tubis; & septem alios cum septem phialis plenis iracundia ipsius, quas m effundunt super terram*, ut peccatores tremen-

h Exod. 15.  
19.

i Psal. 93. 1.

k Apoc. 8. 7.  
15. 7.  
m 16. 1.

dis

dis his plagis percutiant. Quomodo nō tremis, anima mea, diuinæ Legis transgressionem, quæ terribiles ad eò, Zelantesq; habet ultores? Cur te non terrent tubarū illarū clangores? non horres horrenda phialarum illarum vitia? quomodo ad tot plagarū atrocitatem non attonitus haeres? O IESU MICISSIME, qui vulnera quinque in cruce sustinuisti imò à planta pedis vsq; ad verticem capitis in ea fuisti vulneratus: adhibe culpis meis, pretiosi tui sanguinis antidotū, quò ab horrèdis huiusmodi plagis eripiar.

IV. **VLTIMO**, ad quasdā etiā particulares poenas descendere possumus, quas in particularium quorundā mandatorū transgressores Deus in Scriptura minatur. Exempli causā: *n vir multū* n Eccl. 23. 12 *iurās implebitur iniquitate, & nō decedet à domo illius plaga.* Vbi grauissimæ duæ huius vicij poenæ indicantur: quòd eius hominis domus culpis poenis, & plagis spiritualibus sit replèda; & vsq; ad fundamenta euertenda: quòd etiam maledicta illa *ovoluminis* initio huius meditationis posita confirmant. Item in eum *p O-p* o Zach. 5. 3. p Prou. 30. *culum, qui subsannat patrem aut matrem, ait* 17. *Sapiens, effodiant illum corui de torrentibus, & comedant illum filij aquila.* Huiusmodi enim indignus est, qui diu uiuat; sed infamem mortem obeat: & in futura vita corui, & aquilæ inferni extrahant illi oculos, & excæcent obstinatione; eiusq; viscera ingenti dolore vorent.

*Adhunc modum possunt, & alia supplicia perpendi iuxta dicta in septem precedentibus meditationibus.*

## PUNCTVM III.

**C**ONSIDERANDAE tertio loco sunt BENEDICTIONES, quas in Legis obseruatores effundit DEVS, benedictiones inquam corporales, & spirituales; temporales, & aeternas.

a Deut. 28. 1

HO C possum primum expendere ex earum catalogo, quem in eodē Deuteronomio texuit Moyfes, populo suo dicens, a *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius, qua ege precipio tibi hodie, veniet super te omnes ha benedictiones, & apprehendent te: Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro benedictus fructus ventris tui, & fructus terrae tuae, fructusq; iumentorum tuorum: greges armentorum tuorum, & caula ouium tuarum: Benedicta horrea tua, & benedicta reliqua tua: Benedictus eris ingrediens & egrediens: Dabit Dominus inimicos tuos: qui cōsurgunt aduersū te, corruentes in conspectu tuo: per vnā viam venient cōtra te, & per septem fugient à facie tua. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: beneduetq; tibi in terra, quam acceberis. Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum; sicut iurauit tibi: si custodieris mādata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius: Videbuntq; omnes terrarum, populi, quod nomen Domini inuocatum sit super te: Et timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis; fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum; fructu terrae tuae, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret tibi.*

Aperiat

Aperiet Dominus thesaurum suum optimum caelum: vt tribuat pluuiam terra tua in tempore suo: benedicetq; cunctis operibus manuum tuarum: si tamen audieris mandata Domini Dei tui qua ego pra: ipso tibi hodie: & custodieris, & feceris, ac non declinaueris ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram.

HAS benedictiones prosequitur Moyses: quæ etsi temporales, vt statui & conditioni imperfecti illius populi accommodata, indicant tamen alias multo maiores, & spirituales, quas Deus christiano populo impertit: licet neque temporales illi denegentur, etiam modo quodam excellentiori. Nā cælestis nostri patris providentia, (sicut ipsius filius nobis promisit) recepit, se, conuenienti modo, eas distributurum. *b* *Hac enim omnia, ait, adiuicea-* *b* *Mat. 6. 33.*  
*tur vobis. Qui enim aperit manum suam, &* *c* *Psal. 144.*  
*implet omne animal benedictione, melius can-* *16.*  
*dem aperiet, vt filios suos repleat.*

HINC gradum faciam ad perpendendas spirituales benedictiones, quas idem Dominus, Legis suæ obseruatoribus impertit. In qua obseruatione eminenter ipse includit etiam illa bonorum genera, HONESTVM, VILE, ac DELECTABILE: ex quibus iucundum alium catalogum texuit Dauid: In primis enim: *d* *Lex, ait, Domini immaculata est & san-* *d* *Psal. 18. 8.*  
*ctissima, conuertens animas: Testimonium Do-*  
*mini fidele, sapientiam prestans paruulus, & vir-*  
*tutes reliquas. Est deinde VUTILISSIMA, ad*  
*obtinēda omnia bona, quæ desiderari possunt:*

non

E  
P  
ONTE  
E.

c *Prom.* 3. 2. non animæ solùm, sed etiam corpori. e *Longitudinem enim dierum, ac Sapiens, & annos vita, & pacem apponent tibi, si precepta mea cor tuum custodiat. Quare desiderabilior est super aurum & lapidem pretiosum multam, & quam omnes thesauri terræ. Est itom g DULCIS SIMA super mel & fauum, lætificans corda, maiori lætitiâ, quàm possint res omnes huius vitæ dulces adferre.*

g *Psal.* 18. 11  
*Eccl.* 24. 27.  
 h *Psal.* 20. 4  
 i *Psal.* 83. 8.  
 k *Prom.* 10. 6  
 Hinc est quòd Tyrones præueniat Deus hinc benedictionibus dulcedinis, vt cum læticia viam mandatorum eius currere incipiant. Proficientibus etiam i dat Legulator hic benedictiones dulcissimas, vt eant de virtute in virtutem vsq; ad culmen perfectionis. k Super caput etiam perfectorum iustorum Benedictio Domini, quibus aliquid impertit delibandum eius, quo fruuntur in gloria.

l *Matt.* 25. 34.  
*Medit.* 15. puncto. 1.  
 Er denique, in die Iudicij suprema illis benedictione benedicens, dicet: *I venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. vt supra perpendimus.*

Ex harum benedictionum consideratione, & earundem cum maledictionibus in proximo puncto positis collatione, tres præcipuos maximique momenti affectus in me excitare conabor.

Primus est, ingentis DOLORIS ob Legem adeò sanctam, vtilem, & suauem à me violatam: propter quod cælestibus eius benedictionibus indignum me reddiderim, tria verò mala

mala incurrerim, tribus illis bonis omnino contraria. Nam cum transgressione Legis coniuncta sunt vitia, quæ corpus, & spiritum maculant, & omnia temporalia, & æterna damna, quæ idem corpus, & anima patiuntur, & omnes denique tristitiæ, & amaritudines, quæ cor nostrum affligunt.

SECUNDVS affectus est FIDUCIA B, qua firmiter sperem, si Dei legem seruaero, obtenturum me benedictiones, quas ille promittit, memor memorabilium illorum verborum Ecclesiastici: *m Homo sensatus credit Legi, & Lex illi fidelis*, quasi dicat, iustus & Lex mutuam sibi fidelitatem obseruant: iustus fidelis est in parendo Legi, & Lex illi, præmia reddendo: illa ipsum in periculis tuetur, consolatur in aduersis, dirigit in prosperis, consulit in dubiis, auxiliatur in negotiis, facitque ut eius Orationes exaudiantur, auxilium fert illi in vitâ protegit in morte, ac denique, in gloriâ coronat. Esto ergo anima mea, Legi Dei fidelis, & illa tibi fidelis erit: ne desis in iis, quæ illa iubet: & non deerit illa in iis, quæ promittit: *lauda summum tuum Legislatorem in n Psalterio decem chordarum. decem eius mandata seruando: & particeps fies promissorum eius: ne dicas, vt impij Israelitæ: o Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum, quia custodimus præcepta eius? p Conuertere potius seriu ad Dominum dolens, quod illa fueris transgressus, & videbis, quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.*

Eccl. 33. 3

n Psal. 32. 2.

o Malach. 3. 14.

p &amp; 18.

E  
P  
ONTE  
E.



TERTIVS affectus debet esse magni AMORIS, & æstimationis LEGIS Dei, studèdo  
 q *Pron.* 3.3 (vt ait Salomon) q eã *describere in tabulis cor-*  
 7.3. *dis mei*, quæ sunt tres animæ facultates: in me-  
 moria, vt eius semper recorder; in intellectu,  
 vt continuè de illa mediter; in voluntate, vt  
 illam amem, vitamq; ipsam, si opus erit, pro  
 illa exponam, & (vt dixit Moyfes populo tuo)  
 r *Deut.* 6.7. *r meditabor sedens in domo mea, & ambulans in*  
*itinere, dormiens atq; consurgens; & ligabo e-*  
*am, quasi signum in manu mea, eritq; & mœue-*  
*bitur inter oculos meos, vt me ducat, dicens cū*  
 s *Psal.* 118.97 *Dauides Quomodo dilexi Legem tuam, Domi-*  
 ne, *tota die meditatio mea est* O Legislator  
 t *Psal* 86.31 *dulcissime, qui factus homo, statim t Legem*  
 Dei *posuisti in medio cordis tui: eandemq; gra-*  
 u *Hier.* 31.33 *tiã tuã u in electorum tuorum cordibus scribis.*  
 scribe, quæso, & in meo, ita vt nunquam delea-  
 x *Dan* 12.1. *tur; sed sim dignus x scribi in libro vitæ, y ex quo*  
 y *Apoc.* 3.5. *non delear in æternum.*

**P R A E D I C T O R V M**  
*conclusio.*

**E**X his, qua in hac Meditatione sunt dicta,  
 summam quandam colligere licet titulorum  
 siue causarum, cur grauiter dolendum mihi sit,  
 quòd diuinam legem sim trãsgressus; & cur ad  
 exactam, & perfectam eius obseruantiam ani-  
 mare me debeam Primus titulus siue causa est,  
 quòd lex ipsa iusta sit ac sancta, omne genus bo-  
 norũ eminenter complectens: Secundus, vt ma-

ledicta, plagasq; temporaneas, & aternas, quas  
 illa minatur, euadam: Tertius, vt consequar be-  
 nedictiones huius, & futura vita, quas illa pro-  
 mittit. Quartus ac precipuus, quod legulator sit  
 talis, hoc est Deum infinitè bonus, sapiens, potens,  
 & infinitus benefactor: à quo omne bonum meū  
 dependet, tēporale & aternū. qua sola ratio suf-  
 ficiere deberet, ad amandum legem à tali Patrē  
 latam; vehementerq; dolendum, ob eius trans-  
 gressionem. Quintus, quod idem legulator homo  
 factus, eā in medio cordis sui posuerit; veneritq;  
 vt eam plenissime impletet, ne vno iora aut apice  
 vno pratermisso: vt suo me exemplo ad eius cū-  
 stodiam impelleret. Sextus, fidelitas ipsius legis  
 erga obseruantes, & experientia, quam habeo;  
 quod bene mecum agatur, cum eam seruo: quia  
 magna fruor pace & serenitate conscientia, la-  
 titia, & in Deum fiducia: contra verò quam mā-  
 le, quando eam trāsgredior: cor enim meum prā-  
 culparum magnitudine, timore nimio, conscien-  
 tia remorsu, & aliarum miseriarum tribulatio-  
 ne totum concutitur, & contremiscit. Ac deni-  
 que, quod in mortis hora, nihil me magis affliget,  
 quam, Dei me legem violasse, nec magis animum  
 eriget, quam eandem obseruasse: vt potest ex quā-  
 selus, aut damnatio mea pendeat aeterna. Ex quo  
 sicut Ecclesiastes suum librum, ita ego hic conclu-  
 dam. & Deum time, & mandata eius obserua: hoc  
 est enim omnis homo. & distinct. ūs: in hoc con-  
 sistit esse h. minem, & executio omnium; qua o-  
 mnis homo prestare tenetur. Et qui huic debito  
 non satisfacit, etiā in esse hominis, & eius natura

z Eccl. vli  
 13.

Pars. i.

S deficit

E  
 P  
 ONTE  
 F.

deficit : ideoque iumentis & bestis est similia.

MEDITATIO XXVI.

CIRCA QVINQVE

sensus, potentias, anima externas.

PUNCTVM I.



RIMUM, reuocanda sunt in memoriam peccata, quæ quinque sensibus admisi, & aliis externis corporis facultatibus: de quibus me coram Deo accusabo.

I.

ET PRIMVM OCVLIS peccaui, dum videndis rebus pulchris, vanis, curiosis, noxiis, solius vanitatis, curiositatis, aut sensualitatis intuitu, delectatus sum; cum immodestia, carnis libertate, aut aliorum offensione. Sæpe itaq; rebus videndis pecco, aut intentione, aut aspiciendi modo: dum sublimes illos leuiter huc illuc gyro circumspiciens.

AVRES habui apertas ad vanos sermones, curiosos, noua impertinentia, adulationes, laudes proprias, murmuraciones, detractiones quas nec reprehendi, nec impediui; imo forte nec ingrata illa mihi esse ostendi, etiam si vel iustitiæ, vel charitatis lege ad id tenerer, & quoniam hæc mihi valdè arrident, offendunt me sermones boni; graue mihi est conciones audire, monita, & correptiones eorum, qui iure suo illas mihi adhibent interdum. ODO-

RATV, GVSTATV, TACTV, in multis deliqui, circa gulã, & luxuriã, sicut in horum

horum victorum propriis meditationibus supra dictum est.

QVID verò dicam de peccatis LINGVAE?

II.

Nam verba aliqua protuli contra reuerentiã, Dei nomini debitam; alia contra honorem, & famam proximi; alia in graue animæ meæ detrimentũ: vt constat ex iis, quæ in primis punctis meditationum præcedentium posuimus: Alia verba dixi, quæ ob defectum aliqua: ū circumstantiarũ, vitiosa fuerũt: dũ locutus sum, quæ statũ meũ & professionẽ dedecebãt aut in locis, & tẽporib. prohibitis, quale esset, nimirũ loqui in Ecclesia, Missa, aut concione, cũ offensione aliorũ; aut si Regulis statũs mei. (quia sum religiosus.) tenebar seruare si cẽciũ; aut si in loquẽdo, modũ min⁹ aptũ seruauĩ, quia festinãter, precipitãter, affectatẽ, aut arrogãter locut⁹ sũ.

Si itaq; verborum meorũ peccata inspiciam, facillẽ erit, illud D. Iacobi affirmare, quod lingua mea fuerit. *a Vniuersitas iniquitatis in meã* a Iac. 3. 6. enim linguã omnes vniuersi huius iniquitates conuenisse videntur, quæ vt ignis quidã inflammat rotam natiuitatis meæ per totum virgẽ cursum.

III.

His peccatis adiungi possunt alia immodestæ, inordinationis, in vsu reliquorum membrorum, & potentiarũ externarum: vt sunt cachinni nimii, subsãnationes, irrisiones, & leues capicis, pedũ, & manũ motus; incessus affectatus, & nimium cõpositus, aut nimirũ festinus, aut indecẽs; & similes alij, qui exiguã prodũt animi grauitatem; de quibus Sapiens, dixit. *b Amictus* b Eccl. 19. *corporis, & risus dentium, & ingressus hominis* 27.

S 2

enun-

enunciant de illo, & quanta intus maneat virtus, ostendunt.

HABEC peccata perpendens, grauius erubescam: quòd potentiis à Deo mihi tributis, tam malè sim vsus, & solùm ad palatum meum, delicias, & honores. O Deus magne, quomodo tantam inordinationem hactenus tolerasti? O miser homo, quomodo ausus es illam contra Deum attentare?

## PUNCTVM II.

STATIM considerabo grauià damna, quæ ex horum sensum parua custodia, & mortificatione mihi proueniunt.

NAM primum, illi sunt portæ & fenestra, per quas (vt Ieremias Propheta ait) *a mors ascendit, & ingreditur domus nostras*: mors, inquam, culpæ ingreditur domum animæ meæ, destruitque vitam gratiæ, & vitalem charitatis calorem suffocat. Per easdem, tentationes demonum ingrediuntur, qui latronum instar, conscientiæ meæ domum deprædantur, & donis Dei ac virtutibus eam spoliant. Et hac de causa idem Propheta dixit: *b Oculus meus deprædatus est animam meam.*

Et vt oculus originalè Eux iustitiam, Dynæ Carnis integritatem, Dauidi castitatem, & iustitiam deprædatus est, ita in me modò temperantiam, modò obedientiam, & sæpe deuotionem aufert. Et idem efficit auditus & lingua. Nam *c sicut Vrbs patens & absque murorum ambitu si portæ pateant, nec adsit custodia, facile*

c Preh. 25.  
28.

cilè hostes ingressi totam deprædantur ac destruant: ita contingit animæ, sensus suos non custodienti.

IDEEM sensus admittunt imagines ac figuras rerum spectabilium, quæ ipsam phantasiam ac memoriam variis distractionibus, & vagationibus inquietam reddunt; appetitum, inordinatione passionum commouent; & cor ipsum ita perturbant, vt nos ab eo expellant: vt propterea etiam sit verum, quòd *oculus meus deprædatur animam meam*, si quidem attentionem, cogitationem, & affectionem subtrahit; efficitque, vt anima mea non tam intra me sit, quàm extra, in rebus scilicet quas cogitat, & diligit: Et ego ipse per easdem portas à me ipso, ad diuagandum per totum mundum exeā: simul verò exit etiam Spiritus deuotionis, orationis, & contemplationis, ita vt, cum redire volo, & in me ipsum intrare, id assequi non possim, nec in propria domo quietem inuenire, propter tumultus, quos in ea experior: ex quo innumeri oriuntur defectus & damna in oratione, & consolationibus cælestibus, propterea enim. *d prohibiti sunt cali, ne darent rorem*: neque enim Deo placet, liquorem donorum suorum e *in vas* infundere, *quod non habuerit operculum*, & per quinque foramina effluit, quicquid infunditur.

d Aggei. 1. 10

e Num. 19.

15.

DENIQUE grauissima supplicia Deus illis intulit, qui in sensuum, & linguæ custodia fuerunt notabiliter negligentes: permittens eos grauiter contra præcepta, & consilia di-

III.

f. Eccl. 28.  
28.

Medit. 17.

diuinæ Legis delinquere, vt ex dictis in præcedentibus meditationibus colligi potest. Quare merito Ecclesiasticus suadet. *f. Sepi auras tuas sp. nis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis, & attende, ne forte labaris in lingua & cadas in conspectu inimicorum insidantium tibi, & sit casus tuus insana vis in mortem*, modò temporalem, modò æternam in Inferno, vbi quinque sensus (vt supra est dictum) horrenda patientur tormenta, in effrænarum appetitionum pœnam.

Quare claude, Anima mea, sensuum tuorum portas, & fenestras: nisi velis mortem & turbationem domus tuæ per illos experiri, occlude, & fræna os tuum, ne te propria lingua occidat; sept aures tuas spinis, ne te linguæ pungant alienæ, & ex alienis culpis, quas audis, proprias contrahas.

PUNCTVM III.

Sensuum  
mortificatio

**T**ERTIVM, consideranda sunt ingenia bona, quæ secum adfert sancta sensuum custodia, & mortificatio.

I.

**P**RI MV M enim, præterquam quòd tor prædictis malis portas occludat; easdem aperit, vt Dei Spiritus ingrediatur, qui libenter habitat in animabus, carnis, & sensuum voluptatibus mortuis: Aperit item, vt ingrediatur Spiritus Orationis, deuotionis, & cõtemplationis: delectatur enim Dominus animabus, quæ sunt horti conclusi; ad cor illis loquitur; eas cõsolatur, suaq; dona communicat, & ideo

in oratione iubet: a *Cum Oraueris intra in cubiculum tuum hoc est cor tuum; & , clauso ostio sensuum tuorum, ora patrem tuum in abscondito: ne quid ingrediatur, quod orationem nostram interrumpat; & conuersationem, qua cum caelesti patre versamur, interrumpat.*

a Matt. 6. 6.

## II.

PRAETEREA, cum sensus, suas functiones iuxta Dei voluntatem (qui mortificationis est finis) exercent, portae sunt ac fenestrae per quas ingreditur vita: & quod vident, audiunt, gustant, loquuntur, eos iuuat ad spiritualem vitam, gratiam, eiusq; augmentum consequendum. Ex quo inferat, qd ait S. Iacob: *b sicut fons de eodem foramine non manat dulcem, & amarum aquam: sic non decet ex eodem ore benedictionem & maledictionem procedere: verba sancta, quibus Deum benedicimus; & mala, quibus maledicimus proximo: sed par est, omnia esse bona, Deo grata, proximis utilia, conscientiae nostrae iucunda; & similiter eisdem oculis, & auribus non expedit, vitam & mortem intrare; sed clausos esse ad omnia, quae mortis occasionem adferunt; patere vero ad ea, quae adferunt vitam; & in hoc, eorum consistit abnegatio perfecta.*

b Iacob. 3.

11.

## III.

His addendum: modestiam & sensum mortificationem, certum esse internae virtutis indicium; proximos valde edificare; tantamq; boni odoris fragantiam ex se emittere, ut domum totam, hoc est Ecclesiam, & ipsam religionem, bonae estimationis ac nominis odore repleat: & ut insignis domus porta totam eam ita ornat, ut ad ingrediendum, &, quod intus latet, videndum



S. Amb. l. 2.  
de virg.

Phil. 4. 5.

aspicientes permoueat: ita modestia sensuum, & membrorum externorum compositio, pulcherrima est virtutis, & vitæ religiosæ porta: quam aded reddit amabilem, & intuentium oculos ad ingrediendum; & iis fruendum, quæ intus occlusa continentur, alliciat, propter quam causam monuit Apostolus: *c Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominum enim prope est, & nobis omnibus præsens: in conspectu autem aded potentis Regis, omnes eius famulos decet esse valde modestos.*

DENIQUE quinque sensus ( vt Meditat. 53. sextæ partis dicitur ) singulares gloriæ coronas magna sua voluptate recipient in cælo, in præmium mortificationum, quas habuerunt in terra. Qua tot bonorum spe, me ipsum, ad sensus meos magno studio mortificandos, perurgebo.

HVIC meditationi, iucundo cum Christo Domino crucifixo colloquio finem imponam, quinque ipsius sensuum mortificationem, quam in cruce pertulit, perpendendo: quæ hinc quidem sanctissima fuit, splendentes admirabilium virtutum radios ex se emittens; sed inde atrocissima, quia grauissimos dolores coniunctos habuit, quos propter peccata, meis sensibus admissa, pertulit. Et per singulos discurrendo perpendam, qua ratione eius oculi, sputis fuerint obscurati; aures blasphemiarum astantium aduersariorum; odoratus, graui Caluarie fætore, eius gustatus, felle, & aceto; tactus verò, flagellis, spinis, & clauis cruciati fuerint:

de

de quibus omnibus illi compatiens, dicam;  
 Pœnitet me, ô dulcis Saluator, de culpis quas  
 quinque meis sensibus admisi; propter quas tui  
 adeo fuerunt horrendè cruciati: propter quo-  
 rum dolores humiliter supplico, ignoscas mi-  
 hi plurima peccata mea; ac pretiosissimo ex  
 quinque tuis vulneribus effuso sanguine ma-  
 culas ablue, quæ ex quinque his putidis fonti-  
 bus prodierunt: cesset iam, quæso, Domine, de-  
 testandus eorum fluxus, gratiâ tuâ ad illum  
 continendum me adiuuante, quò mortificatio-  
 nem, quam in hac vita exercuisti, & in morte  
 perpeffus es, imitando, gloriam tuam merear  
 obtinere. Amen.

## MEDITATIO XXVII.

CIRCA INTERNAS  
 ANIMAE FACUL-  
 tates.

## PUNCTVM I.



PRIMO, consideranda sunt vitia  
 & peccata, quæ propriam sedem  
 in intellectu habent; damna et-  
 iam, quæ ab illis procedunt; exa-  
 mine adhibito eorum, quæ in sin-

gulis me concernunt, quæ ad septem reduci  
 possunt.

PRIMUM est IGNORANTIA eorum, I.  
 quæ scire teneor: qualia sunt, quæ credere, pe- S. Tho. 2. 2.  
 tere, 9. 77.

tere, accipere & operari debeo, quæ in Symbolo Apostolorum, preceatione Dominica, septem Ecclesie sacramentis, ac decalogi præceptis, & in reliquis proprii statûs, & officij cuiusque obligationibus continentur: ægri enim exequi eas potero, nisi sciuerò; & (vt S. Paulus loquitur) *a ignorans ignorabitur*. Cui etiam Dominus dicit: *b Non noui vos*. Huic vitio affinis valde est culpabilis Dei, & legis eius obliuio, rerumque quas possum, & teneor memoriâ retinere: de quo similiter dici posset, qui obliuiscitur, erit etiam in obliuione: &, si ego culpabiliter Dei obliuiscor, & rerum eius; ipse quoque & mei, & mearum obliuiscetur.

a 1. Cor. 14.

38.

b Matt. 7.

23.

## II.

Thom. 2. 2.

q. 53.

SECUNDVM vitium est, IMPRVDENTIA aut PRÆCIPITATIO, siue defectus considerationis eorum, quæ facturus sum aut dicturus; quia nullo examine adhibito, sint ne illa licita, nec ne, passionis potius impetu, & absque conuenienti consilio, ad ea me projicio: ex quo innumeri in omnibus virtutum materijs defectus & errores oriuntur.

## III

2. 2. q. 60.

art. 3.

TERTIVM vitium est, TEMERITAS in dictis factisque; proximorum iudicandis, eos damnando, aut de eis malè absque causa sufficienti suspicando: in quo Deo sum iniurius, cuius auctoritatem mihi usurpo: dum me ad secreta iudicanda, quod tribunalis ipsius proprium est, inzero. Iniuriam etiã proximo facio: dum absque sufficienti ad id causa, eum dano: mihi denique hoc etiã detrimentum adfero, quod in id plerumque incidam, quod temerè de alio volui iudicare.

Q V A R T

QUARTVM vitium est, INCONSTANTIA, & mutabilitas in eo bono, quod facere decreueram, iudicio & sensu facile mutatis: ex quo prouenit, vt non impleam, quæ benè proposueram, nec meo stem verbo; quo me Deo vel hominibus obstrinckeram: Item, vt facile Dæmonis tentationibus, blandisq; carnis illecebris fidem adhibeā. Huic incōstantiæ coniuncta est cogitationum mutabilitas, qua me ab stulta mea imaginatione (quæ etiā intellectum reddit stultū, varijsq; rebus absq; ordine vllō implicar) p̄tior abduci. Hinc denique prouenit, in bonis exercitijs mutabilitas, ab his ad illa ex prima solū apprehensione saltando: quò illorum nouitate fastidium euitem.

QUINTVM vitium est huic oppositum, PROTERTIA & PERTINACIA in proprio sensu & iudicio: dum illud flectere, iudicioque maiorum aut sapiētiorum, quibus merito parēre debeo, subijcere nolo. Hoc est discordiarum idolum, ex quo plurimæ inobediētia, & in p̄latis rebelliones; multæ contentiones, & disputationes; graues errores, illusionesque dæmonis proficiunt: vt enim est apud Iob: *c Præcipit abit me consilium meum.*

SEXTVM vitium est, ASTVTIA & PRUDENTIA CARNIS, aut huius mundi SAPIENTIA, ad acutè inuenienda media, quibus votorum meorum carnalium, aut saecularium composam: Ex quo fraudes oriuntur & deceptiones in verbis, operibus, & Hypocri.

IV.

q. 53. art. 5.

V.

Casi. Coll.

17. c. 25. &amp;

27.

c Iob 18. 7.

VI.

Thom q. 53.

art. 3.

crisi. Huic vitio coniungi plerumque solet  
STULTITIA, INEPTITUDO & TARDI-  
TAS intelligentiæ, in iudicando, & sentien-  
do de rebus diuinis, & spiritualibus animæ  
bonis: parui illa faciendo, & vanis mundi, &  
non Dei legibus ea metiendo. Nam (vt ait Apo-  
stolus) *d Animalis homo non percipit ea, quæ  
sunt Spiritus Dei; Stultitia enim est illi, & non  
potest ea intelligere. e & quacunque ignorat,  
blasphemat*

d 1. Cor. 2.  
e S. Iudas in  
epist. ver.  
10.

## VII.

g. 2. q. 167.

SEPTIMUM vitium est, CURIOSITAS,  
cùm inordinatè scire cupio, quæ mihi nõ con-  
ueniunt: quale esset, si illorum scientiæ, animæ  
meæ noceret; aut, quæ meū captum excedunt,  
medijs malis quæro; aut eā, quæ inutilia & va-  
na sunt, & à meo statu, & professione degene-  
rant; aut si conueniant quidem, sed inordinato  
affectu, aut solo curiositatis, aut vanitatis in-  
tuitu scire appeto: contra id quod Apostolus  
dicit: *f Non plus sapere, quàm oportet sapere,  
ad sobrietatem.*

f Rom. 12. 3.

HABET sunt septem intelligentiæ vitia,  
quorum, si diligēs institutam examen, valde me-  
reum inueniam: ac propterea meritò me de  
eis in conspectu Dei humiliter accusabo: hinc  
colligens, quàm erit pauper anima mea, cuius  
intelligentia, quæ illius est Dux, ad eum est mi-  
serabilis. Nam (vt Christus Dominus noster  
ait) *g si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus  
tuū tenebrosum erit: h Et si cæcus cæco ducatur  
præstet, ambo in foueam cadent: A tenebris sci-  
licet internis, ad externas Inferni. Quare ma-*

g Matt. 6.  
23.  
h 15. 14.

gna

gna contentione curare debeo tam pœnitentia, quàm mortificatione, à septem his vitijs me purgare: vt intellectus meus sit, vt *i argenti purgatum septuplū*; & Spiritum sanctum orare: vt septem suis donis ab eis me purificet. O diuine spiritus, illustra animam meam *k Sa. k Isai. ii. 2.* sapientia tuæ dono, contra ignorantiam & tarditatem meam; da mihi CONSILII donum, aduersus meam temeritatem; donum INTELLLECTVS, contra meam imprudentiam; donum SCIENTIÆ, contra proprii iudicij proteruiam; donum FORTITVDINIS contra murabilitatem; donum PIETATIS, contra prudentiam carnis; & TIMORIS denique donum, contra CVRIOSITATEM: vt ab illis vitijs liber, his verò donis illustratus *Inno. l Rom. 6. 4. c. 7. 6.* *uitate vita ambulem*, Spirituali & perfecta; diuinam ita sequens inspirationem: vt nunquam ab ea recedam, Amen.

## PUNCTVM II.

**S**ECVNDÒ, consideranda sunt peccata, quæ ex propria mea voluntate nascuntur; & detrimenta quæ facio, quòd illam sequar. Perpendens primùm, quid sit VOLVNTAS PROPRIA: Nam si vel hoc scirem, sufficeret, ad illam suprâ modum detestandam.

PROPRIA enim VOLVNTAS illa est, quæ soli proprio palato, gustuque satis facere contendit, reiecta interim quacunque alia, siue Dei, siue proximorum voluntate. Vocatur autem PROPRIA, quia, cum illa sit opus Dei, ad

hoc

hoc creata, vt se diuinæ subijciat: eam ego mihi ita vsurpo, soli que approprio, atque si mea esset, & non Dei; ac propterea illa vtor, tanquam meâ, ad id solum, quod mihi ardet. Quodnam igitur iniustius furtum, aut magis tyrannicum latrocinium esse potest, quam furari & deprædari Deo voluntatem, quam ille mihi dedit; eamque ita mihi propriam facere: vt ipsius Dei voluntati semper aduersetur? imò quoties propria mea cum Dei voluntate congregitur: illa semper vincat, hæc verò cedat? Conculcante mea, quidquid Deus vult; vt, quod ipsa vult, fiat. O DEVS omnipotens, per misericordiam tuam infinitam peto, ne tantam in me permittas iniustitiam.

*Casi Coll.*  
19. c. 8.

MOX perpendam, PROPRIAM VOLUNTATEM esse radicem, ex qua vitia & peccata omnia, quæ facio; imò quæ sunt in mundo, oriuntur: quæ ad tria velut capita reduci possunt.

I. PRIMVM caput siue genus est, INOBEDIENTIA generalis ad omnia, quæ Deus iubet, siue per seipsum, siue per suos ministros: ita vt voluntas propria, capitalis sit Legum diuinarum, & humanarum hostis, multoque magis ex instituto, religionarum: tota siquidem religio in propriæ voluntatis mortificatione fundatur. Quare si hæc viuat, Religio moriatur necesse est; & contra si Religio viuat, necesse est propriam voluntatem exspirare.

SECVN-

SECUNDVM genus est, INTENTIO-  
NEM minus rectam, & distortam habere in  
bono, quod facit: dum illud, non quod Dei sit  
voluntas, sed vanâ aliâ intentione, & pro-  
prij gustûs, aut internæ alicuius sensualitatis  
causâ facit. Ex quo fit, vt, quod bonum aliàs  
est, ipsa conuertat in malum; & quod pla- *Bern. ser. 71.*  
cere Deo potuisset, eidem displiceat: sic *in Cant.*  
ut ipsemet Dominus apud Isaiam dixit: *a Isai. 58. 3.*  
*Ecce in die Ieiunij vestri inueniuntur voluntas*  
*vestra.*

TERTIVM vitium est, vt omnia, quæcun-  
que potest, sibi vsurpet, & appropriet: nihil  
curando, quod id in aliorum damnum cedat.  
Ex quo innumeræ oriuntur Iniustitiæ, Auari-  
tiæ, crudelitates, contentiones, lites, aliorum  
grauamina, & discordiæ; omnes Iustitiæ, mi-  
sericordiæ, & charitatis leges conculcando.  
De qua Apostolus ait, quod *ib non sit ambiciosa,* *b 1 Cor. 13. 5,*  
*nec querat qua sua sunt.* Est itaque VOLUN-  
TAS PROPRIA manifestum venenum &  
extrema destructio charitatis.

HINC fit, quoniam VOLUNTAS PRO-  
PRIA, Regina est, & reliquorum vitiorû ac  
peccatorû dux, ipsam esse inferni cõditricem;  
æternorumq; ignium fomentû, & escâ Et pro-  
pterea S. Bernard. *Cesset, inquit, propria volun-* *Serm. de re-*  
*tas, & non erit Infernus,* si enim propriam au- *sur.*  
feras voluntatem, nullum erit peccatum, cu-  
ius Infernus sit pœna. Præterea, si quis Infer-  
nus est in hac vita, voluntas propria est sibi ip-  
sa Infernus. Nam quidquid miseriarû hic est,  
tantum

II.

III.

IV.



tantum adtert afflictionis, & tristitiæ: quantum propriæ aduersatur voluntati. Quare, eâ sublatâ, diuinæ nos voluntati conformantes, quod infernus est, cõuertitur in Purgatorium; imò in augmentum meritum, & coronæ in gloria cœlesti.

Lib. 1. de vocat. Gent. c. 2.

Quare S. Ambrosius ait: voluntatem propriam in cupiditatibus esse cæcam; in honoribus, tumentem; in curis, anxiam; in suspitionibus, inquietam; gloriæ, quàm virtutis, avidiorem; magis famam, quàm bonâ conscientiam diligeam; & miserabiliorem, si rebus amatis fruatur, quàm si eisdem careat: ipsa enim experientia, eius auget miseriam. Ex quo concludam, quàm miserum mihi fuerit, voluntati propriæ contra diuinam me subiecisse: meamque propterea cæcitatem deslebo, firmiter statuens, illam impostero horrere & negare,

c Iohan. 5. 30

Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Et inter tristitias, & mortis angores, patri suo dixit: d*Veruntamen, non mea*

d Luc. 22. 42.

*voluntas, sed tua fiat.* O summe Magister, confiteor, me indignum, qui tuus vocer discipulus; vt qui hæctenus exemplum tuum secutus non fuerim: veniant igitur tristitiæ, & anxietates mortis super me, propterea quod sapiissime re ipsa contra te dixerim: non tua, sed mea voluntas fiat. Remoue, Saluator mi, ab ore meo adeo maledictum verbum; & gratiâ tuâ me adiuua, vt propriam mortificem voluntatem: tuam verò plenè impleâ, e*Quæram ego* impostero,

e 1. Cor. 10. 24.

sterum;

posterum, *non quod meum est, sed tuum*, & proximorum; illorum potius commodum, & tuam gloriam semper quærendo in secula, Amen.

PUNCTUM III.

**T**ERTIVM punctum erit, peccata & inordinationem reliquarum internarum animæ facultatum considerare, Imaginationis inquam, & appetitionis sensuum: simulque damna, quæ ex eis oriuntur.

PRIMVM itaque perpendam: facultatem **IMAGINANDI** esse instar alicuius aulae varijs imaginibus, & figuris ornatae, quibusdam scædis, alijs prophanis, alijs ridiculis, mostrosi, & disparatis, quæ in eis sibi ipsi fingendis & depingendis, se occupat; nec solum in eisdem aspiciendis, & contemplandis ipsa delectatur, & recreatur, sed ipsam etiam intelligentiam sollicitat, ac violenter trahit, ut eisdem attendat, & occupetur: ex quo multa peccata originem ducunt, quæ in materia Luxuriæ, Vitiis, Ambitionis, Avaritiæ, morosæ delectationis appellantur: ex earum enim imaginatione, atque si præsentem essent, capit voluptatem.

I.

MOX perpendam: facultates meas **APPETITIVAS**, esse instar turbarissimi maris, quod ab undecim fluctibus passionum, sibi invicem concurrentium, concutitur: amoris videlicet & odij; desiderij & fugæ; tristitiæ & gaudij; spei & desperationis; timoris & audaciæ, ac

II.

S. Tho. 1. 2. q. 23. a. 2.

Pars I.

T

den-

E  
P  
ONTE  
E.

denique Iræ : quas vt plurimum ad malum aliquod applico ; nam amo, quod odisse deberem ; odi verò, quod amare: desidero, quod fugere oportet ; fugio, quod desiderare : gaudeo ex eo, quo tristari deberem ; tristor verò de eo, quo gaudere : ex quo graua oriuntur peccata : appetitus enim per huiusmodi affectus, voluntatem sollicitant, trahuntque vt ipsis assentiatur.

## III.

*Ambr lib. 1.  
off. cap. 4.*

HINC apparet, huiusmodi passiones arma esse, & Doemonum laqueos, quibus nos oppugnant, & grauibus culpis illaqueant : & cum vident, aliquam ex illis passionibus exurgere, valde lætantur ; & statim eius operâ ad tentationem texendam vtuntur : ego ipse itaq; præcipua arma hosti meo trado, quibus me oppugnet, persequatur, ac destruat.

*a Rom. 7. 15*

PRAETEREA eadem Passiones, carnifices sunt mei ipsius, vt quæ intra me ipsum aduersus pauperem spiritum bella gerant, importunè vrgendo, vt a *illud faciam*, quod reuera *odi* : quia caro illud vult. Inter se quoque dissentiant ipsæ passiones, voluptatis enim passio facit, vt desiderem, quod honoris cupiditas odit ; desiderium verò honoris quærit, quod Auaritiæ Passio detestatur :

*b Prov. 13. 4.*

Et, vt Sapiens ait *b Vult & non vult piger*. Volo enim virtutem, quia bona est ; sed nolo eandem, quia difficilis est, & laboriosa ; amo vitium, quia delectat, sed idem nolo, quia dedecet. Hæc igitur passionum mearum desideria, carnifices sunt miserandi cordi mei. O quam

merito

merito de me ipso conquerar, dicens Deo cum  
 de me ipso conquerar, dicens Deo cum S. Iob, *c Iob. 7.20.*  
*e Quare posuisti me contrarium tibi, & factus* *d Rom. 7.24*  
*sum mihi metipso gratis: & cum Apostolo: d*  
*Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore*  
*mortis huius. Iuuet me Domine, gratia tua, vt*  
 à tanta liberer miseria.

Ex hac consideratione firmum & efficax  
 concipiam propositum, passiones meas mor-  
 tificandi, & simul propriam voluntatem: hæc  
 enim est, quæ vitam illis præbet, sicut & illæ  
 eandem fouent. Quare pariter oportet illas  
 iugulare, vt vincantur & subijciantur: tale  
 enim est consilium Ecclesiastici. *e Eccl. 18.*  
*piscientias tuas non eas, & à voluntate tua a-*  
*uertere. si præstes anima tua concupiscentias*  
*eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* *30.*

Ad horum executionem conferent multum  
 examina, quæ in sequentibus medi-  
 tationibus subijcien-  
 tur.



**QVA MODVS QVI-  
DAM ORANDI TRADITVR,**  
conscientia quotidie sub vesperam  
examinanda opportunus.

**I**TER media, qua ad animam à vi-  
tjs purgandam maxime conducunt,  
assiduis quoq; examinanda singulis  
diebus conscientia vsus merito annu-

S. Basl. ser.  
de Insti.  
Monach.  
S. Chrys. hō.  
in Psal. 4.  
S. Bern. &  
alij.

meratur. quem SS. Patres, & Spiritus magistri  
maior em in modū nobis cōmendant. Cuius EXA-  
MINIS instituendi ratio illa, quam B. Pater no-  
ster IGNATIVS, quinq; punctis comprehēsam  
tradidit, omnium, quas hactenus viderim, mihi  
videtur esse commodissima. Quod modum quen-  
dam orandi excellentissimum, & omni hominum  
generi conuenientem complectatur.

Ad cuius faciliorem intelligentiam est breui-  
ter pramittendum; duplici in dies debito, licet  
plurimum inter se discrepēt, ac diuersis ex cau-  
sis proueniāt, Deo nos obstringere. Alterum pro-  
uenit ex innumeris beneficijs; qua ab illo accipi-  
mus; alterum ex innumeris peccatis; quib' eun-  
dem offendimus. Prius debitum soluitur gratia-  
rum actione; posterius dolore. Porro iustum a-  
quumq; est, vt sicut quotidie vtroque hoc debito  
Deo obstringimur; ita sub cuiusq; diei finem v-  
triq; satisfacere studeamus; initio factō à priori;  
tū quod nos ad faciliorem alterius solutionem  
dispo-

disponat; tūn quod (vt S. Basilius ait) preces concepturos non deceat, semper illas à petitione auspiciari eorum, qua ad propriam nostram vtilitatem faciunt; ne eius potissimum causa, accedere videamur: sed expedit illas nonnunquam à diuinis laudibus, & affectuosa pro acceptis beneficijs gratiarum actione ordiri: quò ostendamus, Dei præcipuè gloriam nos querere: eamquè omnibus alijs nostris commodis preferre, ac pluris facere. Imò eadem gratiarum actio (teste S. Thoma) viam nobis, ad impetranda qua flagitamus, sternit. Haud enim Deus grauatè, postulata nobis largitur, cum videt, pro his qua accepimus, gratos esse.

PRÆTEREA, quoniam putidam scelerum meorum proluuiem commouere paro; ne illa desperationis, aut immoderata tristitia ansam præbeant, qua animum meum absorbeat, atque consumet: expedit illam beneficiorum diuinorum recordatione (vt S. Bernard. monet) præuenire, Deum pro illis laudando; & hoc a laudis freno (vt Isaias ait) os meum infrenando, ne præcipiter, aut inteream. Et quamuis hic ordo non sit semper (S. Bonauent. teste) in orationis exordio, necessariò seruandus: in presenti tamen exercitio, opportunissimus est, propter allatas rationes.

## PUNCTVM I.

PRIMUM igitur, reuocanda mihi sunt in memoriam beneficia, tum cõmunia, tum propria à Deo mihi collata; & nomina-

De constitu.  
Monast. c. 2.

2. 2. q. 83 a.  
17.

Serm. 11. in  
Cant.  
a Isai. 48. 9.

In Speculo  
Discipli. c. 6.

tim quæ hac die: ac pro omnibus summas ex toto corde gratias ei agam: agnoscedo, ingentia, & eximia illa esse: siue ipsius, immenso quodam amore illa conferentis singularem excellentiam; siue accipientis nulla merita, & magnam utilitatem spectem.

Quare, sigillatim illa recensendo, dicam: Gratias tibi ago D E U S meus, quod ex nihilo me condideris, & vsque in hanc horam in vita conseruaueris; Gratias item tibi ago, quod pretiosissimo tuo sanguine me redemeris, & Christianâ fide me imbui, membrumque Ecclesiæ tuæ fieri volueris: Sis benedictus, quod necessaria mihi ad victum, & vestitum hodie tribueris; ab ingentibus corporis, animæque periculis liberaueris; bonas, plurimasque inspirationes suggereris; atque ad actiones quasdam, quibus eram obstrictus, perficiendas, auxilium præstiteris.

Quicquid in me boni est, tuum id est: quare illius gloria ad te pertinet: gratias itaque tibi, quantas possum maximas, toto cordis mei affectu ago: omnesque Sanctorum Angelorum choros, & spiritus beatos, maiorem in modum rogo, ut pro me laudes tibi offerant, debitasque pro vniuersis in me collatis beneficijs gratias agant.

*Punctum hoc in 6. Parte fufius explicabitur.*

## PUNCTVM II.

**D**EINDE, instantius ab eodem Domino lumen petam, quo mea agnoscam peccata; gratiamque ad eadem ex intimo cordis dolore deslenda: tribus ingentis necessitatis, & miseriam meam causis ad utrumque impetrandum adductis: Memoria videlicet meam obliuione; Intelligentiam cecitate; ac voluntatis torpore. Ex quibus facile prouenit, ut diabolus a *triplici* peccatorum meorum *funiculo* a Eccl. 4. 18. constrictum me teneat; quem *difficile* *perrumpere* *valeo*: quia nonnullorum peccatorum eadem facilitate, qua perpetro, obliuiscor: alia, ob ignorantiam non agnosco; quæ verò intelligo, ob nimiam tepiditatem, debito seruore doloreque non desleo. Quapropter tuam, Deus meus, inspiratione, obliuioni meam adfer medelam; tua luce meas dispelle tenebras; & amoris tui igne tepiditatem inflamma, ut delicta mea agnoscens, eo animi dolore illa desleam, ut veniam adipisci merear.

## PUNCTVM III.

**H**AC petitione præmissa, mentem ad Deum erigens, ipsum tanquam Iudicem meum intuebor, qui severissimam alimam quando à me rationem exacturus sit, & a *Ierusalem*, a Sophon. 1. 12. (vt ait Propheta) hoc est animam meam, illiusque facultates, *in lucernis scrutaturus*; cunctaque scelera mea, etiã minutissima, quæcunque repererit, detecturus: imò (teste Dauide) non iniustitias modò, & peccata; sed *in iustitias* b Psal. 74. 3



ipfas & bona opera *iudicabit*, quibus interdum malæ circumstantiæ admisceri solent.

SANCTO igitur, ex hac consideratione, timore concepto, in ipsius Dei & Iudicis mei conspectu, examinare me incipiam de peccatis omnibus ea die, siue cogitatione, siue verbo, aut opere; omissione, & negligentia admissis. Præsertim verò attendam, num peccatum aliquod, quod David c *occultum* appellat, in me lateat: quod vel ignorantia vel in aduertentia culpabili, aut hostis nostri illusionem, vel fraude inductus fui, ut admitterem, & pro virtute potius haberem; ut, quæ verè fuit Ira, zelum reputauerim.

c *Psal. 18. 13.*

Conferent multum, ad rectè examen instituentum ea, quæ in primis punctis Meditationum de capitalibus peccatis, de præceptis diuinis, de sensibus, & potètijs animæ dicta sunt: in quibus omnia, quæ examinis etiam exactissimi & diligentissimi materia esse possunt, clarè satis continentur.

HAC verò ratione hoc examen instituum, ut, distributo die ipso in partes, dispiciam quid duabus primis horis egerim; quid deinde duabus alijs proximis, pretiosum à vili secernendo. Et si boni quippiam reperero, totum id Deo cum debita gratiarum actione attribuam; si mali, libertati corruptæ naturæ meæ adscribam. Et de omnibus malis simul confessionem humilem, quo maiori potero pudore, & dolore, coram ipso Deo faciam. Davidis exemplum secutus: d *Dixi: confitebor aduersum me*

d *Psal 31. 5.*

*iniustitiam meam Domino.* & clarius: Firmiter apud me statui, peccata mea coram Deo meo, non excusandi, sed verè accusandi gratiâ, confiteri; non etiam illa extenuando, sed exag- Psal. 24. 11. gerando potiùs ad meum maiorem pudorem: & iniustitiam ipsam meam, quam contra Deum peccando, contraxi, exactissimè ponderando, hæc enim optima certaque est, illorum veniam obtinendi ratio.

## PUNCTVM IV.

**E** NITAR quoq; maximum, quem possim, de admissis peccatis dolorem concipere: eò quòd illis Deum, qui summum est bonum meum, & quem super omnia diligere teneor, & desidero, & re ipsa nunc amo, offenderim. Hoc enim ad eò perfectò dolore, adiuncto etiam proposito, debito tempore confitendi, peccatorum remissio à Deo obtinetur; quem admodum ipsi Dauidi euenit, qui cum dixisset: *confitebor aduersum me iniustitiam meam*, mox subiecit: *Et tu remisisti impietatem peccati mei.* Et post patratum adulterium & homicidium, à Nathan Propheta reprehensus, vix dum dixerat: *a Peccatis Domino*, cum statim ab eodem 22 Reg. 12. 13. Propheta audiuit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Quare si in hoc vespertino examine possum Deo ex animo dicere: cruciat me, Deus meus, vehementisq; affligit, quòd te offenderim, & ad iram prouocauerim; diligo enim nunc te super omnia creatura: malletq; rerum omnium conditarum

iacturam fecisse, quàm te vel semel offendisse. Nunc autem diuinâ tuâ gratiâ opitulante statuo, me iniquitates omnes meas sacerdoti confessurum, nec ad eas amplius rediturum. Hoc inquam, si ex animo Deo Domino nostro dixerò: eodem temporis momento iustificor ita, ut, si ea nocte ex tempore mori mihi contingeret, et am confessione reipsa non peracta, quòd eam faciendi opportunitas defuerit; etiam si grauiissimis sceleribus obnoxius fuisset, non tamen propterea à Deo damnarer. Ex quo manifestè apparet, quanti referat, ante quàm incumbam, talem de peccatis dolorem concipere. Et si enim lethali aliquo crimine me obstrinxisset, & dormientem mors opprimeret (quòd nonnullis accidisse audimus) hoc habito de eo dolore, salutem consequar; sine quo tamè certò damnarer. Ad quem dolorem, qui vera contritio est, confert primum punctum cum tertio comparare; ingentia inquam beneficia, quibus Deus illa die me affecit, cum peccatis, quibus eundem ego irritaui: quòd vehementiori pudore suffundar, aduertens, quòd Deum tantæ bonitatis, adeoque eximium benefactorem meum, ausus fuerim offendere: erubescens etiam, quòd pro talibus beneficiis, tales gratias potius offensiones reposuerim.

S. Greg. 25.  
Moral. c. 26.

*Ad eundem dolorem excitant Meditationes; de peccatis initio posita, nominatim quinta, sicut & quæ infra ponetur, trigesima prima.*

## PUNCTUM V.

**D**ENIQUE, firmiter, Dei gratiâ adiuuante, statuam, proximo die vitam meam emendare; & contendere, ne in similia recidam: vta q; eisdem verbis, quibus David. *a iuravi & statui custodire iudicia iustitiae tuae,* *2 psal. 118.* non vno aut altero die, sed *in aeternum,* per totam vitam, in omnē aeternitatem. Quod propositum vt eiusmodi sit, necesse est, vt, præter ea, quæ proxima meditatione dicentur, occasiones disquiram, quibus ad peccata illa admittenda inductus fui, loci videlicet, talis personæ, negotii, quas etiam euitare proponam; quatenus in mea fuerit potestate: aut si id fieri non poterit, maiori certè cautela, & circumspectione aduersus illas me muniam. Verumtamen, quoniâ huiusmodi nostra proposita facilè mutantur, nisi gratiâ suâ Deus mentem nostram corroboret, atque confirmet: eundem supplex rogabo, vt qui propositum mihi & *velle impetire dignatus est,* gratiam quoque ad *perficiendum* largiri dignetur. *b Philip. 2. 13.*

Deniq; totum examen Dominica precatione cõcludã: morã maiori in tribus vltimis eius Petitionib<sup>9</sup> tracta; dulciq; , ac incundo cū Deo inito colloquio. Agnosco, Deus meus, duplici me debito tibi obstrictū; beneficiorum, quæ in me cõtulisti, & peccatorū quibus ingratiſſimè te offendi: Quæcūq; , Deus meus, hætenus præstiti, nō sufficiunt, vt reddam debitū meū: propterea igitur, quæ mihi desunt, offero pretiosissimum vnigeniti filij tui sanguinem, immenso amore

amore & animo grato, simulque extremo cruciatu & dolore profusum. Per eum te Domine obsecro, & obtestor, ut peccatorum meorum debita mihi remittas; & auxilio sis, ne eisdem me iterum obstringam; aut tentationibus, quibus incessanter impetor, unquam succumbam; sed ab omni malo, propter gloriam, & laudem sanctissimi tui nominis, libera, Amen.

## MEDITATIO XXIX.

**QVA RATIO AL-**

*tera traditur orandi, tribus diei temporibus, dum particulare examen ad vitij alicuius particularis extirpationem adhibetur obseruanda.*

Collat. 5.  
c. 15.



**P**OST generalem illam in anima à peccatis vitij, omnibus mundana curam & sollicitudinem, multum refert (vti SS. Patres, & precipue Casianus monent) particularem curam, & industriam in vno aliquo vitio, quod maius profectui nostro facessit negotium, extirpando, ponere. eâ enim speciali cura, faciliori negotio illud profligabitur: quo omnino deuicto, ad aliud similiter extirpandum accingemur; donec omnia tandem superemus, eo modo

quo

quo septem illa gentes Israelitici populi hostes, non simul omnes, sed sensim & a per partes casa atque deleta fuerunt. Hunc in finem gloriosus Pater noster Ignatius methodum quandam, particulare circa quodcunque vitium examen instituendi tradidit, qua vtilem omnino orandi modum continet in tria diei tempora distributum: matutinum, pomeridianum, & vespertinum, qua diuinis etiam literis tanquam hunc rei maxime commoda, & opportuna commendantur. Id enim Regius Prophetia indicasse videtur, cum dixit, b Vespere, mane, & meridie narrabo, & annuntiabo miseras meas: & exaudiet vocem meam: meq; ab eis eripiet. De Daniele quoque scribitur, quod c tribus temporibus in die flecebat genua sua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo: nunc peccata sua, nunc diuinas laudes proferens. Iuxta quod & nos hunc orandi modum in tria puncta, tribus his temporibus respondentia, distinguemus.

a Deuter. 7. 22.  
b Psal. 54. 18.  
c Dan. 6. 10.

PUNCTVM. I.

**P** RIMO, postquam mane me indui, flexis, iuxta morem Danielis, genibus in Dei conspectu, eum adorabo; gratiasq; pro vita, quiete, somnoque ea nocte mihi concessis, & liberatione a periculis, quam potero humillime agam: eadem vero opera examinabo breuiter, num a tempore, quo incubui, siue vigilantis, siue dormientis culpa aliqua acciderit: si quid vero tale deprehendero, ex toto corde dolebo.

DEINDE

E  
P  
ONTE  
P.

II.

DEINDE, cuncta, quæ die illa sum acturus, ipsi Deo offeram; pureque ad eiusdem gloriam & honorem dirigam: perseverentiam in pura hac intentione ad finem usque diei, imò & totius vitæ meæ, petam; & ut meas omnes actiones iis, quas vnigenitus eius filius in hac vita pro me obtulit, coniungere, & acceptare dignetur.

III.

a Psal. 100. 8

POSTMODUM, valido omnino, firmoque proposito statuum, nullam ea die culpam, diuinâ adiuuante gratiâ me admissurum: sicut David a *In matutino*, dicebat, *interficiebam omnes peccatores terra*, non materiali ferrove gladio, sed strenuo firmoque proposito, omnia destruendi, quæ Deo aduersarentur: ex animo optans, nihil in ciuitate animæ meæ inueniri, quod diuinis ipsius oculis displiceat; maximè illud, circa quod ex instituto extirpandum versor: sancto quodam perfectoque in illud odio exardescens; ob ingentia damna, quæ in rebus salutis, & profectûs mei, ex eo experior.

AIQUE ut efficax hoc sit propositum, multum referet non confusè res ipsas, earum difficultatibus non prius inspectis, accipere: sed quicquid graue molestumve ex eis in ipsa die verisimiliter mihi accidere potest, (habitatione conditionis, statûs, ac muneris mei; & negotiorum, ac personarum, quibus cum illa sunt transigenda) id totum prudentiæ oculis exquirere. & quicquid palato votisq; meis aduersum occurret, conabor, libenter ob DEI

amo-

amorem amplecti: simul statuens, nihil propterea me de humilitate, & patientiâ remissurum, aut culpæ vllius maculam admissurum: idque non meis, sed iis, quas Deus mihi largiturus est, viribus innixus: adiutus tamen efficacibus aliquibus rationibus, quæ me & conuincant, & iuclinent ad executionem: ad eum modum, quo Christus Dominus in horto Gethsemani, propositos sibi ob oculos cruciatus omnes, sequenti die sibi imminentes, magno acceptans amore, aduersus timorem, & tristitiam rationibus, & orationibus certauit, *Medit. 22. P. 4.* vt suo loco dicemus.

Quod si feruentiores, vlteriùs adhuc progredi, maioremque in virtutibus profectum assequi desiderant, amplecti illis licebit Anachoretæ illius Abbatis consilium, qui (vt refert *CASSIANVS*) solitariam vitam degentibus (quibus humilitatem, & patientiam exercendi occasiones non superant) suadebat, vt mente apprehenderent dolores, iniurias, contemptus, & cruciatus, qui vel ab hostibus, vel à sociis, & amicis, pietatis prætextu, accidere sibi possent (quales Sancti Martyres, & confessores sustinuerunt) eosque prompta voluntate ac libenter susciperent, imò cuperent, re ipsa sibi inferri, id quod etiam, vt *DEVS* permitteret, verbis illis Prophetæ Regij instanter peterent: *b Proba me Domine & tenta me; vire b Psal. 25. 2. renes meos, & cor meum: quia misericordia tua ante oculos meos est.* de qua confiderent, opem eius



eius tibi non defuturam. & huiusmodi fiducia  
 plenus ego dicam etiam: Utinam aliquis me  
 hodie in vna maxilla percuteret! quàm liben-  
 ter amoris tui causa alteram illi præberem!  
 Utinam aliquis contumeliâ, aut testimonio  
 falso me hodie afficeret: quàm id silentio fer-  
 rem; & in tuam gratiam gaudens tolerarem!  
 Utinam superiores mei graue aliquid, aut dif-  
 ficile mihi iniungerent: vt promptè, & hilari  
 vultu illud exequens, amorem, quo te DEVM  
 meum complector, re ipsa ostenderem. His  
 conceptis propositis, tum virtutes sensim au-  
 gentur, tum mens solidior robustiorque, ad  
 vitiis resistendum, euadit.

Imperfecti autem ac tepidi cautiùs in hu-  
 iusmodi propositis, & cogitationibus se gere-  
 re debent: ne ob imbecillitatem propriam fiat  
 illis tentationis laqueus, quod poterat esse  
 medium ad profectum.

## PUNCTVM II.

**C**IRCA meridiem ante mensam, in Dei  
 conspectu constitutus, petito diuino  
 lumine ad peccata mea cognoscenda,  
 me ipsum diligenter excutiam; & inquiram,  
 quoties in particulare illud vitium, à quo ma-  
 ne proposueram diligenter cauere, lapsus fu-  
 erim. Quòd si sapius id factum deprehende-  
 ro, vehementer erubescam: quòd quæ bene  
 proposueram, tam malè impleuerim; &, quòd  
 promiseram, retractauerim: Accusabo me igitur  
 de inconstantia, instabilitate, & infideli-

tate

tate mea, ingemiscens, quod hoc modo eum  
 offenderim, qui in promissis suis fidelissimus;  
 & in bene mihi faciendo, constantissimus est.  
 Reprehendam me igitur (vbi Cassianus mo- *coll. 19. c. 14*  
 net) hisce aut similibus verbis: Tute ille es,  
 qui hodie mane grandia quæque proponebas?  
 teque ad grauissimas iniurias sustinendas offe-  
 rebas? quo ergo modo lenissima tunc te pro-  
 strauit occasio? statueras, omnes Dei hostes  
 trucidare: & nunc eorum te minimo subiecisti?  
 Pudeat te tantæ socordæ, & coram Deo  
 humiliare; ac primum propositum renouans,  
 viuatiorem in Dei misericordia fiduciam sta-  
 tue; vt imbecillitatem tuam corroboret. Cau-  
 sam deinde & occasionem lapsum meorum  
 diligenter inquiram: vt vel fugiam omnino;  
 vel præueniam ita, vt omnino non recidam;  
 reliqua vero diei parte attentius huic cogita-  
 tioni attendam.

E O D E M porro tempore reuocane in me-  
 moriam potero, quemadmodum Christus Do-  
 minus meridie fuerit affixus cruci, & magnam  
 in eadem diei partem pependerit, ingentes  
 cruciatus summâ animi constantiâ, vsq; ad vi-  
 timum vitæ spiritum tolerans. In cuius bene-  
 ficij gratiam memoriam, statuam, & me fore  
 constantissimum, in particulari eo vitio per-  
 sequendo; & carni ac eius appetitionibus re-  
 pugnando: donec vel illud in me iuguletur;  
 vel ego contra illud decertando expirem.

L I C E B I T etiam interdum meminisse A-  
 scensionem Christi etiam fuisse meridie, quod

laborum fructu fruere. Qua etiam cogitatione ad recentem me confictum extimulabo aduersus animi mei perturbationes. In utraque verò hac consideratione, usurpare fas erit illud canticorum. *c Cant. 1. 7.* *Indica mihi ò dilecte animæ meæ, vbi oues tuas pascas, vbi cubes in meridie? vt ibi cor meum & desideria mea figam; nec vagari incipiã post gregeſ tot victoriũ.*

## PUNCTVM III.

**V**ESPERI, ante quàm decumbam, simile examẽ institutam eius, quod meridie peregi: lapsus matutini temporis, cum his vespertinis conferendo. Quòd si rariores hos fuisse deprehendero, grates Deo pro emendatione agam, à quo illa prouenit: sin plures, vehementius erubescam, quòd qui progredi debuissẽ, retrocesserim: nec tamen propterea abiiciendus animus est: sed iterum noua concipienda ex corde proposita emendationis: hæc enim via est, ad perfectam aliquando victoriam de vitiis consequendam. Propterea enim Spiritus sanctus dixit: *a Septies in die cadere iustum, & resurgere*: indicare nobis volens, cadentem ac vicissim resurgentem, eò peruenire iustum, vt firmus tandem consistat.

SIMILIS porò collatio instituenda est, inter lapsus primæ & secundæ diei, quæ inter matutini, & vespertini temporis primæ diei fuit instituta: vt quemadmodum S. Basilius monet, deprehendam: num Emendationis aliquid interuenierit. Ac similiter faciendum inter primæ hebdomadæ & secundæ lapsus, quæ

admo-

a *Prov. 24.*  
16.

*Ser. de Ab-*  
*dic. rerum.*

admodum hortatur S. Dorotheus: quod emendationis securæ aut neglectæ rationem habeam. Quæ ratio ut facilius mihi constet, tabellas aliquas paratas habere expedit, in quibus binæ ducantur lineæ, singulis hebdomadæ diebus respondentes, in qua tam priori, matutini temporis, in posteriori vespertini lapsus, punctis infixis adnotentur.

IVVERIT etiam, quoties in illud incidero vitium, pectus meum tundere; tum ut numeri lapsuum facilius recorder: tum ut de eo lapsu statim dolens, veniam implorem & obtineam. Nam & hunc sensum sententia illa habet: *b Septies in die cadet iustus; & resurget*: *b Prov. 24. 16.* quod statim atque iustus cadit, lumen ei cælesti adsit, quo de lapsu monitus ingemiscat, ita ut cadens in die, noctem ad resurgendum non exspectet: sed & si cadat septies, mox post casum doleat resurgat, seque emendare proponat: & porro ea ratione fit, ut lapsuum frequentiore adferat orationis, affectuum, atque propositorum bonorum occasionem, & usum; quibus lapsuum detrimenta cum novæ gratiæ foenore reparentur.

ALII Examiniandi, & in actiones nostras reflectendi modi tradentur in 6. Patre harum Meditationum. Meditatio 27. dum de iis agemus, quæ Deus dixit, absoluto opere creationis mundi.

— 50 —

MEDITATIONES, SACRAE  
 confessioni, & communioni præ-  
 mittendæ.

**Q**VONIAM anima candor, qui via pur-  
 gatiua scopus est, viriusque Sacramenti  
 confessionis, & Eucharistia frequenti vsu per-  
 fectè acquiritur: opera pretium me facturum  
 existimaui, si nonnullas hoc loco Meditationes  
 insererem, quibus ad ea dignè suscipienda nos  
 disponeremus: Eâdem verò operâ Tyronibus via  
 ostendetur, eius præparationis instituenda; &  
 magna frequentis eorundem sacramentorum  
 vsus existimatio, eorum mentibus ingenerabi-  
 tur: qua Deus nobis tanquam præsentissima sa-  
 lutis nostræ remedia constituit.

## MEDITATIO XXX.

**DE SANCTISSIMI**  
**CONFSSIONIS SACRAMEN-**  
*ti præstantia, & virtutibus, quæ in*  
*eo exercentur, gratiisq; quæ in*  
*eadem recipiuntur.*

## PUNCTVM. I.

S. Tb. 3. p. 9.  
 8. 4. 6. & 7.

**C**ONSIDERANDVM primum est,  
 quantum beneficium Ecclesie, & mihi  
 eius membro, Deus contulerit, dum

Sanctissi-

Sanctissimum POTENTIAE Sacramentum instituit: ac perpendenda nonnulla, quæ, cum eius beneficij præstantiam aperiunt, ad eiusdem frequentem usum alliciunt.

PRIMUM, quod cum solius Dei proprium sit, peccata dimittere, iuxta illud Isaïæ: *a Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me*: idem tamen eam potestatem sacerdotibus permiserit, certos nos reddens, approbaturum se in cælo, quam illi sententiam tulerint in terra, benignissimè autem voluit hos ministros homines esse, peccatis sicut cæteros obnoxios, & eodem porro poenitentiae remedio indigentes: ut maiori peccatorum ad se venientium commiseratione tangerentur. Potestatem verò ad eam amplam eis contulit, ut nullum, quamvis gravissimum, sibi reseruet; nec peccatorum, quæ dimissuri essent, numerum præfixerit; aut, quoties peccatorem redeuntem absoluerit, constituerit. Imò S. Petro de numero hoc percontanti, responderit: *c non septies tantum, sed septuagies septies*, hoc est sine numero & limite, fratri veniam flagranti esse remittendum. I. a Isa. 43. 25. b Ioan. 20. 23. c Matt. 18. 22.

Ex quibus mirum in modum summa DEI bonitas & clementia elucet; nec non ingens ignoscendi nobis desiderium. O benignissime Pater, septuagies septies, & totidem vicibus millies repititis laudent te omnes beatorum spirituum chori, pro insigni hoc beneficio, quo nos peccatores in terra degentes affecisti: ut toties nobis peccata remittere velis; quoties

aliquo nos scelere obstringimus: si deliquisse dolentes, veniam postulemus: eò quòd tua misericordia maior sit, quàm nostra miseria. Magnà igitur fiducià accedam, vt illatà iniurià veniam impetrem; quandoquidem ipsemet, cui illam intuli, ad eò liberaliter benigneque veniam mihi offert.

## II.

EXPENDENDVM deinde, summum hunc Dominum & iudicem, seuerissimum illud de vita & actionibus nostris iudicium, quod tum priuatim in fine vitæ cuiusque, tum generatim omnium in nouissimo die, instituturus est in mitissimum illud, quod in hoc sacramenti foro transigetur, ita commutare; vt iuxta Apostoli sententiam. *d Si nos ipsos diiudicauerimus*, si in hoc nimirum Sacramento à Dei ministro iudicati, & absoluti fuerimus: *non utiq;* de eisdè actionibus iterum iudicandi, aut propter illas damnandi simus: Nam & in hunc sensum scriptura loquitur, cum dicit: *e Non consurget duplex tribulatio, aut vindicabit Dominus, bñ in id ipsum, in tribulatione.*

d 1. Cor. II.

31

S. Cypr. ser.  
de Passio.

e Nahum.

1.9.

## III.

f Zach. 13. I.

DENIQUE, sacramentū hoc, est f *Fons ille aqua vite*, quē (iuxta Zachariæ prophetiā) Deus in Ecclesia cōstituit in *ablutionē peccatorū*; ad sanandas aegritudines, & vulnera vitiorū, ad vitā gratiæ, charitatis, & virtutū splendorē restituendum; ad amissa merita reparanda, & reliqua peccatorū damna instauranda: Est fons perennis & patēs, nullo vnquā tēpore exiccādus; nec à Deo dū viuemus obstruēd⁹: potius in votis est illi, vt statim atq; lapsi, & maculati fuerimus,

ad

ad fontē, ablutionis gratiā accedam<sup>o</sup>. Benedi-  
ct<sup>o</sup> ille sit fōs bonitatis diuinę, è quo hic tanta  
ei<sup>o</sup> misericordię scaturit. Accede, anima mea,  
ad g<sup>o</sup> fōtē hūc Saluatoris, ex quo hauries aquā sa- § Isa. 13. 3.  
luris: accede autē cū tristitia q<sup>d</sup> ē ob tua pecca-  
ta; sed simul cū gaudio ob spē ea in illo abluēdi  
Punctū hoc fufius in 5. Part. medit. 9. deducetur

## PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDVM deinde, quā sit o-  
pus pręstās ipse confessionis actus, quò  
ad frequentiorē eius exercitationē ma-  
gis alliciar: Perpendens, institutū à Christo ef-  
se hoc Sacramentū in Ecclesia, vt homines ex  
ppriis peccatis occasionē sumerēt, excellētes  
virtutū act<sup>o</sup> eliciendi, quibus detrimēta, ob sua  
peccata accepta, repararēt; lucra noua acqui-  
rerent. Hi autem actus pręcipue sunt septem.

PRIMVS est actus FIDEI, quo firmiter cre-  
dimus, Potestati remitti peccata, quę ad so-  
lū Deum alias spectat, sacerdotibus ita factam  
a CLAVES QVE Regni cęlorū, quibus eius por- a Matt. 18. 18  
tas aperiāt, ita eorū manibus traditas: vt gra-  
tię, dona q<sup>;</sup> cęlestia ad peccatorū iustificatio-  
nem, per illorum hoc munus descendant: &  
iustificati ad Regnum illud admittantur.

SECUNDVS est SPEI, quę omnē humanam  
superat: Nā quę apud mundi huius tribunalia  
confessio fit, reum condemnat; quę verò in  
huius Sacramenti tribunali, eundem absoluit.

TERTIVS est CHARITATIS, qua vehe-  
mens concipitur dolor, ob infinitam bonitatē  
offensam, & eius amissam gratiam; desideratur



verd ex toto corde eius recuperatio, vt ex toto corde Deus ametur, & impèrè eidè seruiatur.

IV. **QUARTVS** est heroicæ **HVMILITATIS**, qua peccator non Deo tantùm, sed homini etiam se subiicit, dum secreta conscientia Dei ministris aperit, quamuis magnum id pudorem & confusionem ipsi adforat: quam tamen sponte subit, Dei amore, quem antea offenderat, libenter amplectitur; etiam desiderans, eo se loco apud omnes esse, quo reuera est, peccatoris nimirum.

V. **QUINTVS** est excellentis **OBDIENTIAE** in re valde ardua, vt proximè dictum est, subiiciendo se confessario, tanquam sibi superiori; vt in omnibus obtemperet, quæ ipse iniunxerit.

VI. **SEXTVS** est sublimis exactæque **IUSTITIAE**: qua ipse peccator contra seipsum agit accusatorem, testem, Iudicem, sententiaque executorem; nec coactè, sed sponte se ministrorum Dei iudicio subiicit, animo, eorum sententiam amplectendi; eaque ratione illatas Deo iniurias in seipso vlciscendi, acdamna, si qua proximo intulit, reparandi.

VII. **SEPTIMVS** est insignis **FORTITVDINIS**, qua seipsum vincit, & naturalem ac vehementem ad sua contegenda & excusanda peccata propensionem sicut filius Adami pro parentis, à quo omnes homines illam hereditate acceperunt. Quamobrem qui seipsum in hoc vincit, plus quàm homo est censendus: quod indicasse videtur Iob, dicens: b *si*

b *Iob 31. 33.*

*abscondi.*

*abscondi, quasi homo, peccatum meum.* Imò maiori nonnunquam fortitudine ad peccatū humiliter & ingenuè cōfitemdum opus est; quam fuerit ad illud non admittendum. Teste enim S. Gregorio, maius homo certamen subire cōsuevit, ad commissum facinus aperiendum, quam ad resistendum eidem. Ac proinde non est minus admirandus, qui demissè sua peccata confitetur, quàm qui alias virtutes exercet.

22. Mor. 6.  
21.

SEPTEM hi heroici actus confessionem ita comitantur, ut magnū apud Deū meritum; nec minorem apud Angelos, & prudentes confessorios gloriā, obtineat: ac proinde meritò contendam, magno illos spiritūs feruore, quàm potero perfectissimos elicere: quò fructus confessionis sit copiosior: Dicam què mihi ipsi illud Ecclesiastici: *c Da, & accipe: & iustifica animam tuam.* Et siquidem Deus septem tibi capitalia remittit peccata, & septem spiritus sancti dona communicat: redde tu eidem septem hosce actus, quibus te ad ea dignè suscipienda disponas. *d Osecit a septies exemplo pueri illius, quem Elisæus propheta à mortuis excitauit,* proferens imo ex pectore septem hosce affectus; ut ad nouam te Deus vitam exsuscitet; & ad summum illius fastigium extollat.

c Eccl. 14. 16

d 4. Reg. 4.  
37.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIÒ, perpendēde sunt gratiæ, & beneficia, quæ Deus largitur ijs, qui debita dispositione sacramentum hoc rite quæ suscipiunt: quæ ad tria illa reduci possunt,

a Ro 14. 17.  
b Mat. 3. 2.

in quibus Apollolus Regnum Dei poluit, a Re-  
gnum, inquit, Dei est IUSTITIA, & PAX, &  
GAUDIUM in spiritu sancto. Hoc enim b Re-  
gnū omnibus verē pœnitentibus promittitur.

I.  
S. Aug. in il-  
lud Psal. 95.  
Confessio &  
pulchritudo  
in conspectu  
eius.

PRIMÒ, confert illis IUSTITIAM, siue  
iustificantem gratiam, dum ab omnibus pec-  
catis liberans, Dei amicos, & filios adoptiuos,  
Regniq̄ue illius hæredes constituit. Cū hac  
gratia charitatem quoque, cæterasq̄e virtu-  
tes infusas, & Spiritus S. dona impertitur; nec  
non veram animæ pulchritudinem, quæ sem-  
per est cum humili confessione coniuncta. Il-  
lis verò, qui ad confessionem cū Iustitia acce-  
dunt, eandē adauget, & impletur illud Apo-  
calyp. c Qui iustus est, iustificetur adhuc: & illud  
Sapientis: c ne reuearis vsq̄ue ad mortem iusti-  
ficari.

c Apoc. 22.  
11.  
c Eccl. 18.  
22.

II.

DEINDE, largitur PACEM supernatura-  
lem: non solūm quòd eos secum reconciliat;  
verum etiā, quòd in gloriosę victorię præmiū,  
quam de seipsis referunt, dum confessionis dif-  
ficultates superant, triplicē illis de hostib⁹ vi-  
ctoriam tribuit. Nam alios profligat; alios in  
fugam conuertunt; reliquos sibi subiiciunt. d  
Peccata enim ita profligat, vt in profundā ma-  
riū proyiciat; Demones cum vniuersis eorum  
tentationibus ac molitionibus fugam capesse-  
re cogunt: nihil enim maiorem illis terrorem  
incutit, quā si conscientię vulnera perito ca-  
curandi medico manifestentur; Passiones de-  
niq; & vitia carnis spiritui subiiciunt. Nam,

d Mich. 7. 19  
d Prou. 16. 7

ait Sapiens: d Cum placuerint Domino vicia ho-  
minū,



*minis inimicos quoque eius conuertet ad pacem.*  
 Quare optimum ad tentationes, & passiones  
 debellandas medium est, si eas confessario, &  
 Patri spirituali detegas: nam quando illæ la-  
 tent, Diabolus uiuit in pace, nos uero in peri-  
 culofo certamine: ubi autem illæ aperiuntur,  
 ille fugam init, nos uero ad pristinam reuertimur  
 pacem.

*Cassi Coll. 2.  
 c. 10. & 11.*

TERTIO, dat illis GAUDIUM in Spiritu  
 sancto: nam timoribus atq; tristitijs omnibus  
 expulsis, quæ ex mala conscientia nascuntur:  
 ingenti eos gaudio replet, ob adeptam remis-  
 sionem peccatorum. quod Dauid insinuaui,  
 cum dixit: *e Auditui meo dabis gaudium & læ-  
 titiã; & exultabunt ossa humiliata.* Cum enim  
 grauissimum peccatorum pondus tollitur, quo  
 premebantur; & tristitiæ spiritus pellitur, qui  
 exsiccabat ossa, eosq; consumebat, reuiuiscunt;  
 & certa spe uenire, uitæque æternæ arrabone,  
 qui ex ea nascitur, capita attollunt.

III.  
*S. Bonaa. in  
 Specul. disci-  
 pl. p. 2. c. 3.  
 e Psal 50. 10*

HAC consideratione meipsum excitabo,  
 ad omnia, quæ ad ueram integramque Confes-  
 sionem faciendam necessaria sunt, perficienda:  
 quantumuis ardua illa, labore, & pudore ple-  
 na esse uideatur, Perpendens mecum: uel nul-  
 la illa esse, uel prorsus exigua, si cum eximijs  
 bonis, quæ Deus, daturum se mihi pollicetur;  
 & sempiternis malis, quæ hac ratione euadam,  
 conferantur.

Adhæc, si memoria repetam omnia, quæ  
 Christus Seruator noster pro peccatorum  
 meorum expiatione fecerit; ac: hosque dolo-  
 res,

res, & cruciatus, quos eadem causâ sustinuerit: mox mihi exigua omninò videbuntur, quæ à me exigit, vt illis ignoscat. Si deniq; ex instituto in eam cogitationem incumbam, vt benè intelligam, quàm multa, & grauià Deus à me posset exposcere, si rigore iustitiæ suæ vti vellet: (siquidem æternos cruciatus, pudorem & confusionem æternam sum promeritus) mox exigua & pauca videbuntur, quæ nunc à me exigit, vt omnia illa, quæ petere poterat, mihi remittat. Quare ad ea, quæ exigit præstanda, illis me verbis ab aliquo monei cogitabo, quæ serui Naaman illus Syri Domino suo dixerūt.

f 4. Reg. 5.  
13.

*f Pater, & si rem grandem dixisset tibi Propheta, certe facere debueras: quanto magis, quia nunc dixit tibi: lauare, & mundaberis.* O igitur anima mea: Si Deus multa, eaq; grauià tibi imperasset, vt à lepra peccatorum tuorum sanareris: par erat illa omnia, summa animi promptitudine & fidelitate præstare: quanto ergo magis, dum rem adeo leuem, & facilem à te requirit, cōfiteri nimirum peccata tua, & sanaberis? lauare igitur septies in Iordane penitentia, confessioni tuæ septem illos affectus siue actus adiungens, & à delictorum tuorum lepra mūda euades. Gloriare cum S. Iob, quod

g Iob. 31. 33.

*g non absconderis quasi homo peccatum tuum: neque celaueris in sinu tuo iniquitatem tuam.*

h Eccl. 4.

*h Amplectere consilium illud Sapiētis, h Pro anima tua ne confundaris dicere verum: est enim confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam & gratiam. Si pudore victus*

pecca-

peccatum tuum celaueris; illud amplius augebis: si tamen, pudore victo, illud confessus fueris, eximiam in cælo gloriæ coronam pro hac victoria, quam confitendo culpam obtinuisti, consequeris.

## MEDITATIO XXXI.

## DE PRÆPARATIONE AD POENITENTIAE sacramentum.



INIS huius Meditationis est, vt ante ipsam confessionem iudicium quoddam adeo exactum de me ipso instituum, vt omnes difficultates, quæ in sacramentali iudicio, in quo Iudex est confessorius, occurrere possint, apud me ita expediam, vt in nouissimo illo, in quo supremus Iudex seuerissimam à me rationem exigat, securus existam. In hoc itaq; iudicio incumbit mihi munus Accusatoris, Testis, Iudicis, Rei, ac dominus sententia executoris siue mei ipsius carnisfici: ita enim S. Greg. Conscientia, inquit, accusat, ratio iudicat, timor ligat, dolor exerceat. Conscientiâ igitur me ipsum de omnibus omnino peccatis meis, nullo pretermisso, accusabo. Ratione, quid pro illis meritis fuerim iudicans, sententiam proferam, qua me ipsam ad grauem penam condemnem: Timore Dei, seueriq; eius iudicij me ita ligabo, vt ad quam debet penam, quam siue ratio ipsa dictauerit, siue confessorius

26. Moral.  
c. 26.

pra-

prescripserit, subeundam, promptum me offeram: Dolore deniq; animū, & cor meum, ob illatas creatori meo & benefactori clemētissimo iniurias conteram, & excruciabō. Hi quatuor actus intra cordis mei cubiculū exercēdi sunt, & considerationibus ad id ordinatis persuecēdi: memoria præcipue præsentia Dei, summi viuorum, & mortuorum Iudicis, quem in Throno Maiestatis suæ residentem intuebor, ea ratione, quam Meditatione noua iudicauī. Cuius aspectus efficiet, vt maiori diligentia, & fernore actus illos quatuor eliciam. Quam ob causam sæpe in diuinis literis monemur, nos coram Deo examinare ac iudicare, eum nobis in memoriam reuocātes, vt iudicio nostro intersit. Ita enim Iob: a Quis mihi tribuat, vt veniam vsque ad solum eius? b Isai. 43. 26 Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus. Et Isaias: b Reduc me in memoriam, & iudicemur simul.

a Iob. 23. 4.

b Isai. 43. 26

b Isai. 43. 26

PUNCTVM I.

S. Thom. 3.

p. 9. q. 4. 2.

**C**ONSIDERANDVM primū, voluisse Christum Dominum nostrum, Actus ipsos nostros esse partes huius Sacramenti, contritionem, confessionem, & satisfactionem: qui tribus peccandi modis, cogitatione, verbo, & opere correspondent: vt hac ratione ego ipse ad meam iustificationē concurrā; actionibus meis ad veniam impetrandam me disponendo, sicut meis actibus Dei gratiā amisi. Cū itaq; Deus actus meos ad eō sublimare & nobilitare velit, vt eius gratia

recu-

recuperandæ sint instrumenta; consentaneum  
 omnino est, qua maxima possim perfectione  
 eos efficere, in hoc vel maximè sapientis con-  
 silium sequens, qui suadet. *a In omnibus operi-* *a Eccl. 33.*  
*bus tuis præcellēs esto, postulatâ ad vnumquod-* *23.*  
 que opus speciali à trib<sup>9</sup> diuinis personis gra-  
 tiâ. Ab spiritu S. cui charitas tribuitur, cõtri-  
 tionem petam, supplex rogans, vt diuini sui  
 amoris igne animam meâ accendat, à quo do-  
 lor hic proficiscatur, qui omnem peccatorum  
 meorum absumat rubiginem: Ab vnigenito  
 Dei filio, qui est verbum Patris, cui Sapiencia  
 assignatur, lucem efflagitabo, ad scelera mea  
 cognoscenda, & humilibus veris in cõfessio-  
 ne exprimēda: vt absolutionem consequi me-  
 rear: A Deo Patre, cui potentia tribuitur, for-  
 titudinem postulabo, ad satisfactionis opera  
 constanter perficienda, donec poenam omnem  
 peccatis meis debitam dissoluam. O Trinitas  
 beatissima, assiste cordi, & labijs meis, vt pec-  
 cata omnia mea ritè confitear, & perfectam  
 omnium remissionem obtineam. Amen.

## PUNCTVM II.

**E**XPENDENDA deinde sunt, quæ ad *Contritio.*  
 tres hosce Actus, quàm exactissimè ex-  
 ercendos, sunt necessaria. Quoad CON-  
 TRITIONEM, qui primus est Actus, non  
 ero contentus eo, qui Attritio dicitur, &  
 oritur ex timore quodam seruili poena-  
 rum Inferni: sed perfectam contritionem  
 habe-



*Medit. 28.  
pualt. 4.*

habere contendam, quæ ab amore Dei super omnia; vt supra dictum est, proficiscitur. Quæ obrem enitendū est, vt dolor hic sit quamperfectissimus: est enim mensura gratiæ, quæ in hoc Sacramento confertur: ita vt, si dolor modicus sit & remissus, gratia quoque sit parua; si magnus & perfectus, amplissima & illa sit: & quod dolor intensior, eò gratia copiosior: quod si nullus omninò adesset dolor, nulla quoque prorsus gratia conferretur. Quapropter, cum potissima præparationis huius pars in doloris perfectione consistat, ad eius perfectionem illis me considerationibus excitabo, quæ in quinta Meditatione sunt positæ; & eodem spectant aliquæ similitudines, quibus sacre litteræ ad amoris lachrymas nos inuolant.

*Amoris lachrymæ.  
a Jerem. 6.  
26.*

Aliquando enim monent: *Luctum vnigeniti fac tibi, plāctum amarum:* vt videlicet, sicut mater vnigenitū filiū, in quo omnē spem suam & amorem repositum habebat, mortuū tenerimè deflet; ita ego spiritualement animæ meæ (quæ vnica mihi est, & clarissima esse debet) mortē, quam immanissimè culpā meā interemi, æternæq; mortis obnoxiam feci, grauissimè, & amarissimè flere debeo. Et qui rei alicuius mihi caræ iacturā tanti facio; vt à lachrymis me continere nō possim: par certè est, copiosiores & ex intimo corde eas emittere, in rei aded preciosæ, & super omnia charissimæ iactura: eò vel maximè, quod lachrymæ in hac causa optimè collocentur: Mater enim,

etli

et si copiosissimas fundat, nunquam uirginem  
 reuocabit ad vitam: Ego uero lacrymis cōtri-  
 tionis, mortuam animam meam uitæ restituam. O  
 Deus immēse, uehementer me pœnitet irrog-  
 ta tibi iniuriæ, qua etiam animæ meæ mortem  
 intuli: quæ quoniam potiori iure tua est, quam  
 sit mea, miserere te obsecro illius. *b Erue astra*  
*mea mortis, Deus, animam meam; & de manu*  
*canis Infernalis uincam meam: ut tibi uiuens,*  
 confiteatur nomini sancto tuo. Amen.

*b Psal. 21. 21*

## II.

NONNYNQVAM eadem sacræ literæ,  
 dum iustissimum & communem fletum ob il-  
 latam Christo Domino mortem cōmemorant,  
 ut apud Zachariam: *c Plangent*, inquit, *eum*  
*planctu quasi super unigenitum. & dolebunt su-*  
*per eum, ut doleri solet in morte Primogeniti:*  
 docēt me, inquam, quid me facere deceat; qui,  
 ut Apostolus ait: *d rursus mihimet ipsi*, hoc est  
 in me ipso multis meis peccatis *crucifixum*  
*filium Dei, & ostentui habuerim*: quod enim in  
 me fuit, mortis eius occasionem dedi. O Vnice  
 Patris æterni fili, supra omnem modum me  
 pœnitet culpæ meæ, qua mortis tuæ in anima  
 mea causa exstiti: reuertere, quæso, ut gratiã  
 tuã in ea uiuas, pro cuius uita mori non dubi-  
 tasti.

*c Zach. 12.*  
*10.*

*d Heb. 6. 5.*

## III.

QUANDO QVE admonent etiam, ut in-  
 star sponsæ *e Virginis*, quæ ob sponsi charissimi  
 mortem, à quò omnis eius fortunæ ratio pen-  
 debat, uidua, pauper, & ab omnibus deserta  
 manens, totam se lacrymis & luctu tradit: ita  
 ego scelera mea defleam, quibus Deum, animæ

*e Ios. 1. 8.*

meæ dilectissimum sponsum, & cum eo gratiæ & charitatis eius margaritas, cæteraque dona, quæ is mihi contulerat, amisi: ideoque verè vidua remanens, nullos bonorum operum, quæ vitam æternam promereri possunt, filios procreare valeo, utpotè deserta, & speciali dulcissimi sponsi mei protectione destituta. O vrinam præ tantæ iacturæ doloris magnitudine cor meum comminueretur & creparet: quod talem sponsum, tales margaritas, tam suauem securamque protectionem amiserim.

QVOD si adhæc omnia cor meum durum experiar, nec peccatorū dolore tangi, aut tot amoris considerationibus emolliri sentiam, adhibebo eas, quæ timorem incutientes, (quas supra posuimus) me excitent; & (ut S. Bernar. ait) timor ipse *excitetur, ut me excitet*; amorisque mihi ianuam aperiat. Time, ô anima, summi eius iudicis vultum, quem cœlorū potestates reformidant. Time iram omnipotentis, & faciem furoris eius; casuri interiturique mūdi fragorem; Ignem, qui omnia depascens, in cinerem illa rediget; Archangeli vocem homines ad vitam reuocantis; asperrium denique nouissimæ sententiæ verbū, quod summus Iudex est prolaturus; Draconis dentes; ventrem Inferni; Rugitus & vlulatus ferarum, quæ sunt ad laniandum & deuorandum paratissimæ; vermem continuò rodentem, & nunquam moriturum; Ignem semper exurentem; fumum, sulphur, turbines, & exteriores tenebras. *f. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis*

Serm. 16. in  
Cant.

Jerem. 9. 1.

fon-

*fontem lacrymarum*, quibus sempiternum illum planctum, dent ū stridorem, manuum pedumque colligationes, ignearum catenarum prementium & exurentium, sed nūquam consumentium pondus prænire valeam. Hisce timoris lacrymis, ad alias amoris me preparabo; quia, vt S. August. inquit, timor acus instar esse debet, quæ, etsi pannum ingreditur, non tamen in eo manet; sed filum, quod introducit, sui loco relinquit; quò disjunctæ aliàs partes coniungantur: sic timor adhibetur, vt charitas inducatur: quæ animi affectus ita coniungat, vt omnes in Dei dilectione, & peccatorum aduersus eius legem admissorum lacrymis occupentur.

## PUNCTVM III.

**Q**UOD ad secundum huius Sacramenti actum, qui CONFESSIO est, attinet; præmissa diligenti peccatorum examinatione, eo modo, quem 3. puncto Meditationis trigesimæ posuimus. PRIMVM, firmiter statuam, omnia mea scelera, quantumuis sæda, integrè confiteri: vt pudorem omnem, qui me ab eo deterere possit, considerationibus in sine proximæ superioris Meditationis positis euincam: additâ & illâ sententiâ: Præstat ferre in vultu pudorem; quàm in corde maculam, & læsionem. Quòd si nunc exiguum faciei pudorem ferre non potes: multò sine dubio grauiorem in die Iudicij ferre cogèris.

*In illud 1.  
Ioan. 4.  
charitas  
perfecta fo-  
ras mittit  
timorem.*

*Confessio.*

I.

CVM præterea DEVS omnia & singula tua delicta probè cognita, & exploratâ habeat: Quid interest, si & eius Minister, qui ab eisdem absoluedi potestatem habet, ea nouerit? Quamobrem da potiùs gloriam Deo, & plene omnia, ac canidè confitere. Neque enim

a *Ios. 7. 25.* confessio hæc nec in tibi adferet, sicut a *Achano* attulit, quam fecit de furto suo; sed vitam

b *2. Reg. 12.* & gratiam, sicut attulit b *Dauidi* confitenti coram *Nathan* suum adulterium & homicidium

13 *De purit. cō-* Expediit verò (vt S. Bonauent. aduertit) *scientia c. 1.* hac animi fortitudine, & intentione, à peccato maxime pudendo, & quo maxime erubescamus confessionem auspicari. Cùm enim statim in. tio potentissimus inimicorum prosteruitur; reliqui deinde debiliores nullo negotio superantur: Sicut *Goliath* Gigante deuicto, cæteri *Philistæi* se in fugam comecerant.

## II.

S. Thom. in  
Additio. q.  
9. 4. 4.

DEINDE accedet propositum, summâ quâ potero, animi demissione eadè omnia ita manifestandi; vt confessio clara sit, pura, simplex, nuda, & intentione rectâ: absque excusatione, aut imminutione culpe, quæ verè adest: nec eam in proximum vt *Adamus*, neq; in serpentem & hostem tartareum vt *Eua* consciendos; sed sibi ipsi adscribendo, sicut fecit *Dauid*: *Confitebor*, dicens, *aduersum me iniustitiam meam*, eandem & *multam*, & grauem esse agnoscendo. Cauendum interim est contrarium extremum, nimia videlicet eorundem peccatorum exaggeratio: ne confessio, ficta esse credatur,

c *Psal. 31. 5*  
d *24. 11.*

datur, aut honoris ambitiosa, quæ humilitas haberi velle poenitens videatur. Est enim vana gloria subtilis, quæ varijs vijs sese insinuat & honorem aucupatur.

TERTIO statuum, confessarij mei monitis & reprehensiones audire, magno silentio, & animi submissione, nec eas quantumuis acriter & asperas interrompere: sicut fecit David, qui patientissimè terribilem Nathan Prophetæ increpationem totam audiuit: culpamque suam agnoscens. *Peccavi, inquit, Domino: Et Ecclesiasticus monet: f Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* Quæ autem gratia melior esse potest eâ, quæ hic tibi confertur? quæ Dei amicitia est.

AD hæc facilius præstanda multum confert, Confessarium ipsum non vt hominem intueri; sed vt verè ministrum, Deiq; vices gerentem: ideoque Deum ipsum in eo agnosceret; ac propterea internâ & externâ reuerentiâ eundem prosequi oportet. Ob id enim DEVS voluit, confessarium non hîc vti precandi formam, vt poenitenti veniam impetraret; sed formam potestatem habereis quæ dicit: *Ego absoluo te.* O anima mea, siquidē tale æternæ vitæ verbum audituram te speras: num magnum te facere existimabis, si temporali aliquo pudore, confitendo tua delicta, afficiaris? *g Quam bonum, inquit Sapiens, est, correptum manifestare poenitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum, quia ab illo absoluëris.* Detege semel omnia flagitia tua, siquidem Deus vniuer-

S. Bern de  
Gradi. humili-  
lit. Simula  
ta Confessio.

III.

e 2. Reg. 12.

13.

f Eccl. 32. 9.

S. Bonau p.

2. Speculi c.

3 & de In-

forma. No-

uittior. c. 12.

g Eccl. 20. 4

h Ezech. 18.  
22.sim promisit: h *Omnia iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.*

## PUNCTVM IV.

Satisfactio.  
I.

**C**IRCA tertium actum, qui est SATISFACTIO, statuam firmissimè, obtemperare confessario in omnibus, quæ meritò mihi iniunxerit: siue ea ad morborum spiritualium medelam; siue ad satisfactionem Deo pro illatis ei iniurijs faciendam, spectent. Decet enim ægrotum, medico in ijs, quæ tum ad sanitatem recuperandam; tum ad vitanda eius amittendæ pericula spectant, obedire: nec minùs æquum est, debitorem creditori suo, quoad fieri possit, satisfacere. Cùm igitur Deus peccata mihi condonare, & æternam, quam illis promeritus eram, pœnam in temporaneam commutare velit: consonum omninò est, me ipsum ad eam exsoluendâ, quâ confessarius imponet, paratum offerre, dicereque cum Dauide: *a Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper: quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo, daboque operam: ut nec memoria mea, peccati mei obliuiscatur; nec oculi cessent à lacrymis, nec manus à vindicta sumenda, donec fuerit omnino deletum.*

a Psal. 37. 18

II.

AD id præstandum magnum subsidium adferet asperrimæ, quam ipse Christus pro meorum peccatorum expiatione fecit, pœnitentiæ consideratio. Quæ enim seuerior esse potest disciplina, quàm ipsius fuerint flagella?

quod-

quodnam asperius cilitium, quàm spineæ ipsius coronæ, & clauorum cuspides? Quæ molestior vigilia, quàm ipsi fuerit, tota nocte Passionem præcedente? Quis durus adeo angustusque lectus, atque Crucis fuit: in qua ipse expirauit? Quodnam aded seuerum ieiunium fuit, atque ipsius: qui, cum tota die passionis nec comedisset quicquam, nec bibisset; paulò antè mortem felle & aceto fuit potatus? Anima mea, quandoquidem Christus immania & atrocia adeo pro ijs peccatis est passus, quæ non fecit; patere & tu nõnihil pro ijs, quæ tu ipse perpetrasti, & *b fructus fac dignos* b Matt. 3. 8. *penitentia*: Arbor enim, quæ fructus non protulerit, quales Christus, non habebit partem cum Christo.

AD idem conferet etiam plurimum consideratio poenarum Purgatorij, quæ ponetur inferiùs. Est enim amèria manifesta, nolle debitum soluere, donec me creditor in carcerem cõpingat: ex quo. donec vltimum quadrantem reddidero, exire non possim; & quod leui Satisfactione, magnoque compendio, & emolumento meo reddere in hac vita possem, ad acerbissimas Purgatorij poenas rejicere. Eadem enim benignissimi Dei liberalitas, quæ id ipsum quod hic sponte ad debitum meum exsoluendum offero, nouo ipse præmio afficit: augmento videlicet gratiæ & gloriæ. quod tamen, si in Purgatorio reddam, non habebõ.

AD extremum, firmissimè constitutam, vitam emendare, & ad peccata pigmenta non redire.



dire. Sine hoc autem firmo animi decreto, contritio erit ficta; confessio sacrilega; satisfactio etiam ipsa inutilis; & absolutio nullū habebit effectum. Neque enim habenti animum reuertendi ad peccata, dimittentur admitta. Imò etiam cum leuis & venialis est culpa, non dimittitur; nisi abstinendi ab ea propositum adfit.

HAC præparatione, sanctisque his affectibus, & propositis seruatis, securè possum ad hoc sacramentum accedere: opere, quæ mecum constitui, exequendo, ingenti desiderio veramutatione vitam meam innouandi: Quasi mecum Ieremias Propheta verbis illis esset locutus: *c statue tibi speculum, pone tibi amaritudines, amarè videlicet peccata tua deslendo: Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti, vel vt D. Hieronym. vertit: Cogitationes operibus iunge, vel vt Septuaginta legunt: Da cor tuum super humeros tuos: assumendo videlicet cum amore iugum obedientiæ: vt, quæ Deus & eius ministri tibi iniungent, exequaris.*

*c Ter 31. 21.  
iuxta 70.*

*D. Hier. ibi.*



# DE GRATIARVM ACTIONE POST CON- fessionem.

**P**ERACTA feliciter peccatorum confessio-  
ne, & Absolutione percepta, par est ali-  
quid temporis Confessionis Laudis impen-  
dere, pro accepto tanto beneficio: vtramque e-  
nim confessionem à nobis requirit Deus, iuxta  
illud Osee Prophecia: a Conuertere Israel ad  
Dominum DEVM tuum, quoniam corruisti in  
iniquitate tua: Tollite vobiscum verba, & cō-  
uertimini ad Dominum, & dicite ei: omnem  
aufer iniquitatem, & accipe bonum mentis no-  
stra propositum: & reddemus vitulos labiorum  
nostrorum. hoc est, loco vitulorum, qui olim ti-  
bi in sacrificium offerebantur, immolabimus  
vitulos verborum, confitendo videlicet, tum sce-  
lera nostra, vt eorum veniam nobis tribuas, tum  
laudando atque celebrando misericordiam tuā,  
quando ea nobis condonaueris. Hoc b laudis sa-  
cificium, teste Dauide, honorificat DEVM &  
illic iter, quo ipse ostendit salutare Dei: est e-  
nim verum iter & aptissima ratio perfectam  
anima salutem assequendi: qua grata menti  
firmior certiorq; redditur; cum ingrata debiliior  
remissiorq; fieri consueuerit. Ad eundem grati-  
animi affectum magis excitandum magnam vim  
habet, si consideres, quant opere Christo Domino  
placuerit Samaritanus ille, qui ruffus, se cpræ

a Ose. 14. 8.

b Psal. 49.  
23.

c Luc. 17. 16.

E  
ONTE  
E.

*doctus, quam opere Christo Domino placuerit. Sa-*  
*maxit enim ille, qui iussus, se e praedicare Sacer-*  
*doti, ut à lepræ contagione mundaretur, aduer-*  
*tens, se in itinere mundatum, reuersus ad Chri-*  
*stum, gratias pro beneficio accepto illi egit: con-*  
*ti à verò displicuerunt plurimum reliqui nouem*  
*eius socij, qui eodem beneficio affecti, non sunt*  
*reuersi, ut beneficium agnoscerent, grateq; de-*  
*bit ac Deo gloriamq; tribuerent. Quod factum*  
*in miraculi huius propria meditatione fufus*  
*deklarabitur.*

Medita. 34.  
P. 3.

d Psal. 50. 10.  
S. Tho. 2. 2.  
q. 107. a. 2.

RECIPIAM itaq; me in Ecclesiam coram sa-  
 cratissimo Sacramento, aut in oportuno alium  
 lacum, & in Dei viuentis conspectu constitutum.  
 Fidem meam exortabo, ob acceptum in Cōfessi-  
 one beneficium; in qua corporis auribus fauora-  
 bilem illam sententiam, verbumq; dulcissimum  
 perceperim: ABSOLVO TE: verbum inquam  
 efficax & potens, ad perficiendum quod significat;  
 d dandumq; auditui meo gaudium, ut exultet  
 ossa humiliata. Ac fiducia plenus, de ipsius Dei  
 bonitate ac misericordia, quod latam à cōfessa-  
 rio pro me sententiam approbauerit, tres, bona  
 grati animi actus, qui sunt: AGNOSCERE be-  
 neficium Deum pro illo LAUDARE, gratumq;  
 aliquid obsequium eidem OFFERRE, quam  
 potero exactissime exercebo.

PUNCTVM. I.

Beneficia  
Confessionis.

**P**ERCURRAM itaque primum in corde  
 meo, beneficiorum, quæ in ipsa confes-  
 sione

*Psal. 102.*

fione accipi, multitudinem: Quorum breuem catalogum DAVID contexuit per modum laudis, & possunt reduci ad numerũ senariũ.

PRIMUM beneficium est: quòd omnia mihi peccata condonauerit, non ea solùm, quæ sum expressè confessus: sed illa etiam quæ vel obliuioni tradidi, vel absque culpa mea non potui cognoscere. SECVNDVM est, quòd omnes animæ meæ spirituales aggritudines, vitia, passiones, timores & tristitias, cæterasque perturbationes sanarit: easque iuxta Rationis normam ad moderatiõnem reduxerit. TERTIVM, quòd me non solum ab æterna morte, peccatis meis debita; sed etiam ab infelici, & maestissima temporali, quæ ex diuinæ gratiæ priuatione, & inimicitia cum Deo prouenire solet, liberarit. QVARTVM, quòd in misericordia & miserationibus me coronauerit; auxiliũque ad omnes tentationes, quibus hastenus oppugnatus fuerim, & in posterum oppugnari me continget, superandas, suppeditauerit; ab innumeris aliis miseriis exonerit; opemque suam, ne ad peccata denuo reuertar, benignissimè obtulerit. QVINTVM, quòd meum desiderium bonis repleuerit; gratiamque & charitatem cum reliquis virtutibus, aut nouo earum incremento, impertiuerit. SEXTVM, quòd iuuentutem meam, vt aquilæ, renouauerit; actionibus, moribusque hominis veteris spoliauerit; nouo verò superuectiuerit; pristino spiritus fer-

I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

E  
ONTE  
E.

uori, recentique animi gaudio, ad nouas virtutum actiones cum magna perfectione exercendas, restituerit. Hæc inquam omnia beneficia confert Dominus iis, qui rectè confessionem suam instituunt: quæ eò pluri faciendæ sunt, quò gratis magis, & absque nostris meritis conferuntur. Quare verè poenitens maiorem pro eis gratitudinem ostendere meritò debet. Et eam ob causam tum extollere decet vehemèter immensam Dei erga me liberalitatem, & munificentiam; tum admirationis quodam silentio, fateri, me ab eà superari.

## PUNCTVM II.

**P**RORVPENDVM est deinde magno animi affectu, & feruore in Canticum illud LAVDIS, quo vsusest Dauid: a Benedic anima mea Domino; & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino; & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam; & coronat te in misericordia, & miserationibus. Qui replet in bono desiderium tuum: renouabitur vt aquila iuuentus tua &c. Non secundum peccata nostra fecit nobis; neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem celi à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se: quantum distat Ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras.

a Psal. 102. 1.

*str. as. Quomodo miseretur pater filiorum, miser-*  
*tus est Dominus timentibus se: quoniam ipse co-*  
*gnovit sumentum rostram, limumque ex quo*  
 conditi sumus. O DEVS animæ meæ, si tuæ er-  
 ga me misericordiæ adeo sunt præclaræ, quid  
 faciendum mihi vicissim est, ne parens in gra-  
 tiis referendis inueniar? Prosequar Domine,  
 ope tua mihi adistente, quæ misericordiâ tuâ  
 in me inchoare voluisti: & quandoquidem  
 peccata mea mihi condonasti, ad ea deinceps  
 nunquam reuertar. Et quoniam à sempiterna  
 morte animam meam liberaisti, operam o-  
 mnino dabo, ne eiusdem reus denuo sim:  
 quoniam in misericordiâ me coronasti; glo-  
 riam tibi laudemque de meis coronis persol-  
 uam. Hanc quælo præteritis misericordiam  
 adiunge, vt desiderium meum caelestibus tuis  
 bonis repleas, gratiam mihi, ad explendum,  
 quæ offero, elargiendo: eoque modo *b fortuu- b Isai. 40. 31*  
*dinem meam immuta, vt magno feruore assu-*  
*nam pennas sicut aquila, ambulam & non de-*  
*ficiam, quoadusque æternam in eccelis cororam*  
 ad piscar. Amen.

In hunc modum alia etiam laudis cantica fie-  
 ri poterunt, quibus illi potissimum sancti, qui gra-  
 uibus aliquando peccatis obstricti fuerunt, ad  
 Deum, qui graua mea mihi donauit, pro me  
 glorificandum, inuocentur.

## PUNCTVM III.

**C**IRCA tertium denique gratitudinis of-  
 ferunt quo aliquod **OBSEQVIVM** offer-  
 tur, tria sunt mihi præstanda.

dandæ vitæ propositis me valdè confirmem cogitans, illis me verbis Christum monere, quibus eundem aliquando quendam à se restitutum sanitati, & propterea gratias Deo in templo agentem, monuisse, scribit S. Ioannes:

a Ioan. 5. 14

a *Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*: peior enim recidua esse solet ipso primo lapsu, & sicut beatus ad vomitum resorbendum reuertar, prior, qui expulsus fuerat dæmon, cum septem alijs se nequiorib. reuersus ingredietur, & sicut nouissima mea peior a prioribus.

b Prov. 26.

11.

z Pet. 2. 22.

c Luc. 11. 26.

Quapropter vehementer mihi formidanda omnis recidua; sed ea potissimùm, quæ sit confessioni propinqua. Nam si eodem, quo sum confessus, die ad eadem peccata reuertar: manifestum id erit iudicium tepidæ imperfectæque conuersionis; quamuis re ipsa veræ. Facileque obijci mihi poterit illud Ecclesiastici: d qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? sic homo, qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet? Hæc mihi diligenter sunt expendenda: non, vt me ad diffidentiam trahant; sed, vt moueant ad timorem: cum sciamus, non esse alienam etiam à e iustis, septies in die cadere, & resurgere.

d Eccl. 34. 30

e Prov. 24.

16.

II.

SECUNDO, vniuersam, si fieri potest, iniunctam poenitentiam statim persoluam: aut, si id fieri non possit, partem saltem aliquam, in spiritu & affectu obedientiæ & amoris: vt hac ratione aliquam ingentis illius debiti,

quo

quo Deo sum obstrictus, partem soluere incipiam; desiderans etiam, maiores mihi vires adesse, ad multo plura in eius gratiam præstanda, qui tot, & eximia aded mihi contulit bona, & licebit interdum, saltem desiderio, illud dicere, quod seruus ille Euangelicus dicebat: *f. Mat. 18. 26.*  
*Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.*

III.

TERTIO denique ad pleniorum beneficij, in hoc sacramento accepti, gratiarum actionem, disponere me decet magno seruore ad Sacratissimam Eucharistiam percipiendam: hic enim inter alios finis est, in quem Pœnitentiæ Sacramentum dirigitur, iuxta illud Regij Propheta: *g. Psal. 137.*  
*Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.*

Ratio autem, qua hæc preparatio est facienda, in proxima Meditatione traditur.

MEDITATIO XXXIII.

DE PRÆPARATIONE ANTE SVMPTIONEM Sanctissimi Sacramenti Eucharistia.

QVONIAM de excellentiis & fructibus Sacratissimi Eucharistia sacramenti, in Quarta huius operis parte, inter mysteria Cœna

E  
ONTE  
P.



Cena Dominica; & in Sexta inter beneficia diuina, latius fufusq; differendum erit: id. in hac meditatione, breuiter nonnullas tantum considerationes annotabo, quæ ad sacram communionem debita cum reuerentia & animi preparatione suscipiendam, conducant. in qua quatuor potissimum præ oculis constituenda sunt. Domini nimirum illius, qui ros visitaturus est, eximia dignitas, & maiestas; Hominis, quem visitatum venit, summa vilitas; Modus amoris plenissimus, quo venit, & finis, propter quem venit. Quæ inter se diligenter conferenda sunt, ut beneficii huius magnitudo tanto amplius eluceat, atque appareat.

## PUNCTVM I.

**P**RIMO, consideranda sunt excellentiæ. Illius Domini, qui in hoc sacramento reuera præsens est, exercendo actus fidei efficaces circa perfectiones, quæ ei tum diuinitatis, tum humanitatis ratione conueniunt.

I.

PRIMO, igitur excellentias & perfectiones diuinitatis eius contemplantur, summâ attentione expendens, eum, qui Augustissimo hoc sacramento continetur, esse a Vnigenitum Dei suum in sinu Dei Patris existentem: b splendore gloria, & figuram substantiæ eius, eiusdem cum illo æternitatis, immensitatis, infinitatis, & omnipotentia; eiusdemq; prorsus sapientia, bonitatis, & fortitudinis: per quem omnia condita sunt, & perpetuò conseruantur: esse mundi Moderatorem, animarum sanctificatorem,

&amp; glo

a Ioan. 1. 18.

b Iob. 1. 5.

glorificatorem; ac denique primum principium, & vltimum finem omnium creaturaru. Et, cum sit Dominus tantæ maiestatis, vt eum cœlum, & terra non capiant: tamen non satis habuit, humanam naturâ, nostræ redemptionis cauâ, induisse; nisi præterea vsq; eò se demitteret, vt etiam quò magis nobis vniuer, per hoc sacramentum in nobis habitaret; nosq; sua præsentia solaretur, ac protegeret; c *thronumq; gratia* in terris quoq; visibilem figeret: ad quem (vt D. Paulus ait) *accederemus magna cum fiducia & spe misericordia consequenda & aux. ly oportuni*, pro omnibus malis & miserijs nostris. O verbum diuinum in sinu summi Patris habitans, quare in angustissimum vilissimæ homuncionis sinum te demittis? O Rex gloriæ, qui supra omnes cœlos in throno maiestatis tuæ infinitæ residens: ita te humilias, vt supra terram in throno maximæ abiectionis & vilitatis residere velis! Infinita charitas tua, tantæ humiliacionis est causa: nimirum vt me exaltares; atque ad te diligendū pro insigni hoc tanti amoris exemplo, prouocares. Vtinam ita te redamarem, vt à te amor: meq; demitterem, & humiliarem; sicut te demittis & humilias: quò te honorare, tibiq; pro meritis, deseruire possem. Ad hunc ergo thronū, pro omnium meorum malorum remedio consequendo, accedere desidero: sperans fore, vt desiderium meum bonis tuis repleas.

SECUNDO, sanctissimæ Humanitatis excellentias perfectionesq; considerabo, atque

c *Heb. 4.16.*

II.

PARS. I.

Y

ad

admiranda, quæ in ea patrauit, opera; nec non  
 officia, quæ exercuit, perpendam; cogitaboq̄,  
 in hoc venerabili sacramento eundem illum  
 præsentem adesse, qui nouem mēibus, in utero  
 Beatiss. Virginis delituit, admirandis gratiæ  
 suæ donis eam exornans, & locupletans: Qui  
 in domum Zachariæ veniens, D. Joannem Ba-  
 ptistam sanctificauit; quem vnà cū matre spi-  
 ritu Sancto repleuit. Cum itaque ille idem in  
 hoc augustissimo sacramento, eiusdemq̄; bo-  
 nitàs & omnipotentia adfit: eosdem quoque  
 effectus, in anima mea producere poterit. Præ-  
 terea præsentem ibidem illum agnoscam, qui  
 in præsepio reclinatus, à Pastoribus & Magis  
 adoratus fuit: quod ille obsequium cum ma-  
 gno scēnore eis refuderit; mihi quoque eadem  
 fide in hoc sanctissimo sacramento præsentem  
 ipsum adoranti, eandem gratiam impertiet.  
 ibidem quoq; eum esse intelligam, qui ciuita-  
 tes & castella circumiens, populis Euangelii  
 Regni annunciauit, eosq; cœlestis doctrina  
 præceptis imbuit; infirmos curauit, mortuos  
 ad vitam reuocauit; omnibus deniq; benefa-  
 ciens, miranda vbique & naturæ ordinem ex-  
 cedentia opera patrauit. Præsertim verd, illum  
 ibi præsentem contemplantor, qui pro mei re-  
 demptione comprehensus, vinc̄tus, flagellis  
 cæsus, spinis coronatus, multisq; modis excar-  
 nificatus, & tandem in crucem actus fuit; in  
 qua pendens pro tortoribus suis orauit, larro-  
 ni veniam dedit, eiq; paradisum inaudita libe-  
 ralitate sponpondit. Igitur cum ille met totus

in hoc sacramento contineatur; sanguineque suo quem patiendo profudit, passionem suam representet: dubium non est, quin possit & velit eisdem in me effectus producere. Cōtemplabor deniq; illum hic adesse, qui infernū spoliavit, qui ineffabili gloriā à mortuis resurrexit; ad pexteram Patris in cœlo residet, atq; in fine sæculi ad mundum iudicandum, & seueram ab hominibus rationem exigendam rediturus est, eundem inquam illum eadē gloriā in hoc sacramento contineri, non enim tantū in cœlis thronum suum habere voluit; sed & in terra, ad nostram, qui in ea degimus, consolationem, alium collocare placuit. Quin etiam & officia, quæ olim mortalis exercuit, modo immortalis sustinet, Magistri nimirum, Medici, Redemptoris, Pastoris, & summi Sacerdotis, vehementer desiderans, vt ad ipsum accedamus, eadem fide & confidentiā, ac si ipsum in carne mortali, & visibili cerneremus: cum reuera sit ille idem, quanquam accidentibus panis, & vini contactus. O Redemptor dulcissime, quas tibi gratias pro visceribus misericordiæ, quibus nos quotidie visitas ex alto persoluā? quin igitur summa fiducia ad te accedam; siquidē tu de cœlo descēdis propter me? Te Domine adoro, & plorifico in augustissimo hoc sacramento vere præsentem; atq; in spiritu ad d. *pedes* d. Luc. 7. 38  
*tuos* cū MARIA Magdalena, me prouoluo, & scelerū veniā à te peto; sacratissimam e *simbriā* c. Matt. 9. 21.  
*vestimenti tui, cum muliere sanguinis fluxum*

f Ioan. 20.  
27. 28.

*paciente contingo*, vt sanitatem conferas: ad sanctissima *vunera* tua cum *D. Thoma* Apostolo *manus* appono, vt lumine caelesti cor meum illustres; fidemque meam robores: quod cum eodem Apostolo confitear & exclamem, te esse *Deum meum, & Dominum meum*, omni gloria & honore per infinita saecula dignissimum, Amen.

Eiusmodi affectus, admirationis, amoris, laudis, gratiarum actionis, fidei & confidentiae inferendi sunt considerationibus de diuinissimo hoc sacramento, adnexis earum rerum quae ad illum dignè suscipiendum necessariae sunt, petitionibus.

## PUNCTVM II.

SECUNDO, considerandus est amoris, & benignitatis plenissimus modus, quo Christus venit ad me miserum & abominabilem peccatorem inuisendum.

I. PRIMVM perpendam, sufficere quidem potuisse ad salutem consequendam, si hoc sacramentum augustissimum solummodo intuerer: quemadmodum Israelitae, a *anei Serpente* à Moysè in sublimi collocati (qui Christi Seruatoris typum gerebat) aspectu, à moribus ignitorum serpentum curabantur. Aut satis etiam fuisset, si manibus id cōtingerem, instar *b mulieris*, sanguinis fluxum patientis, quae solo *umbrae* Christi contactu sanitatem recepit: imò singularis gratia ea futura fuisset, si sui contingendi mihi potestatem fecisset. At verò im-

mensa

mentia Dei charitas his finibus circumscribi noluit; sed maximâ, intimâ, ac penetrante v. nitione, qua res corporea cum homine coniungi potest, mecum se coniungere non est dedignatus: in forma quippe cibi in os meum ingreditur, guttur pertransit, habitationem suâ ac sedem in pectore constituit, quamdiu species incorruptæ duranti: Sicque renouat indies celebre illud miraculum, de quo ait Ieremias, *creauit Dominus nouum super terram: scmina circumdabit virum: virum, inquam, sapientiâ & sanctitate perfectum, videlicet Christû, id quod indies euenit, dũ mulier, aut alia quæuis persona, ad sacram communionem accedens, gerit intra se virum hunc, ætate perfectum; eiusdemq; magnitudinis, & pulchritudinis, cuius est iam regnans in cœlo.*

c Iere. 31. 22

II.

CAETERVM, multò admirabilior hæc nouitas mihi videtur, si expendam, personæ, quæ illum intra se accipit, vilitatem; & domicilij, quod subit, summam ignobilitatem & angustias. O vir summè perfecte, Adam cælestis, homo noue, quam inusitatæ sunt hæc tuæ amoris inuentiones, quas pro meo excogitas commodo? An non perspecta tibi satis est, casta illius, quam ingrederis, conditio? An ignoras, me esse vas iniquitatis, speluncam basiliscorum, domicilium perditionis? vt quid igitur tam vile subis habitaculum? quomodo ego te ausim tali hospicio excipere? Lingua enim mea est sentina iniquitatum; quomodo illâ te contingam, bonorum omnium fontem?

E  
ONTE  
P.

Guttur meū gurgis crapulæ, & ebrietatis; quo modo pertiñbis, omnis puritatis, & sanctimonie auctori? Pectus meū est colluies malorum cogitationum, & desideriorum; quomodo habitabit is in eo, qui ipsa puritas est & charitas? O summe Rex, quā tibi quadrat nomen Patris misericordiarum, qui in casa tot miseris & calamitatibus plena morari non dedignaris! Verūm, Domine, prius eam renoua, emunda, & adorna, ut tua habitatione digna efficiatur. O Deus infinite, *b inclina cælos tuos, & descende:* cū enim tu adeo te demittas, & humiliter, ut intra me sedem tuam figere desideres, nunquid magnum est, quod cœlestia quoque se demittant, & descendant? Veniant igitur virtutes cœlestes in animam meam: Veniat fides viua, spes certa, charitas inflammata: veniat humilitas, obedientia, deuotio; eamque cœlum quoddam efficiant, & adornent, quæ cœlestis Regis habitatio est futura.

Huiusmodi colloquia cum tribus diuinis personis, mihi instituenda sunt, à quibus demisere petam, ut nouum me hominem efficiant; spiritu renouatum, ut recipere valeam nouū Adamum cœlestem: qui ad animam meam dinertere, & in ea hospitari desiderat: maxime verò dum ad Spiritum sanctum me conuertam ei dicam: O Spiritus sanctissime, qui purificasti & exornasti animam beatissimæ Virginis Mariæ, ut dignum Dei filio habitaculum efficeretur: purifica quoque animam meam, & gratiā tuā septiformi illam adorna, siquidem

ille

ille idem eam ingressus est; qui in Beatissimam Virginem introiuit.

## PUNCTVM III.

**TERTIO**, perpendam finem, ob quem Christus ad me venit; simulque rogabo, vt id in me efficiat, quod intendit, nec mea indignitate absterreatur. Hic autem finis conici potest ex officiis, quæ Christus olim in mundo exercuit: Nam ideo venit in animam meam, vt iisdem etiamnum perfungatur.

**PRIMO**, venit tanquam Saluator, vt sceleribus ignoscat meis; mihi que precium sanguinis sui pro illis effusi, applicet. **SECUNDO**, vt Medicus, qui domum infirmi ingrediens, ad ipsum prope accedit, vt pharimaca exhiberet: ita ipse ad me venit vt ab omnibus ægitudinibus meis spiritualibus perfecte sanet. **TERTIO**, venit tanquam Magister, vt me lumine inspirationum suarum illustret, semitamque virtutis atque perfectionis edoceat.

**QUARTO**, venit tanquam summus sacerdos, vt sacrificij cruenti, quod in cruce obtulit, fructum mihi communicet; meque permoueat, ad offerendum sibi sacrificium cordis contriti & humiliati, hostiam laudis, & holocaustum amoris. **QUINTO**, venit quasi nutrix, vt me velut puerulum lacte deliciarum, & voluptatum suarum nutriat, ac mecum se perfecti amoris vocatione conglutinet; mihi que osculum pacis, reconciliationis, & perfectæ amicitiae tribuat. explendo illud desiderium animæ, dicentis: *o Suscietur me a Cant. l. i.*



*osculo oris sui.* Hac ratione percurrere possum, etiam reliqua Christi officia, imaginando, quod veniat ut Pastor, ad me requirendum; ut Protector ad defendendum; ut ignis consumens, ad purificandum, & inflammandum.

## II.

DVM hæc officia diligenter euoluo quæ Christus intra me exercere desiderat: considerabo quoque summam meam egestatem, ac necessitatem eorum, quæ premor: meque contemplanor uti dæmonis, ob admissa scelera, captiuum; uti variis animi passionibus laborantem; uti ignorantem, multisque erroribus obnoxium; uti fragilem, pauperem, & animæ nutrimento egentem; uti pacis cum creatore meo; ac directionis, tutelæ, & opis Saluatoris mei valde indigum: Me præterea cum illo conferam, atque illustria ipsius officia, & innumeras miseras meas componam: prorumpamque hinc in affectus admirationis; inde in inflammata desideria, ipsius ad me aduentus, dicens; O Deus immensæ maiestatis, qui fieri potest, ut has immensæ tuæ charitatis adinventiones considerans, non totus obstupescam b *Elias* & c *Elsæus*, semetipsum ita contraxerunt, ut membra membris puerorum vitæ functorum responderent, quos hac ratione ad vitam reuocarunt: at tu multo magis te contrahis in buccellâ panis, ut tecum te coniungas, meque ad nouam & perfectiorem vitam resuscites, sufficere poterat si vel verbo manderes, quidquid fieri velles, ut statim fieret: aut certe vni seruatorum tuorum, instar Giezi, preciperes, ut me baculo tuo contingeret, sic

b 3. Reg. 17.

21.

c 4. Reg. 4.

34.

que

quæ vitæ redderet: At hoc tuæ immensæ chari-  
tati satis non fuit, sed ipsemet de cælis descen-  
dere, atq; ad me venire voluisti: vt me sanares,  
viuificares, & molliter lauteq; tractares. Veni  
ergo Saluator mi, & noli tardare: veni & pel-  
le aduentu tuo miserias serui tui: d *Exiit a po* d *psal. 79. 3.*  
*tentiam tuam, & veni, vt saluum me facias: e* c *Isai. 64. 1.*  
*Vitiam disrumperes calos, & descenderes: a sa-*  
*cie tua montes desluerent*, montes videlicet  
passionum mearum dissiparentur; & omnia  
interiora mea præ tui amore liquefcerent: f *Isai. 45. 8.*  
*Rorate cali desuper, & nubes pluant iustum. a-*  
*periatur terra & germinet saluatorem.* O Sal-  
uator dulcissime, veni in animam meam, quæ  
flagrat ingenti desiderio te suscipiendi: aufer  
ab illa impedimenta, quæ ingressum tuum of-  
fendunt atque præpediunt: exerce in ea officia,  
quæ aduentu tuo obire desideras: coniunge te  
mecum quam primum. Nam totis animi mei  
votis, tibi, qui es vnicum & summum bonum  
meum, in omnem sæculorum æternitatem cop-  
ulari & conglutinari concupisco. Amen.

Hoc genus ardentium desideriorum, exer-  
ceri potissimum debet in hoc puncto: Christus  
enim Dominus recipi vult magno cum deside-  
rio, & fame aduentus sui: Quare cibus hic tan-  
to plus utilitatis manducanti adfert, quanto  
maiori desiderio, & aviditate ad ipsum acce-  
dit. Ad hoc autem plurimum proderunt non-  
nulla sacrarum literarum loca, non absimilia  
his, quæ attulimus: quibus sancti illi Patres ar-  
dens suum desiderium, quo Messie aduentum


pro

pro mundi redemptione petebant, declarant.

HUIUSMODI verò desiderijs, alia quoque adiungenda sunt; puritatis nimirum quam maximæ, qua ad hoc augustissimum sacramentum accedamus: ac proinde operam dabimus, ut quemadmodum corpus ante sacram communionem, ab omni cibo corporali abstinet, usque adeo, ut à mediâ nocte prorsus ieiunum, nec quicquam cibi aut potus, quantumvis parvum sumpsisse debeat: ita anima toto illo tempore ab omni peccato ieiunet, adeo ut quantum fieri potest, à nocte sacram communionem præcedente, *g nullam omnino carnis aut spiritus maculam* contraxerit; nec de ore ipsius verbum aliquod etiam otiosum exierit; aut ex corde aliqua peruersa cogitatio processerit. Quia, cum Christus sit ipsa puritas, æquum omnino est, ut maxima quoque puritate ad eum accedamus: si autem per humanam fragilitatem, in aliquam huiusmodi culpam inciderit, *h probet seipsum prius*, & ab illa, si lethalis erit, per confessionem (quæ tunc omnino obligat) se purget: si verò venialis, (& paulo antè confessus fuerat) eam per contritionem deleat.

g 2 Cor. 7. 1.

h 1 Cor. 11.  
28.



MEDITAT. XXXIV.

**DE COMMUNIO-  
NE SPIRITUALI, QUAE DE-  
seruit pro preparatione ad communio-  
nem Sacramentalem, & ad Missae  
sacrificium cum fructu  
audiendum.**



COMMUNIO spiritualis, est exer-  
citiū quoddam excellentiū actū-  
um interiorū, quibus (vt S. Thom.  
affirmat) etiā sine sacramenti sus-  
ceptione, fructus sacramenti, qui est unio cum  
Christo, percipitur. deseruit autem binis maxi-  
mè temporibus, & ob duplicem finem

PRIMUM, ad debitam preparationem ad  
communione sacramentalem, instruendo vi-  
delicet animā actibus virtutū, cœlesti huic con-  
iunio congruentibus. Deinde ad sacrū quotidie  
cum fructu auscultandum. Sicut enim sacerdos  
Missarū solemnia peragens, simul offert sacri-  
ficium, & accipit sacramentum: ita iustum &  
ratiōni consentaneum est, vt ego quoque Mis-  
sam audiens, alia duo his similia præstemq̄.

Primum, vt illud sacrificium Deo offeram in  
gratiarum actionem, pro omnibus mihi collatis  
beneficijs; in peccatorum meorum, aut fidelium  
meorum defunctorum, expiationem; atq; vt à

Deo

3. p. q. 80. a.  
1. ad 3.

E  
ONTE  
F.

Medit. 15.

Deo impetrem mihi, totiq; Ecclesia ea, qua po-  
stulo. Propter hæc enim omnia hoc sacrificium à  
Deo institutum fuit, quemadmodum in quarta  
huius operis parte latius ostendemus.

a Ioan. 6.35.

AIterum est, vt hoc Sacramentum spirituali  
quoq; modo suscipiam, ardentiq; desiderio Chri-  
stum Dominum comedam, actibus nimirum  
virtutum Theologicarum, Fidei, Spei & chari-  
tatis, sicut à illud Saluatoris. a Ego sum panis vi-  
tæ, qui venit ad me non esuriet, & qui credit in  
me non sitiet in æternum. Modum autem insti-  
tuendæ spiritualis huius communionis, ad sacra-  
mentalem disponentis, iam exponam.

## PUNCTVM I.

Actus Fidei.

**P**RIMò, exercèdi erût actus FIDEI circa  
hoc mysterium, expendèdo breuiter ex-  
cellentiam & firmitudinem quatuor co-  
lumnarum, quibus hæc fides innititur: videli-  
cet: Non defuisse Deo infinitam sapièciam, ad  
inueniendum hoc medium pro spirituali no-  
stra sustentatione; nec bonitatem, ad id volen-  
dum; nec omnipotentiam, ad idem exequen-  
dum: & cum Deus sit veritas ipsa ineffabilis in  
omnibus, quæ reuelat, mysterium autem hoc  
idem reuelauerit: credendum igitur illud mi-  
hi est maiori certitudine, quàm si oculis ipsis  
corporeis ipsum cernerem.

HVIC fundamento innixa FIDES, produ-  
cet suos actus, abnegando videlicet iudicium,  
quod à sensibus procedit; & credèdo firmiter,  
quod sub speciebus illis panis & vini reuera  
con-

con-

contineatur I E S V S Christus verus Deus & homo, eadem integritate, gloriâ & maiestate, qua in cælis residet. Et quemadmodum in cælesti Regno, beatorum animas pascit ac satiat clara visione diuinitatis, & humanitatis, suæ: ita quoque in terra nos pascit viuæ fidei visione, *repletq; in bonis nostrum desiderium sui*, in hoc sacramento latentis. Ac proinde FIDES, pia meditatione & contemplatione seipsum iuuare & excitare debet; penetrando perfectiones, & excellentias Christi Domini, sicut in primo superioris meditationis puncto declaratum est: modus autem, actus fidei exercendi, hic est: Credo firmissimè, in hoc sacratissimo Eucharistiæ sacramento, sub velamine accidentium, contineri IESVM Christum, Dominum meum, vnà cum corpore, anima, sanguine, & diuinitate sua: Credo ibi præsentem adesse Dei filium, viuum, infinitum, æternum, immensum, omnipotentem, sapientem, sanctum, atque aded ipsam sapientiam & sanctitatem: Credo, ibi adesse Saluatorem, Magistrum, Patrem, Iudicem, & Glorificatorem meum, qui pro me in stabulo natus, flagellis dirissimè cæsus, spinis coronatus, & cruci affixus fuit: Omnia autem hæc ideo credo, quia ipse reuelauit: & certus sum, quod sciuerit, potuerit, & hæc facere voluerit. O Rex meus, & Deus meus, quamuis te clarè non videam, tamen mihi satis est, quod certò credam, te hic reuera præsentem adesse, ac proinde veneror, adoro, & glorifico te; non secus atque si te palam, & absque

vela-

E  
ONTE  
E.

velamine intuerer. Gaudeo quòd te presentem habeam, gratiasque tibi immortales ago, quòd mecum esse non dedigneris. excita itaque fidem meam, vt volupe mihi sit, tecum semper manere, Amen.

## PUNCTVM II.

Actus Spei.

**S**ECVNDÒ, exercendi sunt actus SPEI, iisdem quatuor columnis, quibus fides nixa fuit, inhærendo: nimirum immensa Dei sapientiæ, bonitati, omnipotentia, & fidelitati, qua sua promissa complet: Scit quippe, potest & vult ea præstare.

**S**UPER firmo hoc fundamento ædificet Spes actus suos, adiuuare eos oratione, que petit & accipit, quæcunque sperat & desiderat sperare autè & desiderare debet ea, que Christus, sacramentum hoc dignè percipientibus, pollicitus est, atque in 6. Ioan. cap. recensetur. Dicam itaque; spero, saluator mi, a si panem hunc viuam comedam, me nunquam moriturum, sed immortaliter victurum; atque me in te, te verò vicissim in me permanserunt; te mihi, & me tibi coniunctum. Spero, sicut tu per Patrem viuus; ita me etiam per te victurum, æternam vitam consecuturum, & in nouissimo seculorum die resuscitandum. O panis vitæ, vehementer desidero te suscipere, magna fretus fiducia, quòd spiritum meum sis viuificaturus; cor meum roboraturus; animam meam lætificaturus; potentias meas confortaturus; carnem meam depuraturus; meque totum in a-

a Ioan. 6.  
50. 51. &c.

Ium

lium hominem mutaturus: non enim ego te in me, sed tu me mutabis in te. O Saluator dulcissime, hanc in me fiduciam adauge, vt eximiarum tuarum promissionum dignus efficiar.

Aug. 7. confess. c. 10.

CETERVM vltius adhuc progrediendum erit in hisce SPIRITUS actibus: sperando nimirum in bonitate & omnipotentia Christi, quæ non est sacramento alligata, quod pro solo viuo, & in flammato eiusdem suscipiendi sacramenti desiderio, omnia hæc dona imperiri possit: & idcirco, intucendo hoc augustissimum sacramentum, sequentes fidei & confidentiæ actus exercebo.

PRIMUM, cum Centurione dicam: *b Domine, non sum dignus, vt intras sub tectam meam, sed tantum dic verbo, & salua erit anima mea.* Nonnunquam huiusmodi verbis vtatur: *c si serpens anei aspectus sat fuit, ad sex ados homines ab ignotorum serpentium lethalibus moribus; mihi quoque satis erit, si te viua fide aspexero; atque me tu misericorditer aspexeris, vt ab omnibus meis liberer miserius.* Interdum, cum muliere sanguinis fluxum patiente, intra memetipsum in hæc verba prorumpam: *d si tetigero tantum vestimentum eius; saluus ero: si enim et Apostoli umbra infirmos sanitati restituebat; quanto magis umbra diuinitissimi huius sacramenti, animam meam ægoram, ab omni spirituali infirmitate curabit? Hæc fiducia Ecclesiam ingredi, Missæ sacrificio interesse, sacratissimamque hostiam, vnâ cum sacro calice, dum*

b Matt. 8. 8.

c Num. 21. 9.

d Luc. 8. 44.

e Act. 5. 15.

ele-



Serm 32. in  
Caat.

eleuatur intueri, par est: Nam, vt S. Bernar. ait,  
*magna fides, magna meretur: & quatenus in  
bonis nomini fiducia pedem porrexeris, eam tu  
possidebis: & misericordiam eius abundantio-  
rem impetrabis.*

PUNCTVM III.

**T**ERTIO & postremo, CHARITAS  
quoque iuos in actus se exeret, quibus  
spiritualiter se vniat, Christoq; coniu-  
gat per vnitionem amoris, quæ in huius san-  
ctissimi sacramenti sumptione potissimū spe-  
ctatur. Eius porro actus præcipui sunt: vt gau-  
deam de bonitate, charitate, omnipotentia, &  
liberalitate Christi, quæ in hoc conuiuio mi-  
rificè elucet: læter quoq; quod tam ardentè  
ab illo amari me videam, vt se mihi præbeat in  
cibum: Et pigresca desiderem, perpetuò eidem  
cōiunctus manere per actualem cognitionem,  
& amorem: quò similis ei in cunctis virtutibus  
efficiar, ardentè etiam cupiditate flagrem, vt  
omnes eum cognoscant, diligant & veneren-  
tur in hoc sanctissimo sacramento; fruanturq;  
bonis, in illo comprehensis: ac denique, vt of-  
feram me seruo, & ex animo, ad idem in rebus  
omnibus velle & nolle cum ipso habendum,  
nec quidquam ita mihi arrideat, placeatve, at-  
que quod ipsi placet. O Saluator dulcissime,  
vbicunq; quidem es, verè amabilis es: at in hoc  
sacramento, planè dignissimus, qui totis amo-  
ris viribus, à cunctis diligaris. Vtinam te Do-  
mine diligere toto corde, tota mente & spi-  
ritu, ac tota fortitudine mea. Amen te, Domi-  
ne, pro

ne, propter bonitatem, quam hic manifestas; propter amorem, quem mihi demonstras; propter beneficia, quibus me afficis; propter mala, à quibus me liberas; propter bona, quæ mihi polliceris; ac denique, propter ingens desiderium, quo te à me amari desideras. Adimple, obsecro, tuum & meum desiderium, & concede, ut te amem; sicut tu à me amari vis, uniendo me tecum unione perfectæ charitatis, quæ usque in vitam perseveret æternam. Amen.

ALIAE quamplurima meditationes, cum varijs ad sacram communionem se preparandi modis, ponentur in partibus sequentibus, iuxta ordinem historiae Evangelicæ, quæ facile ex Indice constabunt.

## MEDITATIO XXXV.

**AD GRATIARVM  
ACTIONEM POST SACRAM  
COMMUNIONEM.**

**S**ACRATISSIMA communionis percepta, plurimum refert scire, dulci hospitii, quem excepimus, presentia frui: neque enim tempus aliud, ad negotia salutis nostræ cum ipso pertractanda, aptius est, quam cum illum intra nos ipsos habemus. Nam & hic locum habet, quod ipse dixit: Quamdiu sum in hoc mundo abbreviato cuiusque hominis, lux sum mundi. Quare expediat, nos, quamdiu lux illa durat, progredi;

a Ioh. 9. 5.  
12. 46.

Pars 1.

Z

ante-

antequam abscondatur, & nos tenebra comprehendant. Et quoniam diuinum hoc sacramentum adeo est praestans beneficium, donumque liberalitatis diuina: summam quoque requirit, qua in nobis fuerit possibilis, animi gratitudinem. Illud Sapiens oportune vsurpando: b Non defrauderis à die bono: & particula boni doni non te praetereat; sed fructum ex bona hac sorte, qua tibi contigit, cape. sicut enim quamcunque sanctissimi huius Sacramenti particulam propterea magni aestimamus, quod totus in ea Christus contineatur: sic merito quamcunque diei & temporis, quo illam intra nos habemus particulam, magni refert aestimare: quia vel in minima potest maximam vobis gratiam conferre; si deuoto gratoque animo, ad eam recipiendam nos disponamus. Praecipue cum Sacramentum hoc (teste S. Dionisio) consumatio sit, complementum ac perfectio omnium reliquorum; meriti quoque, efficacissimum, quod ad perfectionem nostram Deus nobis concessit. Cum itaque presentem illum habeamus, eamque nobis communicare paratum, decet omnino, cordis nostri vas ad eam excipiendam dilatari: Et in eum finem exercere maiori, quo possumus, feruore, tres illos gratitudinis actus supra Medita. 34. positos: expendere tempus non tam nouis considerationibus, quia illa sufficiunt; quam accuratioribus affectibus, & canticis laudis. & gratiarum actionis, eo qui sequitur modo.

☞ 5 ☞

b Eccl. 14.  
14

De Eccles.  
Hierar. c. 3.  
S. Tho. 3. p.  
q. 65. a. 3.

PUNCTUM I.

**P**RIMUM, efficacius excitanda fides est presentie Christi Domini, quem intra me habeo: aspiciendo invisibilem, atque si eum viderem: perpendendo breuiter, eundem hunc esse, de quo adeo admiranda, cum ad communionem me prepararem, concepi: & quandoquidem ubi Rex est, etiam aula tota illum comitatur: cogitare possum, (quod S. Grego monuit) eundem esse multis aulicorum celestium millibus stipatum: inter quos ego spiritu ante ipsius pedes prostratus, & Deum tantæ maiestatis in loco tam humili hospitatum admirans, prorumpam primum in affectus humilitatis, & reuerentiæ, & confusionis propriæ: Nunc cum S. Petro dicens: *a Exi à me Domine, & ex vili hac mea nauicula; quia homo peccator sum:* Nunc cum S. Elifabetha: *b Vnde hoc mihi, vt veniat Deus meus, & Dominus meus ad me.* O Deus æterne, *c Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quia reputas, & visitas eum. Minuisti eum paulò minus ab Angelis, quia vili carne vestitus erat: sed nunc tu ipse de coelo descendis comitantibus Angelis, vt in illo hospiteris.* O Deus & Dominus noster, *quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!* postquam illam fecisti habitationem tuam, sicut ipsum cœlum.

I.

Lib. 4. Dialog. 6. 58.

a Luc. 5. 8.

b Luc. 2. 43.

c Psal. 8. 5.

II.

Mox ad laudis, & gratitudinis affectus transfundendum est, vtendo receptis aliquibus Ecclesiæ Canticis, nunc cum Seraphinis dicendo: *In Prefatione.*

Z z

d San-

E  
ONTE  
P.

d Isai. 6. 3. d *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*, qui se humiliavit ad habitandum in tēplo animæ meę fumo & nebula pleno: Nunc cum pueris Hebręorum Christum ipsum in die Palmarum comitantium, dicam: e *Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimū*: Interdum cum trib<sup>9</sup> pueris in fornace Babylonica, creaturas omnes f  
 e Mat. 21. 9. *ad benedicendum Domino*, ob tantum mihi collatum beneficium, inuitabo.  
 f Dan. 3. 52.

AD cuius Cantici imitationem, alterum formare licebit, ad easdē laudes inuitando nouem Choros Angelorum, choros Patriarcharum, ac Prophetarum, Apostolorum & Euangelistarum, Martyrum, Doctorū, Pontificum, Confessorum, Sacerdotum & Leuitarum, Virginum, & Viduarum; omniumque Sanctorum atque Sanctarū, qui in cælo sunt: idque in aliū modum: Benedicant te, Domine, omnes Angeli tui, Archangeli, & Principatus, laudent, & glorificēt in secula: Benedicant te Potestates, virtutes & Dominationes, & laudent, & glorificent in secula: Benedicant te Throni, Cherubini & Seraphini, laudent, &c. Benedicite Patriarchæ & Prophetæ Dominum, laudate & glorificate eum in secula: Benedicite Apostoli & Euangelistæ Dominum, laudate, &c. & eadem ratione licet profequi, ad omnes Sanctorum ordines recurrendo.

LICET etiam cum Regio Propheta omnes animæ facultates, & sensus, cogitationes, & cordis affectus inuitare: g *Benedic anima mea*  
 g Psal. 102 i  
 Domi-

Domino, & omnia quae intra me sunt, nominis  
 sancto eius: ut simul omnes ad adorandum, &  
 glorificandum hunc Dominum conueniant:  
 vnaquæq; pro ea parte, quam in hoc beneficio  
 accipit. Benedicant ergo te oculus mei, Domi-  
 ne, quod te in sanctissimo hoc sacramento vi-  
 derint; & labia mea, quod tetigerint; lingua &  
 palatum, quod gustauerint; pectus quod tuum  
 sit habitaculum: & omnia ossa mea dicant: h  
 Domine, quis similis tibi? Memoria mea eructet h Psal. 34.  
 laudes tuas; mens mea te magnificet; voluntas 10  
 amet; appetitus concupiscat: & omnia mea in  
 conspectu tuo liquecant, & cantent gloriam  
 iucundissimi huius aduentus tui.

## PUNCTVM II.

**D**EINDE Christi Domini Officia, si-  
 nesque, quorum gratiâ me visitare di-  
 gnatus est, in memoriam reuocâs, gau-  
 debo & exultabo, quod intra me ipsum habeâ  
 Redemptorem meum, Medicum, Magistrum,  
 & omne bonum meum: quem magno spiritus  
 affectu, humilitatis & charitatis vlnis ample-  
 ctens, illud canticorum vsurpabo: *Inueni quæ a Cant. 3. 4.*  
*diligir anima mea; tenui eum, nec dimittam:*  
*nec vllam ob causam ab eius cõtubernio dis-*  
*iungar: b neq, mors, neq, vita, neque instantia, b Rom. 8. 38.*  
*neq, futura, neq, creatura alia poterit me sepa-*  
*rare à charitate Dei, quæ est in Christo IESV:*  
 mecum illum semper retinebo, donec me de-  
 ducat in domum matris meæ, quæ coelestis est  
 Ierusalem: vbi eo fruam securitate perfecta.

II. Mox Dauidis exemplo : c *Effundam in conspectu Dei orationem meam ; & tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo*, singulas enumerando, atque si illi notę non essent: delectatur enim eisdem audiendis.

Petam verò, officio suo in eis subleuandis ne desit, vt qui ad id venerit : nec enim tanti Principis inanem decet esse aduentum. Dicam itaque illi: Ecce Domine, quàm grauib; morbis & animi perturbationibus detineor: superbia enim, ira, sensualitas, cupiditas me prostrauerunt : tu verò medicus cùm sis, & omnipotens, accesserisq; vt animę meę sanitatem adferres : adhibe sicut potes, medelam, qua restituar sanitati : Dic in hoc ingressu tuo ad me, quod ingressus Zachæi domũ dixisti : d *Hodie huic domui salus facta est.* & quandoquidē dicere tuũ ita efficax est, vt sit re ipsa facere : ita fiet, sicut dices. Sum etiã ignoratione, & erroribus plenus, & in tenebris ac mortis obscuritate verfor : Tu verò Magister meus, lux mea, ductorq; meus: doce itaq; illumina, ac dirige: ad hoc enim venisti. In his similibusq; petitionibus partem aliam tēporis ponam, e *Lucanus sicut Iacob cum hoc magni consilij Angelo, iuncta orationum: non dimittens eum, nisi prius copiosè benedixerit mihi. Amen.*

## PUNCTVM III.

**V**LTIMO, aliqua eidē Domino, nomine gratitudinis meritò offerā, ob collatũ in me beneficium, inuitans eundem, qui me ipse inuitat. Sic. n. ipse dixit in Apocalypsi:

a *Ecce*

a *Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vo-*  
*cem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad il-*  
*lum: & cenabo cum illo, & ipse mecum.* Anima  
 enim ad quã hic Dominus intrat, cœlestib. do-  
 nis pascitur, quæ Dominus illi cõmunicat; ipse  
 verò Dominus feruentibus affectibus, bonisq;  
 propositis, quæ anima offert. Quare statim post  
 communionẽ sacram, attendens, quid ipsi ma-  
 gis sit gratum, illud eidem promptè offeram.

NOMINATIM verò meũ illi cor tradam:  
 quod ipse præcipuè à me petit b *Præbe, inquit, b Prou 23.*  
*filii mi, cor tuum mihi.* Sed cum ipse cor suũ mi- 26.  
 hi det: quid multum facio, si dem illi meum; &  
 quidẽ eo firmo animi decreto, vt nihil vnquã  
 in eo admittam, quod ipsius cordi & amori ad-  
 uerfetur: nec cogitationẽ quidem, quæ me ab  
 illo separet. c *Exhibebo etiam corpus meum*  
*hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, de-*  
*fiderans, semper mortificationem* IES V, & pas-  
 sionis eius Insignia *in corpore meo circumfer-*  
*re,* nominatim mecum statuens, eam pãssionẽ  
 mortificare, & crudelem continuamq; cum ea  
 pugnam habere; quæ magis me à debito Deo  
 meo retardat obsequio.

PRAETEREA expediret, eundem Chri-  
 stum in suis pauperibus eo die inuitare, aliquã  
 illis, iuxta facultatem meam, elargiendo elee-  
 mosynam.

Et, si sum Religiosus, licebit, eidem offerre  
 denuò perpetuam sanctissimæ ipsius volunta-  
 ti obedientiam, castitatem purissimam, & se-  
 ueram spiritus paupertatem, iuxta status mei



leges. Aliquid item merito addam, quod ipso die possim explere: studendo totum illum in his gratitudinis & imitationis exercitationibus expedere: Sponsam imitatus, quæ dicebat: *d Cant. 1. 13. d Fasciculus myrrha erit mihi hodie dilectus meus, inter ubera mea commorabitur*: Et Apostolum dicentem: *e Gal. 2. 20 e Vno ego iam non ego: vivit verò in me Christus*, quæ intra meipsum habeo, cuius virtute & fortitudine ambulabo, sicut alter Elias, *f 3. Reg. 19. 8 vsque ad montem Dei Horeb*, ascendens de virtute in virtutem, donec eum, clarè videam, quem in hoc Sacramento velatum habeo. Concludam verò meditationem colloquio cum ipso meo hospite benignissimo, supplicans, ut, licet, post species sacramenti consumptas, à me, quoad corporalem præsentiam discedat; manere tamen semper dignetur, quoad spiritualem: Memoriam meam excitando, ut eius semper meminerit; illustrando Intelligentiam, ut cogitem, continuoque de eo mediter; & accedendo voluntatem, ut amore semper fit illi coniuncta, Amen.

## MEDITATIO XXXVI.

**DE PURGATORIO,**  
**VT AD POENITENTIAE**  
*opera incitemur.*

**P**RAECIPVVS huius Meditationis finis est, eos, qui via insistent Purgatiue, ad poenaliū operum exercitationem animare:

quo

quò debitas pro culpa suis penas exsoluant, quæ  
tamen eadem Meditatio haberi poterit in die  
Commemorationis Animarum; vt, illarum vi-  
cem dolentes, easdem pro viribus adiuuemus.

## PUNCTVM I.

**P** R I M V M, considerandum est: statuisse  
DEVM Dominũ nostrum, neminem post  
lethale aliquod, aut etiam veniale pecca-  
tum admissum, etiam cùm ipse misericordiã  
suã culpam dimiserit, prius ad cœlum admit-  
tere; quã certam aliquam pœnam culpæ re-  
spondentem, iuxta diuinam ipsius iustitiam,  
perfoluerit: siue id in hac vita pœnalibus fiat  
operibus; siue in futura, (*in lacu in quo*, iuxta  
Zachariam Prophetam, *non est aqua*; siue in  
quo *ignis probat cuiusq; opus*, iuxta Apostolũ:  
qui carcer est ad id à Deo destinatus, quem  
PURGATORIVM appellamus) luenda re-  
feruetur. Ad quem locum iusti hominis anima  
ab Angelo suo deducitur, ad pœnam illam c  
*vsq; ad vltimum quadrantem* exoluendam.

2. Mach. 12.  
43. 45.

a Zach 9. 11  
b 1 Cor. 3. 15.

S. Thom. in  
Addit. q. 69  
c. 70.  
c Mat. 5. 27.

I.

CIRCA hanc fidei nostræ veritatẽ est pri-  
mum perpendendum, quã iustus sit Deus, &  
quanta iustitiæ eius rectitudo; quamuis admi-  
ssam habeat misericordiam: nullam siquidem  
culpam relinquit impunitam. Nam ideo etiã  
in Sacramento pœnitentiæ, cùm lethalem re-  
mittit culpam; æternam, quæ illi debebatur  
pœnam, commutat in temporalem: ostendens  
in hoc tam misericordiam infinitam, dum cul-  
pam, & æterno tempore duraturam grauissi-  
mam pœnam condonat: quã iustitiam, dum

aliquam, licet leuiorem & ad tempus aliquod tantum duraturam exigit. Hac igitur consideratione spiritum sumam ad me iustitiae eius accommodandum, cuius tantam experior misericordiam, vt commeritam in millionum annorum ignibus horribilem poenam, in paucorum voluntariam poenitentiam commutet: Quare quicquid in hac vita pati possum, parum esse iudicabo aut ferè nihil, eius comparatione, quod commeritus eram, & mihi condonatur.

II. DEINDE perpendam, poenam hanc temporaneam, nisi in hac vita insigni contritione, aut poenalibus operibus exsoluatur, omnino in futura esse luendam: tum vt iustitiae diuinae ordo seruetur; tum quod tantopere Deus amet puritatem, vt nihil in caelum admittat nisi purgatissimum, non à culpa solum, sed etiam ab omni poena, quae ipsius culpae reliquiae censetur. *d Ecclesia enim glorificata (Apostolo teste) neq; maculam habet neq; rugam, aut aliquid huiusmodi foeditatis.* Quamobrem tantam in hac vita puritatem curare deberem: vt nihil in altera purgandum superesset. *O Agne Dei, cuius sanguine, iusti stolae suas lauerunt; & animas dealbauerunt, vt in Regnum tuum sine mora admitterentur: tantum mihi, quaeso, preciosi tui sanguinis intuitu, culparum mearum dolorem tribue, vt liberata anima mea è corporis huius carcere, etiam à poenis libera, in Purgatorio non hæreat, Amen.*

III.

*Peccati venialis grauitas.*

H. N. C. fiet transitus, ad perpendendam venialis peccati malitiam: siquidem animam à caelestis Regni

in-

ingressu ita remoratur, ut nisi ab ea purifica-  
tam, eò peruenire sit impossibile. *¶ Non enim* *f. Apoc. 21. 27*  
*ait S. Ioannes, introibit in eam ciuitatem ali-*  
*quod coinquinatum.* Attendendum præterea,  
quantopere Deus illud horreat, qui etiã suos  
amicos, & sanctissimos, victos detinet, donec  
ab eo purificentur: adeoque illos humiliat, ut  
carcerem ad id constituerit obscurum, & sub-  
terraneum Inferno ipsi proximum, in quo illa  
purgatio fiat: ut ostenderet, quam graue sit  
cuiusuis culpæ, aut pænæ, quæ ex ea oritur, onus,  
quod ad abyssum adeò profundam nos proi-  
cit. Ex quibus considerationibus magnum con-  
tra Venialia peccata concipiam horrorem, ut  
quæ tanto me bono priuent, tantum mihi car-  
cerem minentur, tantumque sit eorum onus,  
quo premor: præ omnibus autem illa detesta-  
bor, ob auersionem, quam Deus ab illis offen-  
dit. Quod ampliùs adhuc inferiùs expendem?

## PUNCTVM II.

**S**ECUNDO, consideradũ est, quod grauius a-  
nimus omnes sentiãt, & ipsa mea feret, car-  
ceris illius obscuritatẽ, & tenebras: pri-  
uari nimirũ clara Dei visione, quæ poena illi  
est similis, quã DAMNI vocant. Perpendendæ  
quoque sunt sensus, ac doloris huius causæ.

**PRIMA** est, quòd ibi viuã valde Fide cogno-  
scatur, quis Deus sit; quàm bonus, pulcher, po-  
tens; & quòd vltimus sit finis noster, & æterna  
beatitudo: idq; multis nebulis, dubiisq; reie-  
ctis, quibus in hac vita implicamur. Quæ fidei  
viuacitas vehementiùs excitabit desiderium

finem

E  
ONTE  
F.

I.

finem suum vltimum videndi: ac proinde pœnam angebit, quæ ex eius oritur dilatione. Re-  
 Quisime enim locum hic habebit illud Sapien-  
 tis: *a Spes, quæ differtur, affligit animam.*

a Prou. 13.

12.

II.

SECUNDA causa est, quòd amor illic Dei  
 valde sit excellens: ideoque summè optet di-  
 lectum suum videre, illique coniungi. Nec  
 habet ibi, quod ipsum soletur aut recreet sicut  
 in hac vita ea se cogitatione solatur, quòd bo-  
 nis operibus nouam gratiam, gloriamq; pro-  
 mereri possit, & perfectionem suam augere;  
 proximis etiam aliquid pietatis impendere:  
 quæ omnia in Purgatorio locum non habent.  
 & si cum his omnibus, quæ remittere attenti-  
 onem amoris possunt, sancti aliqui tantopere  
 Deum videre desiderant, vt ipsa dilatione ve-  
 hementer affligantur, gementesque dicant cū  
 Dauid: *b Heu mihi, quia incolatus meus pro-  
 longatus est: multum incola fuit anima mea:*  
 Quanto maiori sensu dicent hoc animæ illæ  
 in Purgatorio detentæ, quæ & vehementer a-  
 mant dilectum suum: & interim cruciantur;  
 non vt in gloria crescant, sed vt debitas pœ-  
 nas exsoluant.

b psal. 119 5

III.

TERTIA causa huius pœnæ est, quòd ani-  
 mæ illæ, suspensæ teneantur; nec tempus sci-  
 ant detentionis suæ in eo carcere, ac dilatio-  
 nis videndi DEVM: Quamuis enim diuinæ  
 sint voluntati conformes; pœnasq; illas & di-  
 lationem æquo animo ferant: est tamen vera-  
 que pœna grauis: quam aduertunt, ex propria  
 culpa procedere, & ex negligentia & ignaui-  
 quam

quam habuerunt, tam in exercendis operibus satisfactoriis: quam in desiderio Deum vident: siquidem S. Brigittæ reuelatum legitimus, ob remissum & languidum huiusmodi desiderium, particularem propriamque esse poenam constitutam; quam DESIDERII Purgatorium appellant, quâ afficiuntur, qui repièdè DEVM videre desiderarunt.

*Refert Blosius in Monili Spiritu ali c. 13.*

AVGETVR etiam hæc poena ob priuationem visionis Christi Domini nostri, virginisq; sanctissimæ, ac dulcissimæ Angelorum, sanctorumque societatis; ac reliquarum rerum visionis, quas visuras se credunt, & sperant: omnium enim fidem valde viuam habent, ob immortalitatis suæ, & purgatorii ipsius experientiam, quam re ipsa iam habent.

Huius poenæ grauitas potest aliquomodo tanquam ex vestigio deprehendi, ex ea, qua nobilis & prudens quispiam afficitur, dum in obscurissimo aliquo carcere detinetur, non videns lumen cæli, nisi modicum per exiguam aliquam rimam; nec cum suis cognatis, amicis aut notis agens, nec sciens, quid in mundo agatur, aut quanto tempore sit carcer ille duraturus: nisi quod de innocentia sua securus, certo speret se liberum dimittendum Et quamuis fas sit credere, custodem Angelum interdum accedere, qui animam, cuius curam in hac vita gessit, consoletur; illud tamen etiam licet existimare, eam id respoasuram, quod cæcus Thobias Raphaeli Angelo respondit: *Quale* c. Thob 5. 12  
*gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & in*

*Wien*

E  
ONTE  
E.

*mentali non vides: & addituram nec dulcissimum creatorem ac Redemptorem meum. Anima mea, quandoquidē tantæ huius poenæ, quæ te manet in Purgatorio, fidem habes, nisi hinc, quam pro tuis culpis debes, exsoluas, ne differas solutionē, ne & ipse Deus clarā sui visionem tibi differat. Concupisce fervore magno, ad Deum videndū peruenire, remouēdo quicquid huius desiderij executionē impedire potest: ut poena ipsa cum vita quoque finiatur; moxq; in aternæ gloriæ requiem ingrediaris.*

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO, consideranda est poena, quæ dicitur *SENSVS*, quam patietur anima in Purgatorio, dum terribili illo igne torquebitur.

*HANC* ex eo primū licet æstimare, quod ille ignis ille idem sit cum igne Inferni, cuius cōparatione noster hic ignis est, ac si esset depictus. Deinde, quia torquet miraculosè tanquam instrumentum Dei, & quidem irati: cuius manus grauis est valde, quando propriam iniuriam vlciscitur. & ut ignis argentum liquefacit, ut illud ab scoria purget; sic a ignis iste (teste quodam Propheta) *purgabit, & collabit filios Leui, quasi aurum & quasi argentum* hoc est horrendè affliget animas; & ab scoria, quam in mundo contraxerunt, purificabit. Et quamdiu purificandum quippiam supererit, continuus erit dolor: Neque enim somnus ibi erit, aut aliqua distractio, aut simile quid, quod eius seueritas temperetur, sicut in hac vita est.

se solet. Ex quo SS. Patres colligunt: PURGATORII dolores, (si eorum poenas, & cruciatu spectes) quoscunque alios dolores superare, quibus peccatores in hac vita afficiuntur, & Martyrum cruciatus: imò & eos, quos Rex ipse Martyrum IESVS CHRISTVS perpessus est. Cui propterea summa animi demissione dicere possum: O dulcissime Redemptor, ne, quæso, in furore tuo arguas me inferni siue gehennæ igne: sed ita puram me fac vitam ducere, ut neque PURGATORII igne inhi ad perfectam purificationem sit opus, Amen.

Ex his considerationibus tres affectus, firmæque animi decreta concipiam.

**PRIMUM** est, insignis timoris Dei, & iustitiæ eius. Si enim rem ipsam altius perpendere volo: non me tantopere terrere potest, quod Maiestas illa diuina, aspiciens peccatorum animas Inferni ignibus cruciari, nulla earum compassione tangatur, utpote inimicorum, & qui ipsum actu oderunt ac detestantur: sed quod quæ in Purgatorio ardent, horrendis que poenis cruciantur, & quidem interdum ob leues valde aliquas culpas; quasque ipse Deus valde tanquam amicus diligit, & ab eisdem vicissim vehementer amatur, eas ita cruciari patiatur, donec quicquid debent exsoluant: hoc verò multo magis terrere me debet. Quis non timeat te ô Rex gentium? si fructuosam arborem ob spinas pauculas bonis fructibus admixtas ita ignibus exurendam

tradis:

*S. Aug in  
Psal. 37.  
S. Greg. in 3.  
Psal. penit.  
S. Tho. 3 p.  
q. 46. a. 6.  
ad 3.*

I.

E  
ONTE  
E.



tradis: quid de ea facies, quæ sicca est, planèq;  
sterilis; nec alios fructus, quàm grauium pec-  
catorum spinas pròduxerit?

## II.

SECUNDVM firmum propositum & animi  
decretum faciam, satisfaciendi in hac vita pro  
meis peccatis: quasvis pœnitentias corporif-  
quæ afflictiones libenter amplectens. siquidem  
hæ omnes, si cum illis Purgatorii conferantur,  
velut nihil esse censebuntur. Nam quicquid  
in hac vita patimur, & modicum est, & breui  
tempore durat; multumquæ ad progressum in  
virtute, & gratiæ gloriæque augmentum  
promerendum confert: cum in Purgatorio &  
multa, & grauiora, & diuturniora tolerentur;  
quæ nihil ad prædictos fines conferant. Quare  
rogandus mihi est Deus, vt, si remissior ego e-  
ro in debito meo in hac vita exsoluendo, ad-  
hibeat ipse laborum & tribulationum ignem,  
quo purificet, & debitum cum lucro aliquo  
soluam, quod postea sine eo essem soluturus.  
b Mala. 3.3. O mi Saluator, qui b filios Leui, hoc est Ec-  
clesiæ tuæ quasi aurum, & argentum per  
ignem purgare & colare, promissisti: purifica  
me, sicut tibi placebit, in hac vita: vt ab ea e-  
gressus, ad te in futura fruendum perueniam;  
Amen.

## III.

c 1. Cor. 3. 12

TERTIVM erit propositum, venialia pec-  
cata pro viribus fugiendi; quæ (vt Apostolus  
ait) c Ligna fenum, & stipula sunt, quibus Pur-  
gatorii ignis alitur, qui me torquet. Quod,  
si fidei oculis intuear, temerarium planè esse  
iudicabo. Sicut si hominem ligna in sylua ce-  
dentem,

dentem, domumque exportantem interroga-  
rem, quemnam in finem id faceret, ipseque re-  
sponderet: ad ignem excitandum, quo sit po-  
stea exurendus: stultum eum planè iudicarem.  
quantò ergo stultior ego iudicandus sum, qui  
multa faciam magnà meâ voluptate, quæ non  
alium mihi finem adferent, quàm ignem illum  
horrendum alere, quo sim in Purgatorio exu-  
rendus? O anima mea, quæ supra aded pretio-  
sum fundamentum Christum Dominum no-  
strum es fundata; superædifica magni etiâ pre-  
tij opera, aurum charitatis, argētum innocen-  
tiæ, pretiosos aliarū virtutum lapides, qui te-  
cum in æterna vita permaneant. Cave sis talia  
aliqua admiscere, quæ sunt peritura, ligna aua-  
ritiæ, sensualitatis fenum, stipulam vanitatis,  
inordinatè aliqua vitæ huius bona diligendo:  
quia omnia huiusmodi, ignis erunt alimentum,  
qui in futura te graviter exuret. Obone IESU,  
à tali me, quæso, amentia libera; & gratiâ tuâ  
ab his peccatis præserua. Amen.

S. Thom. su-  
pra.

PUNCTUM IV.

**Q**UARTÒ, duo valdè insignia, quæ in  
Purgatorij Animabus esse constat, sunt  
diligentiùs perpendenda.

**PRIMVM** est, quòd exactissimè Dei volun-  
tati, quoad pœnarum acerbicatem, & diutur-  
nitatem sustinendam se subijciant; illosque  
cruciatu patientissimè ferant, & amplectan-  
tur; gaudentes, quòd DEVS adeo sit iustus, vt  
ipso pro meritis castiget, atque in tam seueri

I.

Pars I.

A a

ignis

E  
ONTE  
E.

ignis fornace purificet: quo benè mundatos liceat in cœlum peruenire. Ex quo discam patientiam in tribulationibus habere; si eas volo mihi Purgatorium esse, non gehennam. siquidem & minores illæ, & mihi vtiliores sunt, ad mea debita exsoluenda; & à diuina iustitia in eum finem mihi mittuntur & destinantur. Et cum omnia, quæ in Deo sunt, amabilia sint: quia ipse est a totus desiderabilis: si eum sincerè diligo, meritò gaudebo, quòd ad eò sit iustitiæ & æquitatis amator, vt locum etiam ad peccati mei correctionem, quam adeo iuste promeritus sum, destinatum habeat.

*a Cant. 1.16*

II. SECUNDVM est, vehemens desiderium, quo animæ illæ tenentur, vt piorum Christianorum, qui in terris adhuc versantur, sacrificijs, orationibus, eleemosynis, ieiunijs, alijsque satisfactorijs operibus adiuuentur: Indulgentijs quoque & alijs Ecclesiæ suffragijs: quòd citius à pœnis illis expeditæ, ad Deo fruendum peruenire liceat. Quod ipsum excitare me debet, ad eas pro viribus iuuandas, etiam aliquid mihi ipsi subtrahendo, quod illis impertiar. Si enim intimum mihi amicum in medijs his flammis cernerem, liceretque absque damno & combustione mea, illum inde inducere, crudelitati tribueretur, si id nõ facerem: si igitur fidei oculo conspicio, animas illas horrendis ignibus cruciari; licereque eas aliquo sacrificio, Indulgentia, alijsve pijs operibus inde eripere: magnæ erit charitatis, sollicitum n e in hoc officio impendendo præbere.

Et si,

Et si, quod mihi fieri vellem, merito debeo  
proximis meis facere: æquum certè est, quæ-  
cunque potero, ad eas inde liberandas, præsta-  
re; sicut vellem, ab alijs mihi illic existenti-  
similia officia exhiberi. Maximè quòd hac cu-  
rà id promerear, vt, cum ego illuc venero, a  
lijs DEVS inspiret, me vt similiter inuent. b  
*Misericordes enim misericordiam cõsequuntur,*  
in eo scilicet rerum genere, in quo ipsi fuerunt  
misericordes. Imò & animæ ipsæ, cum ad Dei  
conspectum perueniunt. valde se gratas erga  
eos exhibent, à quibus se adiutas agnoscunt.  
Ideoque sollicitè Dei nobis auxilium in tribu-  
lationibus procurabunt. & licet operis pij  
satisfactionem, quam defunctis applico, mi-  
hi reuera subtraham; eam tamen eleemosy-  
næ nomine illis impertiens, meritum meum  
apud Deum augeo: quia ipsa charitas auge-  
tur: dum, quæ mihi erant necessària, mihi ipsi  
subtraho, vt succurram indigenti. Propter  
has omnes causas, ait scriptura: c *Sancta & sa-*  
*lubri est cogitatio pro defunctis exorare, vt à*  
*peccatis, hoc est peccatorum pœnis soluantur.*  
Ex ea enim cura proueniunt bona illa, quæ di-  
ximus, ijs, qui pro eis orant.

H A C Meditatione finis imponitur ijs,  
quæ ad viam pertinent PURGATIVAM, &  
anime puritatem, qua eius est proprius finis.  
Cuius defectus, si quos habebit in hac vita, re-  
parabuntur in futura Purgatorio: vt integra  
plenaq; puritati aditus pateat ad gloriam, qua

III.

S. Greg. 4.  
Moral. c. 57.  
b Matt. 5. 7.

IV.

V.

c Mach. 12.  
46.E  
ONTE  
E.


ultima est inter lustorum Nouissima. De qua  
 propterea gloria Meditationes instituentur ad  
 finem 6. Partis, quia vltimum est inter diuina  
 beneficia; vltimusque via VNITIVAE  
 terminus, in quo iusti Deo coniuncti  
 in seculorum secula requie-  
 scent, Amen.

FINIS PRIMAE PARTIS.






M. E.  
F. DE PONTY  
B. F. & C.





M E  
F DE PONTY  
BT & IE.







Bd A Th  
3177

